

CCIÓN

THEOLOGIA

DOGMATICA

5

I. PARTIE

BX1751

J4

1852-1854

v.5

t.1

c.1

t.1

230



1080042447

Co #2-6#H1



THEOLOGIA

WIRCEBURGENSIS.

JUAN L

DE Benavides.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS



RR. PATRUM SOCIETATIS JESU

THEOLOGIA

DOGMATICA

POLEMICA, SCHOLASTICA ET MORALIS,

PRÆLECTIONIBUS PUBLICIS

IN ALMA UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI

ACCOMMODATA:

EDITIO ALTERA

OPERA ET STUDIO PATRUM EJUSDEM SOCIETATIS

TOMUS QUINTUS.

DE SACRAMENTIS IN GENERE
ET IN SPECIE



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

LUTETIÆ PARISIORUM,

SUMPTIBUS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM.

4. VIA DICTA DE BUGL.

1853.

37763

53513

EXCUDERANT JULIEN, LANIER ET SOCII CENOMANI.

BX 1751

34

V. S.

4852-54



Capilla de la Universidad
Biblioteca de la Universidad



TRACTATUS
DE SACRAMENTIS IN GENERE
DE BAPTISMO, CONFIRMATIONE
ET EUCHARISTIA

QUIBUS ACCEDIT DIGRESSIO THEOLOGICO-CRITICA DE OPERIBUS S. DIONYSII

AUCTORE R. P. THOMA HOLTZGLAU S. J.

SS. THEOLOGÆ DOCTORE EJUSDEMQUE


IN ALMA UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI

PROFESSORE PUBLICO ET ORDINARIO.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



EL ESTADO DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA PÚBLICA



FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

INSTITUTIONES THEOLOGICÆ

DE

SACRAMENTIS IN GENERE.

Post contemplatam universam ac mirabilem Verbi incarnati œconomiam ad instituta ab eodem novæ Legis Sacramenta Theologi cum Doctore Augelico a Q. 60. inspicienda procedunt. Sunt enim ea, septem columnæ, quas increata, incarnata Sapientia excidit, quibusque domum suam Ecclesiam imposuit: lucis ac salutis fontes totidem, quos idem Verbum Dei, et fons vitæ in hac domo sua perennes esse voluit, ut filii ejus aquam vitæ ex eis haurirent, sicut Isaias prædixerat: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. Nequaquam de aquis fluminis Ægypti*, inquit Hieronymus in Is. c. 12. v. 3. *sed de fontibus Jesu*..... unde et ipse clamabat in Evangelio: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat*: vel pretiosa vasa, quibus et Christi sanguis et merita continentur, canalesve, per quos divinæ fluentia gratiæ ad nos defluere, sua nobis applicari merita, sacramentorum auctor Christus voluit, ut de his nos TRIDENT. admonet Sess. 7. in Procem. inquires: *Per quæ omnis vera justitiâ vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur*. Acturi igitur de SS. novæ Legis sacramentis præsentî Tractatu, eum in tres partes dividere placuit, quarum 1^a. Sacramenta generatim: 2^a. in specie Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam: 3^a. Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium complectetur. Ac primam quidem, a qua modo initium ducimus, duabus Dissertationibus definimus, agetque

- I. De sacramentorum quidditate et existentia, auctore, causalitate et effectu.
- II. De illorum causis intrinsicis et extrinsicis; tum subjecto.

Quoniam vero inter Ecclesiæ Concilia duo novissima generalia FLORENT. et TRID., ob temporum ita exigentium necessitatem, exactam doctrinæ orthodoxæ de sacramentis summam nobis tradiderunt, ad quam in hac parte multoties provocari necesse erit, in candidatorum subsidium utriusque Concilii doctrinam de sacramentis generatim est visum præmittere.

v. p. 1.

1

Decretum Concilii Florentini sub Eugenio IV. an. 1439. pro instructione Armenorum.

Novæ Legis septem sunt sacramenta : videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo et Matrimonium : quæ multum a sacramentis differunt antiquæ Legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant : hæc vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spiritualem uniuscujusque hominis in se ipso perfectionem : duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur ; per Confirmationem augemur in gratia, et roboramur in fide : renati autem et roborati nutrimur divina Eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per Pœnitentiam spiritualiter sanamur : spiritualiter etiam et corporaliter, prout animæ expedit, per Extremam Unctionem : per Ordinem vero Ecclesia gubernatur, et multiplicatur spiritualiter : per Matrimonium corporaliter augetur. Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur ; videlicet, rebus tanquam materia, verbis tanquam formam, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia : quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter hæc sacramenta tria sunt : Baptismus, Confirmatio et Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum a cæteris distinctivum imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

Canones Concilii Tridentini de Sacramentis generatim, conditi Sess. VII. 3. Mart. an. 1547. sub Paulo III.

I.

Si quis dixerit, sacramenta novæ Legis non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora, quam septem ; videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium ; aut etiam aliquod horum septem non esse vere et proprie sacramentum, anathema sit.

II.

Si quis dixerit, ea ipsa novæ Legis sacramenta a sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, et alii ritus externi, anathema sit.

III.

Si quis dixerit, hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nullatione aliud sit alio dignius, anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, sacramenta novæ Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, et sine eis aut eorum voto per solam fidem homines a Deo gratiam justificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

V.

Si quis dixerit, hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

VI.

Si quis dixerit, sacramenta novæ Legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel justitiæ, et notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per hujusmodi sacramenta semper et omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi rite ea suscipiant, sed aliquando, et aliquibus, anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit, per ipsa novæ Legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

IX.

Si quis dixerit, in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine non imprimi characterem in anima, h. e. signum quoddam spirituale et indelebile, unde ea iterari non possunt, anathema sit.

X.

Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

XI.

Si quis dixerit, in Ministris, dum sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.

XII.

Si quis dixerit, Ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.

XIII.

Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.

DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS EXISTENTIA
ET QUIDDITATE.

Sacramentum latino ex fonte desumptum nomen est, semper Latinis aliquid sacri importans, licet non eadem semper acceptione, sed usu vario. Nam 1º. ut PAMELIUS notat ad L. Tertull. de Præscript. c. 4. ex Varrone L. 4. de Ling. lat. pecunia olim a litigantibus deponi apud Pontifices solita, ut, qui causa caderet, ea muletaretur, ejus vero pars altera victori, altera ærario publico cederet, sacramentum dicebatur a loco sacro, in quo deponi debebat. 2º. VEGETIO teste L. 2. sacramenti nomine quodvis juramentum venit, ac quidquid divini nominis invocatione peragitur. Hoc sensu et HERONYMUS sacramentum usurpat epist. 14. ad Heliod. n. 2., TERTULL. ad Martyres c. 3. *Vocati sumus, inquit, ad militiam Dei, vivi jam tunc, cum in sacramenti verba respondimus*, h. e. ut explicat ipse L. de coron. mil. c. 3. *cum aquam adituri..... in Ecclesia sub antistitis manu contestamur, nos renuntiare diabolo; et pompæ et angelis ejus*. Hoc quoque sensu frequenter ab utroque jure, civili et canonico, sacramentum sumitur; in priore *Auth. de Sacramentis impub.* in altero c. 15. *de jurejur.* A sacris vero Scriptoribus triplici plerumque sensu accipitur; ac 1º. quidem pro re sacra occulta, adeo ut idem plane significet sacramentum Latinis, quod Græcis *μυστήριον* *mysterium*, a verbo *μύω*, sive occulto. Quo sensu Sap. 2. 22. dicitur de impiis: *nesciverunt sacramenta Dei*. Ad Ephes. 1. 9. de Deo: *ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ*. 2º. Pro signo rei sacræ vel occultæ. Sic Dan. 2. statua Nabuchodonosori in somno objecta sacramentum dicitur, quod signum esset rei latentis, scilicet successionis quatuor regnorum, ac postea oritur regni Christi sempiterni. Et Apoc. 1. v. 20. septem stellæ dicuntur sacramentum, sive signum septem angelorum, h. e. episcoporum. 3º. Pro signo sensibili nostræ sanctificationis; atque sub sensu isto cum Theologis et SS. Patribus de sacramentis agemus. Neque sperem, ex DD. Protestantibus hac acceptione sacramenti nunc amplius quempiam offensum iri; cum enim et ipsi communiter hodie Baptismum, Eucharistiam, alii etiam Pœnitentiam sacramenta appellent (secus ac eorum patres Lutherus et Calvinus, quibus sacramenti nomen pro signo rei sacræ displicere visum, quod in Scripturis non extaret, licet immerito; cum sacramentum, utpote vox latina, inepte quæreretur in textu vel hebraico vel græco) quod mediate saltem sanctificent hominem, quatenus juxta ipsos symbola sunt fidem excitantia, quæ deinde seipsa hominem justificet; pariter fas erit Catholicis, sacramentum sumere pro externo signo, quod seipso vi institutionis divinæ, ut suo loco monstrabitur, hominem sanctificet.

XII.

Si quis dixerit, Ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.

XIII.

Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, anathema sit.

DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTORUM NOVE LEGIS EXISTENTIA
ET QUIDDITATE.

Sacramentum latino ex fonte desumptum nomen est, semper Latinis aliquid sacri importans, licet non eadem semper acceptione, sed usu vario. Nam 1º. ut PAMELIUS notat ad L. Tertull. de Præscript. c. 4. ex Varrone L. 4. de Ling. lat. pecunia olim a litigantibus deponi apud Pontifices solita, ut, qui causa caderet, ea muletaretur, ejus vero pars altera victori, altera ærario publico cederet, sacramentum dicebatur a loco sacro, in quo deponi debebat. 2º. VEGETIO teste L. 2. sacramenti nomine quodvis juramentum venit, ac quidquid divini nominis invocatione peragitur. Hoc sensu et HERONYMUS sacramentum usurpat epist. 14. ad Heliod. n. 2., TERTULL. ad Martyres c. 3. *Vocati sumus, inquit, ad militiam Dei, vivi jam tunc, cum in sacramenti verba respondimus*, h. e. ut explicat ipse L. de coron. mil. c. 3. *cum aquam adituri..... in Ecclesia sub antistitis manu contestamur, nos renuntiare diabolo; et pompæ et angelis ejus*. Hoc quoque sensu frequenter ab utroque jure, civili et canonico, sacramentum sumitur; in priore *Auth. de Sacramentis impub.* in altero c. 15. *de jurejur.* A sacris vero Scriptoribus triplici plerumque sensu accipitur; ac 1º. quidem pro re sacra occulta, adeo ut idem plane significet sacramentum Latinis, quod Græcis *μυστήριον* *mysterium*, a verbo *μύω*, sive occulto. Quo sensu Sap. 2. 22. dicitur de impiis: *nesciverunt sacramenta Dei*. Ad Ephes. 1. 9. de Deo: *ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ*. 2º. Pro signo rei sacræ vel occultæ. Sic Dan. 2. statua Nabuchodonosori in somno objecta sacramentum dicitur, quod signum esset rei latentis, scilicet successionis quatuor regnorum, ac postea oritur regni Christi sempiterni. Et Apoc. 1. v. 20. septem stellæ dicuntur sacramentum, sive signum septem angelorum, h. e. episcoporum. 3º. Pro signo sensibili nostræ sanctificationis; atque sub sensu isto cum Theologis et SS. Patribus de sacramentis agemus. Neque sperem, ex DD. Protestantibus hac acceptione sacramenti nunc amplius quempiam offensum iri; cum enim et ipsi communiter hodie Baptismum, Eucharistiam, alii etiam Pœnitentiam sacramenta appellent (secus ac eorum patres Lutherus et Calvinus, quibus sacramenti nomen pro signo rei sacræ displicere visum, quod in Scripturis non extaret, licet immerito; cum sacramentum, utpote vox latina, inepte quæreretur in textu vel hebraico vel græco) quod mediate saltem sanctificent hominem, quatenus juxta ipsos symbola sunt fidem excitantia, quæ deinde seipsa hominem justificet; pariter fas erit Catholicis, sacramentum sumere pro externo signo, quod seipso vi institutionis divinæ, ut suo loco monstrabitur, hominem sanctificet.

CAPUT I.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS ESSENTIA ET EXISTENTIA.

1. Multiplex naturæ humanæ status consideratur a Theologis in Tract. de Gratia; hic in ordine ad sacramenta quadruplex attendi solet. Primus est *innocentiæ* et *justitiæ* originalis, in quo primi parentes sunt conditi. Secundus est *Legis naturæ* sic dictus, non quod pro statu hoc nulla daretur gratia, nullaque revelatio, vel lex positiva divina, quasi eo statu durante homines solis regerentur præceptis naturalibus; cum et lex positiva de remedio peccati originalis pro parvulis existeret, aliaque supernaturalia fidei, spei, charitatis, poenitentiae, etc.; sed ad distinctionem Legis scriptæ, sive mosaicæ, quod pro hoc statu pauca præcepta positiva stringerent, eaque non conscripta in tabulis, sed traditione ab Adamo ad posteros derivata; nec jam tum homines recepissent legem, qualis exinde a Deo per Moysen data est. Perstitit hic status ab Adami lapsu usque ad Moysen; imo in aliis extra Hebræum populum usque ad Christi legem. Tertius *Legis scriptæ* fuit, sive mosaicæ a Deo latæ, perque Moysen promulgatæ Hebræorum populo, scriptæque in lapideis tabulis, aliisque libris, qui Judæos, eorumque proselytos a Moysen usque ad promulgationem Legis evangelicæ devinxit. Complectebatur ea Lex præter præcepta naturalia leges plurimas tum ceremoniales, tum judiciales, quibus tota regebatur Hebræorum respublica. Postremus est *Legis novæ*, sive evangelicæ, passim ob majorem longe ubertatem gratiæ dictus Lex gratiæ, etiam ab Auctore suo divino Lex Christi, perduraturus ad mundi finem.

2. In statu innocentiae nulla extitisse sacramenta concors assertio est, tum quod nullius aliquod habeatur vestigium, tum quod non conveniret pro illo statu, quem brevissimo tempore duraturum Deus præsciverat, sacramenta institui. An vero nulla extitura fuissent, si felix ille status Adamo non peccante permansisset? æquo curiosius petitur. Res ea, cum a solo liberoque Dei arbitrio dependisset, nemoque decreta divina, quid pro illa aliave hypothese futurum fuisset, sit intuitus, incerta plane est, nec tam affirmabit quis, quam divinabit.

3. In statu naturæ cum prærogativa sacramenti institutum fuisse remedium aliquod pro parvulis utriusque sexus, quo a peccato originali liberari possent, communior habet sententia, eaque satis fundata; nam 1º. Deum parvulis etiam tunc providisse de necessario ad salutem medio, evinci videtur ex generali seriatque voluntate Dei salvandi omnes; at difficulter alias exponi poterit, qua ratione serio Deus parvulorum, quorum tanta copia ante rationis usum mori solet, salutem voluisset, si de nullo plane ipsis medio providisset; ut argumentatur Innoc. III. cap. *Majores*, de Baptismo. 2º. Etiam probabilius sacramenti dignitate præfulgebat; erat enim simul ritus aliquis

externus a Deo institutus permanenter, qui parvulos aggregabat populo Dei, itaque legalem quamdam illis sanctitatem conferens ac præsignificans gratiam postea conferendam per Baptismum. Quippe in duobus hoc remedium consistebat: primo in fide saltem implicita in Christum Salvatorem, elicitam a parentibus aliisque, et applicata parvulis, ut tradunt magno numero Patres, S. AUG. de nuptiis et concupisc. L. 2. c. 11. S. GREGOR. M. L. 4. Moral. c. 3. D. THOM. in 4. dist. 1. q. 2. a. 6. et 3. p. q. 70. a. 4. ad 3. S. BERNARD. epist. 77. c. 1. n. 4. (opp. t. 2. p. 627.) aliique: Denique in externo illo ritu, quicumque fuerit, protestativo fidei, ut rursus AUG. affirmat L. 5. contr. Julian. c. 11. n. 43. *Nec ideo tamen credendum est, et ante datam circumcissionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento ejus opitulatos fuisse parvulis suis; quamvis, quid illud esset.... Scriptura tacere voluerit, sed ex mente S. Patris sacramentum debet esse signum sensibile, L. 19. contr. Faust. c. 11.*

4. In mosaicæ statu Legis plura extitisse sacramenta sat clare supponunt Conc. FLORENT. in Decr. union. ac TRIDENT. Sess. 7. Can. 2. et habet constans traditio; multos enim ritus ac ceremonias fixas et stabiles ea Lex a Deo acceperat, conferentes sanctitatem legalem, ac præfigurantes sanctitatem internam postea per Christum conferendam, ut nihil his deesset, quod ad sacramenti veri rationem pertinet. Quot numero fuerint, non constat. Plura fuisse, quam modo in Lege nova sint, S. AUG. autumat L. 19. contr. Faust. c. 13. nostra sacramenta, inquires præ illis in Lege veteri esse, *virtute majora, utilitate meliora, aditu faciliora, numero pauciora*. Præcipua erant 1º. Circumcisio, quæ, etsi jam in statu Legis naturæ pro Abrahamo, ejusque posteris instituta fuisset, Legi tamen mosaicæ esse propria cœpit, additaque speciali lege Levit. 12. 2. ut in eadem adeo janua esset sacramentorum aliorum, ac totius legis quædam professio. 2º. Consecratio sacerdotum ac levitarum Exod. 29. et Num. 8. nostræ legis ordinationem præfigurans. 3º. Lustrationes et expiationes legales, ac sacrificia pro peccatis, quibus nostra adumbrabatur Poenitentia, quarum ritus in Pentateucho descripsit Moyses. 4º. Agni paschalis manducatio, Eucharistiæ figura. Confirmationi nostræ, Extremæ Unctioni, et Matrimonio nullum correspondebat sacramentum in veteri Lege. Rationem assignat Doctor Angel., quia Confirmatio sacramentum est plenitudinis gratiæ; sed eo Lex antiqua nondum pervenerat; quippe *nihil ad perfectum adduxit Lex*. Hebr. 7. Extrema Unctio est immediata quædam ad introitum gloriæ preparatio; at hujus tunc aditus nondum patuit: Matrimonium vero in officium naturæ fuit, non ut signum suscipientes sanctificans. Quæ fuerit quorumvis ante Christum sacramentorum vis et efficacia, ex iis patebit, quæ alibi disseremus.

ARTICULUS I.

QUID SIT SACRAMENTUM?

5. *Præmitto I.* Signum in genere est illud, quod potentiam cognoscitivam, sive sensitivam ea sit, sive intellectivam, ducit in cognitionem alterius. Dividitur varie: 1º. In *sensibile*, quod sensu externo potest percipi, sive, ut

Aug. inquit L. 2. de Doctrina Christ. c. 1. n. 1. *res, præter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire; et spirituale, quod sensu externo percipi nequit, velut character sacramentalis.* 2º. In *naturale*, quod naturaliter citra institutionem aliam significat aliquid ob naturalem cum significato connexionem, ut fumus ignem; et *ad placitum*, sive arbitrarium, quod alterum nonnisi ex institutione aliqua significat; sic voces dicuntur signa ad placitum. 3º. In *rememorativum*, quod rem præteritam, velut crux mortem Christi; *demonstrativum*, quod præsentem; *prognosticum*, quod futuram significat, ut pallida luna pluviam, rubicunda ventum. 4º. In *symbolicum*, quod cum re significata analogiam quamdam vel similitudinem habet; ac *purum*, quod nullam. 5º. In *speculativum*, quod rem significat solum, non causat; tum *practicum*, quod rem non significat solum, sed etiam causat, cuiusmodi signa esse sacramenta dicemus.

Præmitto II. Sanctitas alia est *perfecta*, solis propria creaturis intellectualibus, consistens in gratia sanctificante: alia *imperfecta*, et legalis, in passiva quadam consecratione ad cultum divinum, vel singulari conjunctione cum Deo consistens. Hæc rebus etiam inanimatis convenire potest, et esse rei extrinseca, denominatione sumpta a ceremoniis sacris, per quas ad cultum divinum deputatur. Sic vasa, vestes, templa sancta dicuntur juxta illud Levit. 12. *Omne sanctum* (h. e. Deo dicatum) *non tanget*: Ps. 94. *Domum tuam decet sanctitudo*; quod per consecrationem in suo genere ejusmodi res ad cultum Dei reddantur idoneæ. Sic et homines dicuntur sacri a sacris Ordinibus, et olim sanctificari dicebantur per consignationem ad veram religionem; per purificationem ab externis maculis per modum irregularitatis a cultu divino impediendis; per aspersionem aquæ; per lotionem pedum ac manuum in sacerdotibus et levitis; ut enim legalem quamdam contrahebant immunditiam, e. g. per contactum cadaveris, sic legalem quamdam sanctitatem recipiebant per lustrationem ejusmodi, quæ quidem conscientias non mundabat, eos tamen rursus divino cultui et sacro ministerio reddebat idoneos.

6. *Dico.* Sacramentum in genere est signum sensibile, sacrum, a Deo permanentiter institutum ad significandam gratiam, et conferendam sanctitatem illud rite suscipienti.

Convenit hæc definitio omni et soli sacramento, nec continet superflui aliquid; sed particulae, quas complectitur, vel excludunt alia, quæ vera sacramenta non sunt, vel sacramenti quidditatem perfecte declarant; igitur bona est. Neque discrepat quoad rem ab iis, quas alii paulo aliter tradunt, ut ex ejusdem declaratione patebit. Igitur dicitur

I. *Signum*: omne enim sacramentum nos in cognitionem rei sacræ, quam significat, deducit; proinde cum de sacramento hic loquamur, prout commune et univocum est sacramentis tum Legis antiquæ, tum novæ, ac singula a Deo instituta sint, ut rem sacram significent, recte in eorum definitione *signum* locum generis occupat. Etsi vero etiam omnibus sacramentis commune sit conferre sive causare sanctitatem aliquam sive perfectam, sive imperfectam; rectius tamen sacramentum in genere signi, quam causæ reponitur; quia sacramentum primario respicit gratiam, quam non causant

sacramenta omnia antiqua et nova, sed nova tantum; omnia vero tam antiqua, quam nova eandem significant.

II. *Sensibile.* Patet inductione sacramentorum omnium pro vario naturæ statu. Et vero signum, cum institutum esset pro homine, accommodatum esse debebat conditioni hominis; hic vero in cognitionem insensibilium et spiritualium nonnisi per sensibilia duci solet. Hinc S. CHRYSOST. in Matth. hom. 82. (al. 83.) n. 4. (opp. t. 7. p. 787. D.): *Si incorporeus esses, inquit, incorporea dedisset ipse tibi dona; nunc autem, quia conjuncta est corpori anima tua, sub sensibilibus tibi intelligibilia tradidit.* Præterea Deus sacramenta instituit, ut essent signa protestativa religionis, eorumque quasi quibusdam vinculis colligarentur in unam Ecclesiam, proinde sensibilia esse debebant: *In nullum enim, inquit S. Aug. L. 19. contr. Faust. c. 11. nomen religionis seu verum, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum visibilium consortio colligentur.* Per signum sensibile autem non elementum modo, vel materialis substantia intelligitur; sed et actio sensibilis, velut in Pœnitentia absolutio sacerdotis.

III. *Sacrum*, non solum determinative et objective, h. e. ex parte rei significatæ, videlicet gratiæ, sed etiam subjective, ex parte rei significantis, quatenus simul est res vel ceremonia tum protestativa religionis, tum ordinata ad cultum Dei, tum usu suo specialem sanctitatem confert rite suscipienti.

IV. *A Deo institutum*, sive *ad placitum*, h. e. ex institutione libera eaque divina; licet enim sacramenta novæ Legis similitudinem quamdam et analogiam habeant cum re significata, tum gratia, ut ablutio externa in Baptismo, cum interna abstersione peccati, unctio cum roboratione et fortitudine in fide; Eucharistia quatenus est cibus et potus cum spirituali refectione animæ, et sic in reliquis: nulla tamen res sensibilis significare gratiam ex natura sua potest, cum nullam cum gratia connexionem habeat; sed et cur Christus non potuisset alia seligere signa, iisque vim significativam et causativam gratiæ adnectere, quam symbolica; cum tota sacramentorum institutio dependeret a voluntate ejus libera. Deinde *a Deo institutum* esse debet; uti enim Dei est solius ad modum causæ principalis conferre gratiam; ita et ejusdem solius est auctoritate propria instituere signa collationem gratiæ certo significantia. Unde a ratione sacramenti excluduntur absolutio a censuris, collatio primæ tonsuræ, similesque ritus instituti non a Deo, sed ab Ecclesia.

V. *Permanentiter*, hoc sensu, ut eo usque lege fixa et stabili, similique semper ritu conferantur quoad substantiam, quousque durabit status et forma religionis, pro qua instituta sunt. Sunt enim ceremoniæ præcipuæ, ritusque principales, quorum, ut aiebat Aug., consortio fideles in unam colligantur religionem; et in unitate fidei, ac conformitate divini cultus continentur: item sunt signa distinctiva, quibus populus Dei, seu fideles discernuntur a non fidelibus; ergo permanere tamdiu debent, quamdiu permanebit religio, pro qua instituta sunt. Unde Gen. 17. et Exod. 12. ritus circumcisionis, et Agni paschalis, dicitur *facere et cultu sempiterno observandus.* Et Eucharistia 1. Cor. 11. celebranda in memoriam Christi, *donec ipse veniat*, h. e. ad mundi finem.

VI. *Ad significandam gratiam et conferendam usu suo sanctitatem.* Quo

vera sacramenta ab aliis signis sacris, quæ veri nominis sacramenta non sunt, distinguuntur. Sacramenta enim non tantum novæ Legis sed et veteris ad significandam gratiam ordinata sunt; posteriora quidem ut dandam per sacramenta novæ Legis; illa vero novæ Legis ut præsentem significant, causentque; singula etiam ut rite suscipientes sanctificent, modo scilicet proportionato suo statui. Unde D. THOM. p. 3. q. 60. a. 2. in 0. sacramentum in genere ait, esse *signum rei sacræ, in quantum est sanctificans homines*. Et patet inductione. Sic circumcisio in Lege veteri initiabat suo modo, et consecrabat hominem Deo, adjugebatque populo Dei, eratque ad religionem Moysis janua, ut debitor fieret totius Legis, quicumque circumcisus, ut ferme in nostro baptismo accidit. Ritus, quo in Lege veteri inaugurabantur sacerdotes, eos sanctificasse dicitur Exod. 28. 41. *Cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi*. Per expiationes et lustrationes iterum emundati reddebantur idonei ad cultum Dei, de quibus generatim ait Apostolus ad Hebr. 9. 13. *Sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis*. Idem de sacramentis novæ Legis certum est, quæ ex professo suo loco probabitur non solum consecrare quomodocumque Deo, sed conferre habitualement gratiam, quæ hominem perfecte sanctum reddit, Deo gratum, elevatque ad operationes supernaturales et sanctas. Unde de essentia sacramenti generatim est, esse signum *practicum*, ipso usu sanctitatem conferens, vel imperfectam, legalem ut vetera, vel perfectam et internam ut sacramenta nova.

7. Ex hucusque dictis ortum duxit illa Scholæ controversia, utrum univoca sit data sacramenti definitio respectu sacramentorum utriusque Legis, antiquæ et novæ. Negant, qui sacramenta vetera tantum distare autumant a ratione veri sacramenti, quantum sanctitas legalis et imperfecta, quam solam producebant, distat a sanctitate perfecta et interna, quæ proprius sacramentorum novæ Legis effectus est. Unde inquirunt, si sacramentum spectetur, ut signum efficiens sanctitatis est, respectu utriusque Legis sacramentum est genus analogum; quia sanctitas est quid analogum respectu sanctitatis legalis, imperfectæ et externæ; tum veræ et internæ, quo sensu etiam dixit Doctor Angelicus in 4. dist. 1. a. 1. quæstiunc. 3. ad 3. *Sacramentum non dividitur, per sacramenta veteris et novæ Legis, sicut genus per species, sed sicut analogum in suas partes*. Affirmant contra communius alii, tum quod Conc. FLORENT. in Decr. et TRID. Sess. 7. Can. 5. sacramenta vetera supponere videantur esse veri nominis sacramenta, his simpliciter æque ac novis tribuens nomen sacramenti; tum quod juxta AUG. L. 19. contr. Faust. c. 11. vera religio sine sacramentis esse non possit; proinde cum in Testamento veteri vera fuerit religio, sine veris quoque sacramentis non fuit; tum et quod definitio utriusque secundum eandem significationem conveniat; nullum enim est sacramentum sive Legis veteris sive Legis novæ, quod non sit signum sensibile gratiæ permanentiter institutum ad homines sanctificandos. Sanctitas vero legalis et interna etsi univoce non conveniant secundum conceptum differentialem; sic tamen conveniunt secundum genericum et præcisivum ut sic. S. THOM. tandem loc. cit. ita sensisse videtur (nisi dicere quis voluerit, eum de analogia impropria locutum fuisse, nempe de analogiâ inæqualitatis consistente

in hoc, quod inferiora quoad differentias sint inæqualia, quæ inæqualitas univocationem non tollit, ut in animali respectu rationalis et irrationalis); at in Summ. p. 3. q. 60. a. 2. in 0. tum etiam 1. 2. q. 102. a. 5. in 0. tradit contrarium, docens, sacramenta proprie dici illa, quæ adhibentur Dei cultoribus ad quamdam consecrationem; hoc vero ostendit etiam factum fuisse in antiquis; quod falsum esset, si illis ratio sacramenti analogice conveniret. Sed cum hæc quæstio fidem non attineat, necessum non est, ut in ea immoremur. Utilius ex declarata notione sacramenti sequentia deduces Corollaria.

8. *Corollarium I.* Ex dictis sacramentorum tum veterum, tum novorum definitio in specie facile colligitur. 1º. Sacramentum antiquæ Legis est *signum sensibile, sacrum, a Deo permanentiter institutum ad significandam gratiam dandam in Lege nova, et rite suscipienti sanctitatem legalem usu suo conferendam*. 2º. Sacramentum Legis novæ est *signum sensibile, sacrum, a Deo permanentiter institutum ad significandam, et usu suo rite suscipienti conferendam ex opere operato sanctitatem utramque, imperfectam sive externam, et perfectam sive internam, h. e. gratiam sanctificantem*. Quo in sensu brevius definit sacramentum novæ Legis Catechismus Romanus, part. 2. n. 5. quod sit *invisibilis gratiæ visibile signum ad nostram justificationem institutum*. Totam quippe differentiam inter utriusque sacramenta Legis in eo versari, quod sacramenta novæ Legis etiam sanctitatem perfectam, aut internam, nimirum gratiam sanctificantem virtute sua causent, nec solum significant; contra illa Legis veteris hanc significant solum ut conferendam in Lege nova; ac proinde utriusque sacramenta Legis non solis differre externis ritibus, ut contra posterioris ævi Novatores definiuit TRIDENT. Sess. 7. Can. 2., ex iis palam fiet, quæ de virtute causativa sacramentorum novæ Legis disseremus.

9. *Corollarium II.* A ratione veri sacramenti excludi debent omnes illæ res, et actiones quantumlibet sacræ, quibus integra sacramenti definitio non convenit. Unde 1º. ex sacramentorum censu in Lege veteri excludendus serpens æneus in deserto erectus; transitus per mare rubrum; manna, aqua de petra manans; impositio manuum facta a Moyse super Josue, etc.; tum quod ritus illi non fuerint a Deo instituti permanentiter pro toto Legis mosaicæ statu; tum quod adhiberentur, non ad sanctitatis consecutionem, sed beneficii temporalis, velut curationis, cibationis, potus, felicitatis. 2º. In Lege nova a sacramentorum albo removeri debent descensus columbæ in baptismo Christi: hæc Christi ad Magdalenam verba: *Remittuntur tibi peccata*: lotio pedum in cæna Domini: insufflatio in Discipulos; quia, licet hæc forsitan fuerint signa gratiæ practica; non tamen instituta fuerunt ut ritus religiosi ac sacri, qui eodem modo lege stabili adhiberentur in Ecclesia, valerentque ad conferendam sanctitatem. Pariter excludi debent quævis ceremoniæ sacræ ab Ecclesia institutæ, ut templorum, altariorum, SS. vasorum consecratio; benedictio abbatum; unctio regum; unctio chismaticæ in vertice baptizatorum; applicatio salis et salivæ; quia hi, similesque ritus ab Ecclesia inducti sunt; nec sanctificant ex se, atque ex opere operato, sed per preces Ecclesiæ impetrantis. 3º. Sacrificium qua

tale et ut sic; quia sacrificium ex se, qua tale est, principaliter ad cultum ipsi Deo exhibendum refertur; sacramentum vero ad disponendos ac sanctificandos cultores homines. Nihil impedit tamen, quin idem simul sacrificium esse queat, et sacramentum sub ratione diversa: sic enim Eucharistia in nova Lege est; fuitque in veteri Agni paschalis immolatio: fuisse enim sacrificium constat: sed et sacramentum fuisse communis est cum D. Th. hic in Summ. a. 3. et q. 73. consensio.

10. *Corollarium III.* Ex definitionibus sacramenti, præcipue Legis novæ, quas varias præcederunt Novatores posterioris ævi, nulla sustineri potest. Etsi enim subinde nonnisi verborum sono dissentire videantur a catholico dogmate, capitali tamen omnes errore laborant; dum singulæ signi *præcisi* rationem sacramenti novæ Legis adimunt; nullamque tribuunt vim efficiendi sanctitatem, sive gratiam. Sic Lutherani et Calvinistæ passim sacramenta definiunt: *Sigilla, seu signa divinitus instituta ad obsignandas in nobis et confirmandas divinas gratiæ promissiones ad sustinendam fidei nostræ imbecillitatem, excitandam fidem, nostram in Deum pietatem.* Item: *esse instrumenta Dei ad nostram sanctificationem instituta;* quæ, similesve locutiones et sensum orthodoxum habere possunt; nam et sacramenta nostra dici sigilla, quibus divinæ confirmantur promissiones; valere ad juvandam fidem, excitandam pietatem, Catechismus Concilii TRID. part. 2. num. 13. docet; *Christus, Salvator noster, inquit, cum nobis peccatorum veniam, caelestem gratiam, Spiritus sancti communicationem pollicitus est, quedam signa oculis, et sensibus subjecta instituit, quibus eum quasi pignoribus obligatum haberemus, atque ita fidem in promissis futurum dubitare nunquam possemus.* Ac paulo post: *magnam vim habent sacramenta non solum ad fidem in animis nostris excitandam, et exercendam; sed etiam... ad charitatem inflammandam:* et TRID. ipsum Sess. 6. cap. 7. Baptismum causam instrumentalem nostræ justificationis vocat. Nimirum Catholicis sunt signa vel sigilla non nuda tantum, sed *præctica*, quæ simul vim habent efficiendi id, quod significant, sanctitatem: confirmantur iis divinæ promissiones; non sterili ostensione gratiæ, sed *præcise* illas adimplendo: sunt instrumenta gratiæ; sed immediata, hanc efficiendo. At dum adversarii similibus utuntur verbis, latet anguis in herba. His sunt sigilla nuda, tantum speculativa gratiæ: instrumenta hujus mediata, sine vi seipsis causandi gratiam; sed mediante fide, quam tantum excitant, quæque seipsa justificet. Quæ pugnant cum essentia veri sacramenti, quod ex institutione sua debet esse signum *præcise* sanctitatis; in antiqua Lege imperfectæ; in nova Lege perfectæ, sive internæ gratiæ sanctificantis, quod ex proposito ostendimus, ubi de causalitate sacramentorum novæ Legis disputabimus.

11. *Obj. 1. contr. definit. datam.* 1º. Corpus Christi in Eucharistia non est sensibile, et tamen sacramentum est; pariter contritio est pars essentialis sacramenti Pœnitentiæ, nec tamen sensibilis est. Quin cur non posset Deus rem mere spiritualem eligere, puta, actum voluntatis ad significandam gratiam? quo casu hic actus esset sacramentum; ergo sensibilitas signi non recte dicitur esse de essentia sacramenti.

2º. Si sit de sacramenti essentia esse signum sacrum etiam subjective; ergo vel sanctificat subjectum in genere causæ formalis, vel efficientis; at neutrum dici potest: si enim primum; ergo quodcumque tale signum applicabitur subjecto, hoc semper sanctum reddet, quod lamen persæpe non fit: si secundum; ergo sacramentis Legis novæ non conveniet; imo hæc sacramenta vera non fuissent, quia non causabant gratiam.

3º. Permanentia est duratio: sed hæc rei accidentaliter est; magis enim et minus rem non variant; ergo esse institutum *permanenter*, ad essentiam sacramenti haud pertinet: deinde remedium naturæ sacramentum fuit; sed hoc annis fere 400. ante Legem scriptam desiit, nimirum Abrahami tempore; ergo.

4º. Omne sacramentum debet necessario esse signum symbolicum, h. e. similitudinem quamdam et analogiam cum re significata habens; ergo data sacramenti notio manca est. *Prob. Ant.* ex D. Aug. epist. ad Bonifacium 98. (alias 23.) n. 9. ubi, *si sacramenta;* inquit, *quamdam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent.*

5º. Si vera sit data sacramenti definitio; ergo et martyrium et sacrificium sacramentis accenseri debent; nam et primum confert gratiam, ac juxta BELLARM. L. 1. de Bapt. c. 6. aliosque, ex opere operato: alterum pariter ad sanctificandos homines institutum est; item signum est rememorativum passionis Christi.

12. *R. Ad 1ºm. quoad 1ºm. p. D.* Corpus Christi, contritio non sunt sensibilia immediate per seipsa C. mediate, per aliud, quod tamen ad ejusdem sacramenti rationem pertinet N. Sed hoc jam sufficit. Contritio vero interior animi per confessionem externam sensibilis fit; pariter corpus Christi per species panis, tum verba consecrationis, quæ ad idem sacramentum spectant. *Quoad 2ºm. p. R. D.* Hic actus esset sacramentum ejusdem rationis cum sacramentis, quæ de facto instituta fuerunt pro hominibus N. rationis diversæ C. Et D. *Cons.* Ergo sensibilitas signi non est de essentia sacramenti pro hominibus instituti N. sacramenti, quatenus abstrahit ab institutione pro hominibus, ac substantiis mere intellectualibus, alioque quocumque possibili modo, accommodati C. Definitio procedit de sacramentis institutis pro homine, quæ hujus conditioni esse accommodata oportuit, juxta num. 6. Cui adde: cum homo constet anima et corpore, colere debebat Deum non internis solum, sed etiam externis actibus; sicut et actibus externis eundem offendit; proinde non anima solum, sed et corpore, sive externe hominem sanctificari oportuit per res utique externas, sive sensibiles, ut NYSSENUS docet de Baptismo Christi (opp. t. 3. p. 369. C.) inquit: *Compositus est homo et non simplex, ut certo scimus, atque idcirco.... cognata, similiaque medicamenta ei ad curationem præbuit.* Cui consentit GREGORIUS Nazianz. or. 40. de Baptismo n. 8.

13. *Ad 2ºm. R.* Sacramentum suo modo subjectum in utroque genere sanctificat: gemina enim est sanctitas, quam sacramenta causant; una, quam causant formaliter in se ipsis, estque illa sanctitas moralis ac legalis, per quam homo specialiter consecratur, jungiturque Deo, ac formaliter quasi

res Deo sacra, ad eumque singulari modo pertinens constituitur, ut sunt consecrationes templorum, ac simillium, quæ sacrantur formaliter hoc ipso, quod illis applicentur ceremoniæ in hunc finem ab Ecclesia institutæ. Et hæc sanctitas est effectus formalis sacramentorum tum veteris tum novæ Legis, habeturque semper. Altera est, quam sacramentum generalius sumptum effective causat; et est vel gratia sanctificans, quam sola sacramenta novæ effective causant; vel legalis aliqua specialis consistens in jure cohabitandi populo Dei, communicandi in sacris ejusdem ac religiosis ceremoniis, etc. quam conferre omnibus sacramentis commune fuit. Etsi vero permittatur, etiam specialem illam sanctitatem legalem conferri semper, modo sacramentum sit validum, sicut etiam character; sacramenta tamen novæ Legis sanctitatem illam veram, sive gratiam tunc solum causant, quando subiectum illa rite suscipit, ut docent Flor. in Decr. et Trib. Sess. 7. Can. 6. 7. Sic qui in peccati mortalis statu ordinatur sacerdos, hoc ipso speciali modo Deo devinctus fit, licet sanctitatem internam non recipiat. Quod vero sacramenta vetera non causarent gratiam, non ideo sacramenta vera non erant; quia non est de essentia sacramenti in genere causare gratiam, sed hanc significare et conferre aliquam sanctitatem vel imperfectam, vel perfectam; sacramenta vero antiqua saltem significabant gratiam ut conferendam per novæ, velut umbræ horum et figuræ.

14. *Si dicas*: Quod in sacramentis habet rationem signi, debet causare id quod significat; ergo vel sacramenta vetera non erant vera, quia gratiam significabant solummodo: vel si nova non semper causent gratiam, erunt signa falsa.

R. *D. Ant.* Quod habet rationem signi cujuscumque *N.* demonstrativi *subd.* Debet causare id pro quovis eventu *N.* quando rite suscipitur *C.* Triplex in sacramentis significatum datur, 1º. significant gratiam; 2º. passionem Christi et mortem, causam gratiæ meritoriam; 3º. vitam æternam, gratiæ effectum. Sacramenta novæ Legis, quatenus Christi mortem significant, signa sunt rememorativa: vitæ æternæ, utpote futuræ, signa sunt prognostica: gratiæ vero, quam præsentem significant, signa demonstrativa sunt; sed respectu illius solummodo subjecti, quod illa rite suscipit, h. e. nullum gratiæ ponit obicem; respectu subjecti alterius obicem gratiæ afferentis non sunt signa demonstrativa; proinde eo casu nec signa falsa. Sacramenta vero Legis veteris erant signa tantum prognostica, quia et gratiam, et passionem Christi, et æternam gloriam significabant ut futura. Nihilominus vera sacramenta manebant, cum de ratione sacramenti in genere solum sit significare gratiam; causare vero eandem simul de ratione sacramenti in specie novæ Legis, quod solum differentiam specificam inter sacramenta utriusque Legis constituit.

15. *Ad 3^{um}.* R. *D.* Est accidentalis rei physicæ et physice spectatæ *C.* rei vel enti morali *N.* Ita quoque rem physicam physice non variat; variat tamen moraliter, sive rem consideratam moraliter. Sic e. g. licet in visione beatifica major vel minor duratio non variet operationem physice; variat tamen moraliter in ratione beatitudinis, ad quam spectat perfecte explere appetitum rationalem, ita ut cesset eo ipso beatitudo esse, si æternum non

duret. Remedium vero naturæ pro sola Abrahami familia mascula desiit, non pro aliis.

16. *Ad 4^{um}.* R. *N. Ant.* vel *D.* Debet esse symbolicum, h. e. ex institutione divina significativum alicujus rei *C.* habere analogiam ac similitudinem cum re significata *N.* Neque aliud *S. Acc.* vult; nam juxta ipsum sacramenta debent representare res significatas, sicut dies Dominica, de qua immediate agit ante objecta verba, resurrectionem Christi, ac proinde cum rebus significatis similem habere convenientiam; at dies Dominica non representat resurrectionem Christi, nec huic est similis, nisi ratione institutionis; igitur et sacramenta aliter esse similia non debent.

17. *Ad 5^{um}.* R. *N. seq.* quoad utrumque; nam 1º. martyrium non est ceremonia sacra a Christo instituta, ut exerceatur, quamdiu durat Christi religio; sed si spectetur ut cædes fidelium Christi, est actio detestabilis et prohibita. Deinde sacrificium principaliter cultum Dei respicit ac immediate, non sanctificationem hominum, juxta num. 9.

17. *Obj. II. cum Protestantibus*: Scriptura sacra, Patres aliique non raro sacramenta vocant *signacula, sigilla, pignora* divinarum promissionum, quæ veluti illis obsignentur, confirmantur. Sic ad Rom. 4. 11. circumcisio dicitur *signaculum justitiæ*; idemque nomen AUG. L. de catechizand. rudib. c. 26. n. 50. sacramentis novæ Legis omnibus tribuit. Baptismum sigillum vocat S. GREG. NAZ. orat. 40. de Bapt. n. 4., TERTULL. *fidei obsignationem.* de Pœnit. c. 6. *Pignoribus* a D. BERNARDO comparantur serm. de cœna Domini.

R. Sic vocant in sensu, quo volunt adversarii *N.* in alio, eoque orthodoxo *C.* Vocant signacula, sigilla, 1º. quia obsignant veluti fideles et ceu notæ distinctivæ discernunt ab infidelibus; 2º. quia intra se vere rem sacram latentem claudunt, nempe invisibilem gratiam, ut ibid. exponit AUG. cit.; vocantur pignora, quatenus sensu etiam vero dici potest, esse veluti arrhas, certaque signa, quibus Deus promissionem de danda gratia contestatur. At his solis nec Scriptura, nec Patres totam sacramentorum naturam aut vim definiunt; sed talia esse signacula, sigilla volunt, quæ gratiam, quam intra se claudunt, ceu causæ conferant; promissiones gratiæ divinas in suscipientibus effectui dent, ut ex referendis infra sententiis de causalitate sacramentorum patescet. Sic S. BERNARD. loc. cit. comparat sacramenta annulo et baculo, quibus tanquam signis et pignoribus confertur actu dignitas aliqua, vel possessio; ita per sacramenta monstrans actu conferri gratiam. At adversarii totam sacramentorum naturam atque vim in hoc solo constringunt; quod discernant fideles, sint divinarum promissionum obsignatio mera; quod sint signacula, sigilla sterilia, quæ ipsa per se conferre promissam gratiam nequeant: quod longissime remotum esse a Scripturis sacris, et mente Patrum ostendetur infra.

ARTICULUS II.

AN ET QUOT NOVE LEGIS SACRAMENTA SINT ?

19. *Præmitto.* Nullum prorsus in nova Lege sacramentum dari, Ascodru-
tos olim affirmasse refert THEODORETUS, Hæretic. Fabular. L. 1. c. 10. (opp.
t. 4. p. 101.). Etiam Fratricellos ecclesiastica despexisse sacramenta, JOAN-
NES XXII. ait in Extrav. *Sancta Romana*. Alii hæreticorum circa particularia
sacramenta aberrabant. Archontici, Epiphonio teste, Hæc. 40. n. 2. Bapti-
smum et Eucharistiam execrabantur: Baptismum Manichæi inficiabantur:
Confirmationem neophytis conferendam negabant Novatiani: Ordinem
Taudemite respuebant: Matrimonium Manichæi rursus et Encratite:
Eucharistiam Petro-Brusiani: Extremam Unctionem Albigenses detestatos
esse S. ANTONIN. testatur 4. part. tit. 11. c. 7.: sed et alia eos sacramenta
rejecisse, Confirmationem, Pœnitentiam, Ordinem ex Pêtr. VALLIUM Ord.
Cist. scriptore coævo intelligimus. Ex postremi temporis Novatoribus Calvin.
nonnisi Baptismum, Eucharistiam et Ordinem recepit: Swingl. Bapti-
smum, Eucharistiam et Matrimonium. Luther. L. de captiv. Babyl. chamæ-
leonte mutabilior modo unum, modo duo, modo tria, modo plura recepit:
Augustana Confessio duntaxat tria civitate donavit, Baptismum, Eucharis-
tiam, et Pœnitentiam; nec de his eorum unus recte sensit, cum singuli
sacramentum quodlibet virtute causandi gratiam spoliarent.

20. *Dico.* Habet et Lex nova sacramenta sua, eaque numero septem, nec
plura, nec pauciora, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam,
Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium. Hæc est
constans et fixa Ecclesiæ Catholicæ doctrina, ac clare definita in Conc. TRID.
Sess. 7. Can. 1.; tum FLOR. in Decr. At quoniam Concilii utriusque aucto-
ritatem, etsi immerito, pertinaciter respuant Protestantes; et dogmatis ca-
tholici, et definitionis veritas ulterius

Prob. I. Sacramenta novæ Legis sunt ritus sacri, seu signa externa et sen-
sibilia, ac stabilia, quæ ex divina institutione annexam habent promissio-
nem gratiæ, scilicet sanctificantis, ut dictum Art. 1., et in hac definitione
generali conveniunt omnes Catholici, etsi quoad voculas alias sit quædam
discrepancia. Atqui recensita septem sacramenta sunt tales ritus, aut talia
signa, eaque sola; ergo.

Prob. min. quoad part. 1^{am}. Ex Scripturis sacris inductione, hoc loco qui-
dem breviter, quod longius ostendemus, ubi in specie de singulis erit dis-
putatio.

Ac 1^o. De Baptismo constat; est enim ritus expressus ad Ephes. 5. 26. *La-
vacrum aque in verbo vite.* Institutio ejus extat Joan. 3. 5. *Nisi quis rena-
tus fuerit ex aqua, etc.*; et Marc. ult. *baptizantes eos.* Promissio gratiæ ibid.
Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. Et ad Tit. 3. 5. *Salvos nos
fecit per lavacrum:* ubi Baptismo promittitur salus, proinde gratia salu-
tis radix.

2^o. De Confirmatione ritus externus, manuum impositio habetur Actor. 8.
et 19. Effectus gratiæ ibid.; nam per manus Apostolorum dabatur Spiritus

sanctus. Institutio, etsi in Scriptura expressa non æque sit ac de Baptismo,
ex citatis locis tamen evidenter colligitur; nunquam enim Apostoli ita con-
stanter imposuissent manus ad conferendam Spiritus sancti gratiam, nisi
institutionem Christi et præceptum certo tenuissent; cum hominis potesta-
tem excedat, ritus instituere, iisque gratiam annectere.

3^o. Quoad Eucharistiam, ritus Matth. 26. et 1. Cor. 11. *Accipit panem, et
gratias agens, fregit, etc.* Institutio ibid. *Hoc facite, ac Joan. 6. Nisi mandu-
caveritis.* Promissio gratiæ, Joan. 6. *Qui manducat hunc panem, vivet in
æternum.*

4^o. De Pœnitentia Joan. 20. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur
eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Ubi 1. exprimitur ritus externus,
judicialis absolutio, quæ est signum internæ, quæ a Deo fit. 2. Promissio
gratiæ: *remittuntur eis*, quod fit largiendo gratiam. 3. Institutio ibid.: *sicut
misit me Pater, et ego mitto vos.* Unde inquit Apost. 2. Cor. 5. *Deus dedit
nobis ministerium reconciliationis.*

5^o. De Extrema Unctione ritus exprimitur Jac. 5. 14. *Orent super eum,
ungentes eum oleo in nomine Domini.* Promissio: *et alleviabit eum Dominus,
et si in peccatis sit, remittentur ei.* Institutio hinc rursus apparet, quod
Apostolus non ausus fuisset, ita confidenter tantum effectum promittere,
nisi Christi voluntatem tenuisset.

6^o. De Ordine ritum externum, manus impositionem, ac promissionem
gratiæ expressit Apost. 1. ad Tim. 4. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te
est, quæ data est tibi... cum impositione manuum presbyterii.* Tum 2. ad
Tim. 1. 6. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per imposi-
tionem manuum mearum.* Institutionem, ad Ephes. 4. 11. *Ipse dedit quosdam
quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios
autem Pastores.* Deinde, unde noverat Apostolus datam fuisse Timotheo gra-
tiam, nisi a Christo didicisset hanc illi signo impositionis manus annexam
esse.

7^o. De Matrimonio ritum externum habemus, contractum marem inter et
feminam. Institutionem, Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.*
Gratiam, ad Ephes. 5. v. 25., ubi juxta Apostolum conjunctio viri et femina
significat conjunctionem Christi cum Ecclesia: *Sacramentum hoc magnum
est, ego autem dico in Christo et Ecclesia, v. 32.* Sed hæc conjunctio est per
gratiam; ergo et illa viri et feminae talis esse debet; vel secus vere signifi-
care non posset conjunctionem alteram Christi cum Ecclesia.

Prob. min. quoad part. 2^{am}. Quia præter recensitos hos septem ritus, nullus
alius sive ex Scriptura sacra, sive ex traditione afferri potest, qui tum
stabili institutione divina, tum annexa gratia gauderet; sed hi septem soli;
ergo nec plura sunt, nec pauciora, quam enumerata veri nominis sacra-
menta.

21. *Prob. II.* Pervulgata est 5. Aug. regula L. 4. de Bapt. c. 24. *Quod
universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est,
nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur.* Unde tale for-
matur argumentum: quod universa semper tenuit, tenetque Ecclesia, est
tenendum omnino, utpote auctoritate traditum apostolica: atqui septem
in nova Lege esse sacramenta, semper universa tenebat Ecclesia; ergo.

Prob. min. 1°. Semper enim Ecclesia eos sinu suo eiciebat, qui vel unum e dictis respuerent. Sic seculo III. damnati Novatiani, qui Confirmationem negabant conferendam neophytis. Sec. IV. Manichæi male sentientes de Matrimonio. Sec. XII. Albigenses, qui Extremam Unctionem, Confirmationem, Pœnitentiam et Ordinem detestati. Rursum sec. XV. Wicleffistæ inter cætera specialiter, quod Extremam Unctionem aversati.

2°. Ex perpetuo Ecclesiæ utriusque, occidentalis et orientalis consensu, qui vel exinde indubius fit. 1. Quod, etsi Græci, cæterique orientales etiam in minimis, et ubi ubi se posse putabant, carperent ritus et fidem Ecclesiæ Romanæ; nemo tamen eorum unquam eam sit ausus perstringere quod admitteret sacramenta plura, quam Christus instituisset. 2. Ex utriusque Ecclesiæ Euchologiis et Ritualibus antiquissimis, in quibus de iis solis sacramentis, quæ recensimus, fit mentio, præscribuntur ritus et cætera ad eorum administrationem pertinentia. 3. Ex responsione Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani data Confessionis Augustanæ nuntiis, Græcos omnes eadem cum Latinis, nec plura, nec pauciora sacramenta admittere.

3°. Ex omnis ævi Patrum testimoniis, quæ Protestantium quidem Doctores quoad Baptismum et Eucharistiam ultro amplectuntur nobiscum. Sed et amplectantur quoad cætera.

Confirmationis S. Dionys. Areopagita Apostolis cœvus claram mentionem ingerit de Eccles. Hier. c. 4. part. 3. n. 11. *Sed et ipsis, qui sacratissimo regenerationis mysterio consecrantur, adventum Spiritus sancti consummans unguenti unctio elargitur.* En ritum, ejusque effectum, proinde rationem sacramenti. Illam sacramentum vocat Cyp. ep. 72. ad S. Stephanum de Concil. n. 1. Eodem in ordine cum Baptismo et Eucharistia TERTULL. ponit L. de resurr. carn. c. 8. S. CYRIL. Hierosolym. ex quinque Catechesibus mystagogicis 1^{am}. et 2^{am}. de Baptismo scripsit: 3^{am}. de sacramento Confirmationis: 4^{am}. et 5^{am}. de Eucharistia, quæ scilicet sacramenta eodem die pro more tunc Ecclesiæ conferebantur neophytis.

Pœnitentiam Baptismo æquat S. AMBROS. L. 1. de Pœnit. c. 8. n. 36. 37. utrobique inquit idem esse ministerium sacerdotum; utrumque esse mysterium: in Pœnitentia Dei nomen operari. Pariter S. CYRIL. L. 12. in Joan. (opp. t. 4. p. 1101. D.) reconciliationem pœnitentium Baptismo comparat.

Extremam Unctionem INNOC. I. sec. V. epist. 1. ad Decentium c. 8. (Lab. t. 2. p. 1248. B.) cæteris annumerat sacramentis; quippe de oleo infirmorum loquens: *Pœnitentibus, inquit, istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?* Sed et ante INNOC. Extr. Unctionem in peccatorum remissionem adhibitam, ORIGENES testatur homil. 2. in Levit. n. 2. et 4. (opp. t. 2. p. 189. A. et 191. C.).

Ordinem rursus sacramentis S. Dionys. Areop. accenset de Eccles. Hier. c. 5., per illum gratiam dari asserens. S. AUG. L. 2. contr. epist. Parmeniani c. 13. n. 28. scribens de Baptismo et Ordinatione: *Utrumque, inquit, sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur; illud, cum ordinatur. Itaque in Ecclesia Catholica utrumque non licet iterari.*

Matrimonium demum inter sacramenta refert Aug. L. de bono conjug.

c. 18. n. 21. *In nostrarum (uxorum) nuptiis, inquit, plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas uteri.* Et c. 24. *Bonum nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est, et in fide castitatis: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti.* Idem TERTULL. facit L. de Præscript. c. 40. Sed de his plura, ubi de sacramentis in specie.

Ratio a priori est voluntas Christi instituentis; cui tamen sua non deest congruitas, ut nunc dicitur.

22. *Dico II.* Sacramenta novæ Legis et quoad substantiam, et quoad numerum perquam convenienter instituta sunt.

Ratio 1^æ. part. est, 1°. Quia maxime congruum est, ut Deus provideat homini de salutis mediis naturæ humanæ consentaneis: sed homo non nisi per res sensibiles ad rerum divinarum ac spiritualium intelligentiam deducitur, ut ex S. CHRYSOST. observatum est n. 6.; ergo et statui Legis novæ sacramenta conveniunt. 2°. Ut ibid. ex S. AUG. notatum, ut ex tanta varietate hominum coalesceret Ecclesiæ corpus; ac fideles in unam colligarentur religionem, possentque discerni a cæteris, necessum fuit, eos quibusdam vinculis constringi, ac notis distingui sensibilibus; sed vincula illa sensibilia, notæque sacramenta sunt. Ubi tamen S. Pater minime intelligendus est de necessitate absoluta ac presse dicta ex parte Dei, sed latius accepta, pro magna congruitate ac convenientia naturali. Plures convenientias assertit Catechismus Romanus.

Ratio 2^æ. part. sumitur a similitudine, quæ vitam spiritualement et corporealem intercedit. Homini quippe ad vivendum, vitamque agenda tum suo, ac quia animal sociale est, reipublicæ bono, hæc septem videntur pernecessaria: 1°. generari debet: 2°. augeri et roborari: 3°. nutrir: 4°. sanari, si in morbum incidat: 5°. removeri infirmitatis reliquiæ debent: deinde 6°. quantum rempublicam affinet, ut magistratus non desint, quorum auctoritate regatur: 7°. eo quod mortalis sit, ut legitima sobolis propagatione conservet seipsum et humanum genus. Ita pariter ad spiritualement vitam requiruntur septem. 1°. per Baptismum renascimur, Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto.* 2°. Confirmationis virtute augemur et roboramur in fide, ut de baptizatis jam Apostolis notat D. AUGUST. iis idcirco a Domino dictum esse: *sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto,* Luc. 24. 3°. Eucharistia nutrimur, juxta illud Joan. 6. *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* 4°. per Pœnitentiam restituimur sanitati. 5°. per Extremam Unctionem abiguntur morbi spirituales, ac peccatorum reliquiæ, Jac. 5. 6°. per Ordinem traduntur ministeria sacra in Ecclesia, ac constituuntur superiores, qui præsent cœtui fidelium. 7°. Matrimonium additur, ut per legitimam sanctamque conjunctionem maris ac femine religiose susceptæ proles educantur ad cultum Dei.

23. *Obj. I.* Ex SCRIP. 1°. Si septem darentur Legis novæ sacramenta, meminisset illius numeri S. Scriptura alicubi: atqui nusquam illius meminit; ergo. 2°. Scriptura sacra potius duo tantum esse sacramenta indicat; nam Joan. 19. ex latere Christi fluxerunt sanguis et aqua, h. e. Eucharistia, et Baptismus; ita enim locum hunc S. AUG. L. 2. de symbolo c. 6. et Tract. 9.

n. 10. in Joan. ; tum CHRYSOST., CYRILL., THEOPHYLACT., DAMASC. L. 4. de fide c. 9. et passim Patres Græci exponunt. Nec obscure hunc numerum reprobare videtur Apoc. 17., ubi angelus vocat sacramentum bestiam septem habentem cornua, quo significari videtur, septenarium sacramentorum numerum ad Antichristum, qui per bestiam illam designatur, pertinere.

24. *Ad 1^{um}. R. 1^o.* Nec Scriptura alicubi numeri binarii sacramentorum, vel ternarii mentionem facit.

R. 2^o. N. M., quod hujus numeri meminisse debuisset, cum multa teneamur credere vi verbi divini traditi, cujus eadem auctoritas est, quæ scripti, etsi in Scriptura ipsa scripta non sint. Sic quatuor omnes tenemus Evangelia, cæteris, quæ etiam sub hoc circumvolitabant nomine, rejectis; sic et determinatus est librorum canonicorum numerus, tametsi nec hunc, nec illa Scriptura determinet. Demum

R. 3^o. D. min. Non meminit alicubi, h. e. in uno loco omnium septem, aut sub hac verborum formula sacramenta sunt numero septem *C.* non meminit ejus numeri quoad rem *N.* Sic vero meminit, cum septem ejusmodi ritus sacros assignet, nec plures, nec pauciores, quibus omnes veri sacramenti dotes conveniunt, ut constat ex Conclusionem. Atque ita nobiscum respondeant, necesse est, adversarii, cum secus nec sua tria, vel duo sacramenta evincant. Quod vero hoc solum modo Scriptura sacramenta assignet septem, rationem hoc loco apposite BELLARM. dat, quia Scriptura (idem est de Patribus) non scripsit Catechismum, ut modo facimus ob multitudinem hæresum, sed tantum res ipsas tradit variis in locis.

Neque replicent: Debuisset saltem Scriptura iis in locis hisce ritibus tribuere nomen sacramenti, si eos ut vera sacramenta proponeret. Nam

R. Neque hoc nomen Baptismo, vel Eucharistiæ attribuit, quæ tamen adversariorum consensu sacramenta sunt; sed solum Matrimonium hoc insignitur nomine, quod tamen adversarii omnes e sacramentorum numero exulare jubent. Deinde nudum *sacramenti* nomen in Scripturis divinis adhibitum nondum signum sufficiens est, rem illam ad veri nominis sacramenta referri; nam variis rebus hoc nomen additur, quæ tamen ad illa minime pertinent. Ita ad Ephes. 1. propositum gentiles vocandi ad fidem dicitur sacramentum voluntatis Dei; ad Tim. 3. Verbi divini incarnatio magnum dicitur pietatis sacramentum; Dan. 2. statua Nabuchodonosori in somno objecta; Apoc. 1. sacramentum stellarum; Apoc. 17. sacramentum mulieris. Hinc non est de nomine hic, sed de re disputatio.

25. *Ad 2^{um}. R. D.* Laudati Patres sic exponunt, ut excludant sacramenta alia *N.* secus *C.* Sic et Apostolus ad Hebr. 6. duo tantum ponit sacramenta; Baptisma, et impositionem manuum, h. e. Confirmationem; *non rursus jacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuis, et fidei ad Deum; baptismatum doctrinæ; impositionis quoque manuum;* ubi per impositionem manuum CHRYS., THEOPHYL., THEODORET., aliique Confirmationem intelligunt, quæ dabatur post Baptismum; nec meminit Eucharistiæ, licet et hæc dari post Baptismum soleret, quin tamen idcirco eam excludat. Sed non est necessitas inhaerendi expositioni datæ: alii enim Patres exponunt aliter. CYRIL. Catech. 3^o. n. 10. et 13^o. n. 21. Hieron. epist. 69. (al. 83.)

ad Oceanum n. 6. (opp. t. 1. p. 420.) per sanguinem et aquam duo significari Baptismata volunt, sanguinis et fluminis. S. AMBROS. L. 10. in Luc. n. 135. ac S. AUG. ipse in cap. 19. Joan. Tract. 120. n. 2. aliique per sanguinem intelligunt redemptionis pretium; per aquam Baptismum, quo pretium illud applicatur. Et hæc expositio videtur litteræ conformior; ideo enim, ut notat BELLARMINUS, non dixit: exivit aqua et sanguis, ut ordo postulasset, si ageretur de Baptismo et Eucharistia, cum hanc ille præeat; sed *exivit sanguis et aqua*, h. e. pretium, et hujus applicatio: quo ostenderetur efficacia baptismi Christi præ illo Joannis, qui venerat in aqua solum, sive baptismo inefficaci; Christus in sanguine et aqua, h. e. aqua annexum habente ejus pretium sanguinis, sicque in baptismo efficacissimo, plane juxta illud 1. Joan. 5. *Hic est, qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.*

26. *Ad 3^{um}. R.* Non sine blasphemia ita objici; nolint enim, velint, ea etiam sacramenta hac ratione numerare debent inter cornua bestiae, quæ adversarii admittunt pro veris, Baptismum et Eucharistiam. Verum non dixit Joannes, septem cornua esse septem sacramenta, sed sacramentum in singulari, sive unum; tum quid septem ea capita denotent, continuo subdit, esse septem reges.

27. *Obj. II. Ex SS. PATRIBUS 1^o.* Si septenarium sacramentorum numerum constanter tenuisset Ecclesia, cur igitur antiquiores Patres illius non meminerunt? Quin

2^o. Veteres Ecclesiæ Patres et Scriptores, ubi de sacramentis vere talibus agunt, duobus solummodo contenti sunt; nam 1. duorum duntaxat S. JUSTIN. M., Baptismi scilicet et Eucharistiæ meminit Apol. 2^o. 2. Nec plurimum IRENEUS. 3. TERTULL. pariter L. 1. et 4. contr. Marcion. 4. S. AUG. L. 3. de Doctr. Christ. c. 9. Item epist. 118. (al. 54. n. 1.) duo tantum dari sacramenta affirmat, Baptismum et Eucharistiam; nam priori loco, *pauca*, inquit, *pro multis, eademque factu facillima, et intellectu augustissima, et observatione castissima ipse Dominus et Apostolica tradidit disciplina: sicuti est Baptismi sacramentum, et celebratio corporis et sanguinis Domini.*

3^o. Etiam Patres qui ex professo tractant de Sacramentis, non nisi illa duo ponunt; tales sunt S. CYRIL. in Catechesibus, S. AMBROS. L. de Sacrament. et de Myster.

4^o. Recentiores e Patribus plura quidem subinde, quam duo recipiunt; tamen non septem: sic S. GREGOR. relatus Can. *multi secularium*, Caus. 1. Q. 1. tria ponit, Baptismum, Chrisma, Eucharistiam: Auctor operis *de operib. Cardinal. Christi*, qui sub nomine CYPRIANI perperam alias venit, rursus tria tantum, Eucharistiam, Chrisma, Ordinationem: RABAN. MAURUS tandem de instit. Clericor. sex priora sacramenta, Matrimonio excluso; ergo septenarius ille sacramentorum numerus e cerebro prodiit Scholasticorum, HUGONIS a S. Vict. an. 1130., et PETRI LOMBARDI, sive Magistri Sententiarum an. 1140., quia ante hos non occurrit.

28. *Ad 1^{um}. R. N.* Quod non meminerint, etsi non sub hoc expresso

nomine, numeri septenarii (sic enim nec numeri binarii aut ternarii meminerunt), tamen quoad rem; non equidem singuli septem sacramentorum omnium, attamen universi vel collecti sacramentorum singulorum, ut ex Concl. constat. Sed et Aug. singulorum septem sacramentorum diversis in locis mentionem sat claram ingerit; nam præter Baptismum et Eucharistiam loc. antec. num. cit. diserte Confirmationem sacramentorum albo infert L. 2. contr. litteras Petiliani c. 104. n. 239. *Sacramentum chrismatis in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus: Ordinem L. 2. contr. epist. Parmen. verbis in prob. 2^a. num 21. adductis. Pœnitentiam in Ps. 146. n. 8. reconciliationem pœnitentium verbis disertis sacramentum appellans: Extremam Unctionem L. 5. de Baptism. c. 20., sub nomine enim olei passim apud veteres Extr. Unctio venit: Matrimonium demum L. 9. de Genes. c. 7. triplex ejus bonum esse dicens, proles, fidem, sacramentum. Cur vero singuli non referant sacramenta singula, ratio est 1^a., quod id eorum scribendi scopus sæpe non posceret: vel 2^a. quod illa tantum tractanda sumerent, quæ impugnabantur ab hæreticis, uti ex dicendis constabit: 3^a. disciplina arcani, sive lex religiosi silentii de nostræ mysteriis fidei, de qua testantur, quotquot ferme veterum de religione scripserunt. *Omnibus mysteriis*, ait TERTUL. Apol. c. 7. *silentii fides debetur.* Idem S. BASIL. vult L. de Spir. sancto c. 27. n. 66. S. AMBROS. L. de iis, qui mysteriis initiantur, seu de Mysteriis c. 9. n. 35. Quin ea lex gentilibus occultandi fidei dogmata adhuc sec. IV. et V. tenuit. Unde S. CHRYS., qui sec. IV. exeunte floruit, homil. 40. in epist. 1. ad Corinth. n. 1. (opp. t. 40. p. 379. A.) de Baptismo loquens, *volo quidem, inquit, aperte hoc dicere, non audeo autem propter eos qui non sunt initiati; ii enim expositionem nobis faciunt difficiliorem, ut qui nos cogant vel non aperte dicere, aut eis arcana enuntiare, etc.* Et ineunte sec. V. INNOC. I. respondens Decentio Eugubino Episcopo, *verba dicere non possum, inquit c. 3. (Lab. t. 2. p. 1246. D.), ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.* Ea etiam de causa S. AUG. L. de catechizand. rudib. c. 9. sacramenta ait fuisse appellata mysteria, h. e. secreta, occulta, quæ solis communicanda initiandis, efferre contra in publicum nefas esset. Nimirum ne, si panderentur gentilibus, hi ritus et sacra religionis nostræ sensu acciperent maligno, indeque spernendi et cavillandi ansam caperent, ut revera docuerat experientia.*

29. Ad 2^{am}. R. 1^a. id falsum esse de singulis Patribus, ut constat ex Aug. ante cit., et TERTUL. paulo post, aliisque in Concl. Deinde ad singulos

R. 2^a. in specie.

S. JUSTINUS ideo duorum solummodo meminit, quia, ut de singulis tractaret, nec scribendi, nec temporis ferebat ratio. Respondebat enim gentilibus, qui duo objecerant Christianis: 1^a. eos esse atheos, quod Deos non colerent: 2^a. in conventibus suis eos vesci pueruli alicujus carnibus, ideoque neminem eos, præter suos, suam ad synaxin admittere. Cujus calumniæ in Christianos conjectæ etiam TERTUL. in Apologet., ATHENAGORAS in Apolog., MINUTIUS in Octavio testes sunt. Ad primum respondet, eos atheos non esse, cum tres divinas personas colant. Deinde de Christianorum synaxi agit, ac veluti cursim Baptismi meminit, ut doceat, non nisi baptizatis permissum esse synaxi accumbere; tum, quid Christiani in synaxi agant, rationem red-

dit, ubi de Eucharistia necessum habebat disserere, utpote synaxeos mysterio præcipuo, ob quod, scilicet corpus Christi, putabantur carnibus vesci mactati pueruli. Igitur de sacramentis aliis ut scriberet, nec necessum fuit, cum hæc ignota essent adhuc gentilibus; nec proinde consultum, ne ex his divulgatis amplio rem causam sumerent Christianos amplius cavillandi.

S. IRENEUS ex professo de sacramentis non tractat, sed pro oblata scribendi causa nunc Eucharistiæ, nunc Baptismi meminit. L. 1. c. 9. de priore disputat, ut Marci cujusdam errores refellat circa eandem; cap. 18. autem de Baptismo, ut rursus hæreticorum aliorum circa eundem ineptias confutet.

TERTULL. plura admisit, quam duo; nam 1^a. L. de Resurr. carnis c. 8. omnino quatuor distinguit, Baptismum, Chrisma, Eucharistiam et Ordinationem; quinque vero L. de Præscript. c. 40., ubi ait, *diabolum ipsas res sacramentorum divinarum æmulari... tingit et ipse quosdam... expiationem delictorum de lavacro repromittit; en Baptismum: initiat mitra; en Ordinationem: signat in frontibus milites suos; en Confirmationem: celebrat panis oblationem; en Eucharistiam: quid? quod summum Pontificem in nuptiis statuit; en Matrimonium.* Deinde falsum, TERTULL. L. contr. Marcion. duo dicere sacramenta; sed potius exinde refelluntur adversarii: ait enim ibid. L. 1. c. 14. in sacramentis uti voluisse Deum aqua, pane et oleo; sed hæc in quinque sacramentis materia sunt. Non meminit tamen hic duorum aliorum, quia nihil conducebant ad ejus propositum; quippe probandum sibi sumpserat, Deum verum vere condidisse elementa, cæterasque res sensibiles, quod negabat Marcion; atque ita probat: si hæc aliis quidam condidisset Deus, sane non iis uteretur Deus noster et verus in sacramentis suis.

S. AUGUSTIN. ponit sacramenta duo non exclusive, veluti non darentur alia; omnia enim septem ab eo admitti, constat ex ante dictis; sed solum exempli gratia, ut particula *sicuti* satis indicat. Sic eadem sacramenta duo exempli gratia ponit in Ps. 103. conc. 1^a. n. 9. *Respice*, inquit, *ad munera ipsius Ecclesiæ, munus sacramentorum in Baptismo, in Eucharistia; at non excludendo propterea reliqua; nam immediate subdit: et in cæteris sacramentis.* Ideo vero hæc duo ad modum exempli refert, quod principiora sint, Baptismus necessitate, cum et cæterorum sit janua, Eucharistia autem excellentia et dignitate.

30. Ad 3^{am}. R. N. a laudatis Patribus ex proposito de sacramentis disputationem suscipi, sed uterque neophytos, seu baptizandos de iis instruit sacramentis, quæ cum Baptismo adultis conferuntur; ad hos enim CYRILLI catecheses, ut legenti patet, diriguntur, quos *illuminandos* vocat, h. e. baptizandos; Baptismus enim sacramentum *illuminationis* dicebatur antiquis. De S. AMBROSIO vero vel ipse titulus id declarat, et de iis, qui *initiantur*, h. e. phrasi tunc pariter recepta, baptizabantur: adultis vero tria sacramenta dabantur, olim quidem die eodem Baptismus, Confirmatio, Eucharistia; id quod ex cit. L. Ambrosii de Sacram. et iis, etc., planum fit, ubi et totum Baptismi ordinem, et quæ hunc consequabantur, exponit. Hinc dum L. 6. c. 2. ait: *Accepisti plenissime de sacramentis, cognovisti omnia; accipi debet de sacramentis iis, quibus instituebat neophytos.*

31. *Ad 4^{um}*. R. Verba vit. Can. non recte attribui GREGORIO, cum non apud hunc, sed ISIDORUM extant L. 6. Etymolog. c. 19.: sed cujuscumque sint, duntaxat ad modum exempli referuntur. Auctor operis *de operib. Cardinal.* ea solum sacramenta exponenda sumpserat, quæ Christus in cœna instituit, Eucharistiam, Chrisma et Ordinationem; vide *Serm. de cœna Domini, et lot. ped.* inter opera S. CYPRIANI. RABANUS demum Libris de Instit. Clericor. de sex prioribus solum sacramentis agit, quia hæc clericis, quos instituit, conveniunt, Matrimonio omisso, quod ad eosdem non pertineat.

32. *Obj. III.* Etiam lotio pedum Joan. 13. adhibita in cœna a Christo ad vera sacramenta pertinet; ergo sunt plura, quam septem. *Prob. Ant.* Habet enim omnia, quæ veri nominis sacramentum exigat; nam 1^o. adest ritus externus, sive signum sensibile, nimirum lotio. 2^o. Institutio divina et præceptum Christi v. 14. *Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes: exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis.* 3^o. Promissio gratiæ v. 8. *Si non laveris te, non habebis partem mecum.*

R. N. A. et *prob.* et dico, non haberi 1^o. præceptum Christi, sive institutionem divinam, ut traditione constat ex praxi Ecclesiæ; nunquam ea præceptum Christi in ea lotione agnovit sibi traditum, quod demonstrat ejusdem quoad illam disciplina varia. Nam S. AMBROSIO teste, L. 3. de Sacram., eam non observavit Ecclesia Romana, cæterarum Magistra. Teste ISIDORO, L. 6. Etymolog. c. 7. Ecclesia Hispana Dominica Palmarum ante Baptismum non pedes solum, sed et caput abluebat baptizandorum. Idem mos Gallicanæ fuit ALCUINO teste, L. de Eccles. Offic. De Africana Auc. refert epist. 55. n. 33. ad Januar. (alias 119.) plures lotionem in consuetudinem recipere noluisse, ne ad Baptismum pertinere videretur; alios, ubi consuetudo fuisset, eam abstulisse. Et vero nunquam Christiani putarunt, speciale sibi præceptum datum de pedum lotione; alioquin peccarent omnes, qui ea ceremonia non utuntur. Deinde plerumque ante Baptismum adhibebatur; ergo non putabatur instituta ut sacramentum, cum ille omnium janua sit. Per hæc igitur: *si ergo ego lavi pedes, etc.* humilitas, tum charitas præcipitur, ut exponunt CHRYS. et CYRILLUS in hunc S. Joannis locum.

2^o. Nec habetur promissio gratiæ; per hæc enim: *nisi laveris te, non habebis partem mecum*, ad litteram non promittit Christus gratiam, sed minatur Petro pœnam ob inobedientiam, ut rursus exponunt laudati ante Patres CHRYS., CYRIL., tum S. BASIL. L. 1. de Bapt. c. 2. Unde multum differt hæc Christi propositio: *nisi laveris te, etc.*, ab hac Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.*; hæc enim posterior universalis est, omnes respiciens citra conditionem ullam; prior vero Petrum, ejusque reluctantiam respicit, cui, nisi obediat, comminatur pœnam. Per ista vero v. 10. *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet*, non innuitur, lotionem pedum peccata venialia more aliorum sacramentorum remittere ex opere operato; alias quotidie deberent lavari pedes; sed esse figuram lotionis alterius internæ, qua etiam *loti, mundi toti*, sive simpliciter mundi, h. e. justis indigent, ut levioribus maculis, peccatis venialibus se mundent, quæ etiam justis adhærent, veluti balneo lotis in pedibus pulveres. Lotio autem interna, qua diluuntur ejusmodi nævorum in justis pulveres, per illam externam figurata sita est

in contritione, Pœnitentiæ sacramento, humilitate, aliisque virtutum actibus, qui oppositi sunt certis peccatis venialibus.

33. *Dices*: Attamen S. AMBROS. L. 3. de Sacram. c. 1. n. 4. et seqq. lotionem pedum etiam ad nostram sanctificationem institutam asserit. Et L. de Mysteriis c. 6. n. 32. plantam Petri, ait, abluï, *ut hæreditaria peccata tollantur*; propria autem relaxari per Baptismum: auctor vero serm. de lot. ped. inter CYPRIANI opera p. 334. ad hæc verba, *nisi laveris te, non habebis partem mecum*: *Paulatim*, ait, *mysterii hujus declaratur necessitas, quam conditio proposita inevitabilem reddit.* D. BERNARD. serm. de Cœn. Dom. n. 4. (opp. t. 1. p. 891. E.): *Ut de remissione quotidianorum, inquit, minime dubitemus, habemus ejus sacramentum, pedum abluitionem.*

R. 1^o. *generaliter*: Lotionem pedum dici sacramentum acceptione latiore, quatenus scilicet aliquid sacri significet, quod in nobis fieri quotidie debet, h. e. expiationem peccatorum venialium; non hanc efficiendo sacramentorum aliorum more, sed ut obtinendam per deprecationem, pœnitentiam, humilitatem, etc. Et vero si crederent, lotionem pedum tale sacramentum esse; oporteret sane, inquit BELLARM. apposite, nos ex eorum sententia quotidie invicem lavare pedes, eo quod sacramentum hoc culpæ quotidianarum esse expiationem dicant. Hinc simul patet responsio ad posteriores duos, D. BERN. et auctorem serm. cit.

R. 2^o. *in specie* ad S. AMBROS., et explico cum dist.: ait hunc ritum institutum esse etiam ad sanctificationem nostram; hanc simul efficiendam N. solum significandam, obtinendam vero per actus alios pœnitentiæ, humilitatis, charitatis, etc. C. Per hæreditaria vero peccata nihil minus, quam originale intelligit, cum illud per Baptisma dilui, nec solum propria personalia actualia, tota semper crediderit Ecclesia contra Pelagianos, ipseque AMBROS. L. cit. de Myster. c. 3. n. 11. inquit, in Baptismo *omne abluï carnale peccatum*; sed intelligit concupiscentiam, juxta ea, quæ S. Pater idem in Ps. 48. n. 9. tradit, ubi, quod L. de Myster. vocaverat *peccata hæreditaria, lubricum calcanei* appellat: *lavemus et pedes, ut lubricum calcanei possimus auferre.* Proinde sensus est: obtenta mundatione baptismali, necessariam insuper esse aliam, qua hæreditaria coerceatur concupiscentia, expienturque, si qua per hanc contracta, peccata quotidiana; hanc vero expiationem significari quidem lotionem pedum, sed obtineri modis aliis, non per eandem effici.

ARTICULUS III.

QUIS AUCTOR ET INSTITUTOR SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS ET QUÆ EORUM TUM AD SE INVICEM, TUM SUBJECTUM COMPARATIO?

34. *Premitto.* Non istud hic in controversiam venit, Deusne solus principalis sacramentorum auctor sit; certum enim est, neminem, præterquam Deum solum, qui solus est gratiæ auctor, posse sensibilibus rebus virtutem causandi gratiam annectere, ac proinde ex auctoritate divina profluere debere, ut aliquid conferendi gratiam virtute polleat. Sed maxime quæritur, utrum sacramenta novæ Legis omnia a Christo, ac quidem immediate insti-

31. *Ad 4^{um}*. R. Verba vit. Can. non recte attribui GREGORIO, cum non apud hunc, sed ISIDORUM extant L. 6. Etymolog. c. 19.: sed cujuscumque sint, duntaxat ad modum exempli referuntur. Auctor operis *de operib. Cardinal.* ea solum sacramenta exponenda sumpserat, quæ Christus in cœna instituit, Eucharistiam, Chrisma et Ordinationem; vide *Serm. de cœna Domini, et lot. ped.* inter opera S. CYPRIANI. RABANUS demum Libris de Instit. Clericor. de sex prioribus solum sacramentis agit, quia hæc clericis, quos instituit, conveniunt, Matrimonio omisso, quod ad eosdem non pertineat.

32. *Obj. III.* Etiam lotio pedum Joan. 13. adhibita in cœna a Christo ad vera sacramenta pertinet; ergo sunt plura, quam septem. *Prob. Ant.* Habet enim omnia, quæ veri nominis sacramentum exigat; nam 1^o. adest ritus externus, sive signum sensibile, nimirum lotio. 2^o. Institutio divina et præceptum Christi v. 14. *Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes: exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis.* 3^o. Promissio gratiæ v. 8. *Si non laveris te, non habebis partem mecum.*

R. N. A. et *prob.* et dico, non haberi 1^o. præceptum Christi, sive institutionem divinam, ut traditione constat ex praxi Ecclesiæ; nunquam ea præceptum Christi in ea lotione agnovit sibi traditum, quod demonstrat ejusdem quoad illam disciplina varia. Nam S. AMBROSIO teste, L. 3. de Sacram., eam non observavit Ecclesia Romana, cæterarum Magistra. Teste ISIDORO, L. 6. Etymolog. c. 7. Ecclesia Hispana Dominica Palmarum ante Baptismum non pedes solum, sed et caput abluebat baptizandorum. Idem mos Gallicanæ fuit ALCUINO teste, L. de Eccles. Offic. De Africana Auc. refert epist. 55. n. 33. ad Januar. (alias 119.) plures lotionem in consuetudinem recipere noluisse, ne ad Baptismum pertinere videretur; alios, ubi consuetudo fuisset, eam abstulisse. Et vero nunquam Christiani putarunt, speciale sibi præceptum datum de pedum lotione; alioquin peccarent omnes, qui ea ceremonia non utuntur. Deinde plerumque ante Baptismum adhibebatur; ergo non putabatur instituta ut sacramentum, cum ille omnium janua sit. Per hæc igitur: *si ergo ego lavi pedes, etc.* humilitas, tum charitas præcipitur, ut exponunt CHRYS. et CYRILLUS in hunc S. Joannis locum.

2^o. Nec habetur promissio gratiæ; per hæc enim: *nisi laveris te, non habebis partem mecum*, ad litteram non promittit Christus gratiam, sed minatur Petro pœnam ob inobedientiam, ut rursus exponunt laudati ante Patres CHRYS., CYRIL., tum S. BASIL. L. 1. de Bapt. c. 2. Unde multum differt hæc Christi propositio: *nisi laveris te, etc.*, ab hac Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.*; hæc enim posterior universalis est, omnes respiciens citra conditionem ullam; prior vero Petrum, ejusque reluctantiam respicit, cui, nisi obediat, comminatur pœnam. Per ista vero v. 10. *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet*, non innuitur, lotionem pedum peccata venialia more aliorum sacramentorum remittere ex opere operato; alias quotidie deberent lavari pedes; sed esse figuram lotionis alterius internæ, qua etiam *loti, mundi toti*, sive simpliciter mundi, h. e. justis indigent, ut levioribus maculis, peccatis venialibus se mundent, quæ etiam justis adhærent, veluti balneo lotis in pedibus pulveres. Lotio autem interna, qua diluuntur ejusmodi nævorum in justis pulveres, per illam externam figurata sita est

in contritione, Pœnitentiæ sacramento, humilitate, aliisque virtutum actibus, qui oppositi sunt certis peccatis venialibus.

33. *Dices*: Attamen S. AMBROS. L. 3. de Sacram. c. 1. n. 4. et seqq. lotionem pedum etiam ad nostram sanctificationem institutam asserit. Et L. de Mysteriis c. 6. n. 32. plantam Petri, ait, abluï, *ut hæreditaria peccata tollantur*; propria autem relaxari per Baptismum: auctor vero serm. de lot. ped. inter CYPRIANI opera p. 334. ad hæc verba, *nisi laveris te, non habebis partem mecum*: *Paulatim*, ait, *mysterii hujus declaratur necessitas, quam conditio proposita inevitabilem reddit.* D. BERNARD. serm. de Cœn. Dom. n. 4. (opp. t. 1. p. 891. E.): *Ut de remissione quotidianorum, inquit, minime dubitemus, habemus ejus sacramentum, pedum abluitionem.*

R. 1^o. *generaliter*: Lotionem pedum dici sacramentum acceptione latiore, quatenus scilicet aliquid sacri significet, quod in nobis fieri quotidie debet, h. e. expiationem peccatorum venialium; non hanc efficiendo sacramentorum aliorum more, sed ut obtinendam per deprecationem, pœnitentiam, humilitatem, etc. Et vero si crederent, lotionem pedum tale sacramentum esse; oporteret sane, inquit BELLARM. apposite, nos ex eorum sententia quotidie invicem lavare pedes, eo quod sacramentum hoc culparum quotidianarum esse expiationem dicant. Hinc simul patet responsio ad posteriores duos, D. BERN. et auctorem serm. cit.

R. 2^o. *in specie* ad S. AMBROS., et explico cum dist.: ait hunc ritum institutum esse etiam ad sanctificationem nostram; hanc simul efficiendam N. solum significandam, obtinendam vero per actus alios pœnitentiæ, humilitatis, charitatis, etc. C. Per hæreditaria vero peccata nihil minus, quam originale intelligit, cum illud per Baptisma dilui, nec solum propria personalia actualia, tota semper crediderit Ecclesia contra Pelagianos, ipseque AMBROS. L. cit. de Myster. c. 3. n. 11. inquit, in Baptismo *omne abluï carnale peccatum*; sed intelligit concupiscentiam, juxta ea, quæ S. Pater idem in Ps. 48. n. 9. tradit, ubi, quod L. de Myster. vocaverat *peccata hæreditaria, lubricum calcanei* appellat: *lavemus et pedes, ut lubricum calcanei possimus auferre.* Proinde sensus est: obtenta mundatione baptismali, necessariam insuper esse aliam, qua hæreditaria coerceatur concupiscentia, expienturque, si qua per hanc contracta, peccata quotidiana; hanc vero expiationem significari quidem lotionem pedum, sed obtineri modis aliis, non per eandem effici.

ARTICULUS III.

QUIS AUCTOR ET INSTITUTOR SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS ET QUÆ EORUM TUM AD SE INVICEM, TUM SUBJECTUM COMPARATIO?

34. *Præmitto.* Non istud hic in controversiam venit, Deusne solus principalis sacramentorum auctor sit; certum enim est, neminem, præterquam Deum solum, qui solus est gratiæ auctor, posse sensibilibus rebus virtutem causandi gratiam annectere, ac proinde ex auctoritate divina profluere debere, ut aliquid conferendi gratiam virtute polleat. Sed maxime quæritur, utrum sacramenta novæ Legis omnia a Christo, ac quidem immediate insti-

tuta sint? contra ac quidam Theologorum veterum putarunt, sacramenta quædam nonnisi post Christi in cœlos ascensum, accepta tamen a Christo potestate instituta fuisse. Sic Extremam Unctionem tum primum institutam fuisse ab Apostolis HUGO VICTOR., ac Magister Sententiar. asserebant. Confirmationem primum in Conc. MELDENSI AN. 843. tum ALEX. ALENS., tum D. BONAVENT. tradidit; etsi immerito plane; cum nihil omnino de institutione hujus sacramenti, quasi tum primum facta, in toto isto Concilio reperire sit, sed solum quidam præscribantur Canones, juxta quos administrari hoc sacramentum debeat, ut ne conferatur a chorepiscopis, Can. 44. Ne ob sacrum chrisma aliquid muneris episcopi accipiant, Can. 45. Ne sacrum chrisma nisi feria quinta majoris hebdomadæ conficiatur, Can. 46. Quæ institutionem non primum factam arguunt, sed antiquam supponunt.

35. *Dico I.* Omnia et singula novæ Legis sacramenta Christus immediate et per se ipsum instituit. Est certa apud Doctores sententia, ac juxta multos de fide, quod tamen negant alii.

Prob. I. Ex SCRIPTURIS SACRIS. 1º. Nullum est ex sacramentis septem, cujus expressa in Scripturis mentio non fiat; ut constat ex num. 20. Igitur imprimis nullum post lapsam Apostolorum ætatem institutum ab Ecclesia dici potest. Sed nec ipsis ab Apostolis; nam 2º. 1. ad Cor. 4. Apostoli profitentur, se ministros duntaxat esse, ac dispensatores mysteriorum Dei; nusquam auctores. Et jam c. 3. v. 5. præmiserat: *Quid est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri ejus, cui credidistis.* 3º. Teste S. Luca Act. 1. Christus a resurrectione sua 40. dierum spatio conversatus cum Discipulis fuit, loquens de regno Dei, h. e. Ecclesia ordinanda; quo tempore proinde ea excepisse e divini Magistri ore dicendi sunt, quæ postea de sacramentis tradiderunt: *Non ii dies, dilectissimi,* inquit S. Leo serm. 1. de ascens. c. 2., *qui inter resurrectionem Domini ascensionemque fluxerunt, otioso transiere decursu; sed magna in his confirmata sacramenta, magna sunt revelata mysteria.*

Prob. II. Ex SS. PATRIBUS qui non alium unquam sacramentorum institutorem, quam Christum pronuntiant. Ita S. AMBROS. L. 4. de Sacram. c. 4. *Auctor sacramentorum, inquit, quis est, nisi Dominus Christus Jesus?* S. AUG. tum epist. 54. n. 1. (alias 118.) ad Januar., tum L. de vera Relig. c. 17. n. 33. *Ab ipsa, ait, Dei Sapientia homine assumpto, a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christiani populi, hoc est, sub uno Deo liberæ multitudinis, continerent.* Similia in aliis comperies. Hæc vero de institutione immediata oportere intelligi, patebit ex sequentibus.

Prob. III. Ex Conc. TRIDENT., quod Sess. 7. Can. 1. sic definit: *Si quis dixerit, sacramenta novæ Legis non fuisse omnia a Jesu Christo instituta... anathema sit.* Sed hoc de institutione immediata debet accipi: 1º. Quia vulgari et modo loquendi et sensu per institutorem is proprie designatur, qui per se ipsum immediate instituit, vel ordinat quidquam; omnino sicut præcipere is solum dicitur, qui per se immediate præcipit, etsi legem chartæ consignet alius, divulgat præco. Hinc et quæ præcipit Ecclesia, non veniunt juris divini, aut præceptorum Christi nomine, etsi Ecclesia, dum præcipit, id auctoritate faciat delegata a Christo.

2º. Dum Concilium agit de sacramentis in specie, ea a Christo instituta dicens, aliaque, etsi particulam *immediate* non addat; semper tamen hæc debet subintelligi, ut Sess. 14. c. 1. dum Pœnitentiam ait, tunc a Christo præcipue institutam, quando *a mortuis excitatus insufflavit in Discipulos dicens: accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, etc.*; Sess. 22. c. 1. *Christum in ultima cœna Apostolos instituisse sacerdotes, etc.*, semper institutio immediata intelligitur; ergo et dum Can. 1. cit. definit, esse instituta a Christo omnia sacramenta. Quin

3º. Sess. 14. Can. 1. Extremam Unctionem, ad quam fere solam tota recidit difficultas et quæstio (nam quod de Confirmatione putabant aliqui, eam in Conc. Meldensi institutam, lapsus fuit, ut ex ipso Conc. constat), definit fuisse institutam a Christo, et a Jacobo *promulgatam*; ergo hoc ipso docet S. Synodus, hoc sacramentum esse institutum a Christo immediate. 1. Quia institutionem opponit promulgationi, priorem Christo, alterant Jacobo tribuens; at promulgator institutionis institutor ipse non est. 2. Si esset ab Apostolo instituta immediate, eoque mediante a Christo, non esset ratio, quod promulgationem solam Jacobo, institutionem vero soli Christo tribueret. Igitur pariter, cum omnia sacramenta a Christo instituta docet, eodem loquendi modo instituta immediate intelligit.

4º. Si quædam sacramenta instituisset Ecclesia, mutare posset eorum substantialia, sicut eorum ritus, quos ipsa instituit; sed TRIDENT. negat, hanc potestatem competere Ecclesiæ, dum Sess. 21. c. 2. docet, esse potestatem in Ecclesia mutandi sacramentorum ritus, at *salva eorum substantia.*

36. *Obj. I.* In statu Legis naturæ ac scriptæ ex auctoritate divina homines instituerunt sacramenta, cum determinarent ipsi signa sensibilia; ergo idem de Lege nova dici potest.

II. S. AUGUSTIN. L. 3. de Doctr. Christ. c. 9. quædam instituta ab Apostolis supponit, de sacramentis inquires: *Ipse Deus et Apostolica tradidit disciplina.* Et epist. 54. cit. ad Januar. n. 1. Baptismum et Eucharistiam recensens eum a Christo instituta addit: *et si quid aliud commendatur in Scripturis;* ergo illa duo solum a Christo instituta agnoscit, vel certe ea tantum, quorum refertur institutio in Scriptura.

III. Auctor serm. de ablut. ped. inter S. CYPRIANI opera p. 333.: *Ipse summus, inquit, sacerdos sui est sacramenti institutor et auctor, in cæteris homines Spiritum sanctum habuere doctorem;* ergo quædam per homines instituta supponit.

IV. Christus Apostolis et Ecclesiæ omnem reliquit potestatem; ergo et instituendi sacramenta.

Ad 1ºm. R. N. *Ant.*, cujus nullum extat ullibi fundamentum; sed et hæc immediate a Deo instituta sunt, promulgata per angelos et Moysen, ut de circumcissione in Lege scripta constat, ex Gen. 17., de aliis in libris Exodi et Levitici. Nec, ut homines tunc instituisse sacramenta dici possint, sufficit, quod signa e. g. in remedio naturæ determinarent; sed principaliter requiritur, ut signum sit significativum gratiæ, ac causativum sanctitatis, quam significationem ac vim signo Deus addidit, non homines.

Ad 2ºm. R. N. *Cons.* Nam quoad 1ºm, textum, vox *disciplina* non institu-

tionem, sed expositionem, promulgationem, doctrinam sonat. Quoad 2^{um}. textum hæc duo refert ad modum exempli tantum; cætera vero agnoscit, non quæ instituuntur, sed commendantur in Scripturis, sive Scriptura eorum institutionem referat, sive non; sed singula septem commendantur in Scripturis juxta num. 20.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Per particulam enim *cæteris*, non intelligi debent sacramenta cætera, cum omnium consensu certum sit, præter Eucharistiam, etiam Baptismum saltem a Christo esse immediate institutum; sed ceremoniæ; quæ ad Eucharistiæ celebrationem pertinent, ut sensus sit: Christus sacramentum sui corporis instituit ipse per se, cætera, quæ ad idem celebrandum pertinent, ritus, liturgiæ, etc., Ecclesiam, docente Spiritu sancto, auctorem habent.

Ad 4^{um}. R. D. Omnem potestatem, quæ ad rectum Ecclesiæ regimen pertinet C. etiam instituendi sacramenta N. Priorem semper, posteriorem sibi relictam nunquam agnovit Ecclesia, juxta TRIDENT. Sess. 21. c. 2. supra cit.

37. Dico II. Sacramenta novæ Legis non sunt omnino paria, 1^o. dignitate 2^o. necessitate.

Prob. 1^a. pars ex Conc. TRIDENT. Sess. 7. Can. 3. *Si quis dixerit, hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.* Quo Canone Lutheri assertum ferit in L. de ministris Ecclesiæ instituendis ad Pragenses; *Sacramentum altero dignius esse non posse, cum eodem verbo Dei omnia constant.* Et vero simpliciter Eucharistia dicenda est quoad ipsam substantiam antecellere sacramentis omnibus; cætera enim ex re sensibili constant et virtute quadam agendi communicata sibi a Deo; at Eucharistia non virtutem quamdam solum operativam gratiæ, sed virtutis, ipsiusque gratiæ auctorem Christum continet. Et præterea est hoc sacramentum quasi omnium cæterorum consummatio; unde et post alia tradi solet, quando illa traduntur adultis; olim etiam post ipsam Extremam Unctionem juxta Can. *Ab infirmo*, Caus. 26. q. 7. etsi consuetudo obtineat hodie contraria, eo quod sæpe accidat, ut infirmi in extremis constituti, morbo interim invalescente, S. Communionem recipere nequeant.

Prob. 2^a. pars. Quia Baptismus est necessarius omnibus necessitate medii, h. e. ut sine eo, vel in re vel in voto, salus obtineri non possit, quin excuset vel ignorantia, vel impotentia. Pœnitentia quoque necessitate eadem necessaria est, non quidem omnino singulis ut Baptismus, qui eatenus necessitate Pœnitentiam superat; sed solis et post Baptismum relapsis. E contra ex sacramentis alia non nisi necessitate præcepti necessaria sunt, h. e. quorum susceptio quidem præcepto gravi imperatur; potest tamen absolute sine his vel in re, vel in voto susceptis obtineri salus, si aut ignorantia, aut impotentia excuset. Talia passim dicuntur Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, etsi adhuc iterum aliquo cum discrimine, de quo vide Theol. Moral. Aliam demum necessitatem Ordo habet, tum Matrimonium. Illa equidem non Christianis singulis, sed solum toti communitati Ecclesiæ, simpliciter necessaria sunt: 1^o. Ordo; hic enim Ecclesiæ rectores aut gubernatores constituit: sed juxta Prov. 11. *ubi non est gubernator, populus corruet.*

Præterea si necessaria sit relapsis Pœnitentia, necessarii etiam ejusdem ministri sunt, sive sacerdotes. 2^o. Matrimonium, ex eo quod conservat multitudinem Ecclesiæ.

38. Dico III. Comparative ad subjectum sacramenta novæ Legis 1^o. alia dicuntur *sacramenta mortuorum*, quæ de se gratiam primam conferunt; unde et a peccatore recipi possunt; suntque Baptismus et Pœnitentia. Alia *vivorum*, quæ de se gratiam secundam, h. e. augmentum gratiæ sanctificantis conferunt; unde in subjecto jam gratiam præexistentem requirunt, qualia cætera quinque sunt. 2^o. Rursum quædam sunt *characteristica*, sive ut aliis placet, *initerabilia*, sic dicta ob characterem, quem indelebilem imprimunt, unde iterari non possunt; ut Baptismus, Confirmatio, et Ordo. Quædam *non characteristica*, aut *iterabilia*, ut cætera quatuor. Demum unum est, et dicitur *permanens*, Eucharistia, utpote in re permanente, Christi videlicet corpore et sanguine consistens; reliqua sex *transeuntia* appellantur, quod non in re fixa, vel stabili consistant, sed actione transeunte.

CAPUT II.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSALITATE ET EFFECTU.

Præcipua hic disputatio cum posteriorum temporum Novatoribus est. 1^o. Cum Socinianorum et Anabaptistarum sectis, quæ omnem plane virtutem ac vim causandi sacramentis abnegant, nihilque aliud volunt esse sacramenta, quam nuda et inermia signa discretiva fidelium a Judæis et infidelibus, ut habet Catechesis Racoviana c. 4., et docet Socinus Disp. de Bapt. 2^o. Cum Protestantibus, qui etsi Socinianum dogma, ut debent, condemnent, ac contra hos sacramentorum efficaciam extollant; nullam tamen efficaciam aliam integram relinquunt sacramentis, quam obsignandi promissiones divinas, et excitandi in hominibus fidem, quæ sola justificet, h. e. faciat, ipsam Christi justitiam externe homini imputari, dum hic per sacramenta excitatus credit, se justum esse. Nullam igitur juxta hos gratiam internam sacramenta per se ipsa efficiunt. Recedunt ab his longissime Catholici, et sacramentis omnes virtutem efficiendi per se gratiam internam tribuunt, solum inter se differentes quoad causandi modum, et similia. Unde sit

tionem, sed expositionem, promulgationem, doctrinam sonat. Quoad 2^{um}. textum hæc duo refert ad modum exempli tantum; cætera vero agnoscit, non quæ instituuntur, sed commendantur in Scripturis, sive Scriptura eorum institutionem referat, sive non; sed singula septem commendantur in Scripturis juxta num. 20.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Per particulam enim *cæteris*, non intelligi debent sacramenta cætera, cum omnium consensu certum sit, præter Eucharistiam, etiam Baptismum saltem a Christo esse immediate institutum; sed ceremoniæ; quæ ad Eucharistiæ celebrationem pertinent, ut sensus sit: Christus sacramentum sui corporis instituit ipse per se, cætera, quæ ad idem celebrandum pertinent, ritus, liturgiæ, etc., Ecclesiam, docente Spiritu sancto, auctorem habent.

Ad 4^{um}. R. D. Omnem potestatem, quæ ad rectum Ecclesiæ regimen pertinet C. etiam instituendi sacramenta N. Priorem semper, posteriorem sibi relictam nunquam agnovit Ecclesia, juxta TRIDENT. Sess. 21. c. 2. supra cit.

37. Dico II. Sacramenta novæ Legis non sunt omnino paria, 1^o. dignitate 2^o. necessitate.

Prob. 1^a. pars ex Conc. TRIDENT. Sess. 7. Can. 3. *Si quis dixerit, hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.* Quo Canone Lutheri assertum ferit in L. de ministris Ecclesiæ instituendis ad Pragenses; *Sacramentum altero dignius esse non posse, cum eodem verbo Dei omnia constant.* Et vero simpliciter Eucharistia dicenda est quoad ipsam substantiam antecellere sacramentis omnibus; cætera enim ex re sensibili constant et virtute quadam agendi communicata sibi a Deo; at Eucharistia non virtutem quamdam solum operativam gratiæ, sed virtutis, ipsiusque gratiæ auctorem Christum continet. Et præterea est hoc sacramentum quasi omnium cæterorum consummatio; unde et post alia tradi solet, quando illa traduntur adultis; olim etiam post ipsam Extremam Unctionem juxta Can. *Ab infirmo*, Caus. 26. q. 7. etsi consuetudo obtineat hodie contraria, eo quod sæpe accidat, ut infirmi in extremis constituti, morbo interim invalescente, S. Communionem recipere nequeant.

Prob. 2^a. pars. Quia Baptismus est necessarius omnibus necessitate medii, h. e. ut sine eo, vel in re vel in voto, salus obtineri non possit, quin excuset vel ignorantia, vel impotentia. Pœnitentia quoque necessitate eadem necessaria est, non quidem omnino singulis ut Baptismus, qui eatenus necessitate Pœnitentiam superat; sed solis et post Baptismum relapsis. E contra ex sacramentis alia non nisi necessitate præcepti necessaria sunt, h. e. quorum susceptio quidem præcepto gravi imperatur; potest tamen absolute sine his vel in re, vel in voto susceptis obtineri salus, si aut ignorantia, aut impotentia excuset. Talia passim dicuntur Confirmatio, Eucharistia, Extrema Unctio, etsi adhuc iterum aliquo cum discrimine, de quo vide Theol. Moral. Aliam demum necessitatem Ordo habet, tum Matrimonium. Illa equidem non Christianis singulis, sed solum toti communitati Ecclesiæ, simpliciter necessaria sunt: 1^o. Ordo; hic enim Ecclesiæ rectores aut gubernatores constituit: sed juxta Prov. 11. *ubi non est gubernator, populus corruet.*

Præterea si necessaria sit relapsis Pœnitentia, necessarii etiam ejusdem ministri sunt, sive sacerdotes. 2^o. Matrimonium, ex eo quod conservat multitudinem Ecclesiæ.

38. Dico III. Comparative ad subjectum sacramenta novæ Legis 1^o. alia dicuntur *sacramenta mortuorum*, quæ de se gratiam primam conferunt; unde et a peccatore recipi possunt; suntque Baptismus et Pœnitentia. Alia *vivorum*, quæ de se gratiam secundam, h. e. augmentum gratiæ sanctificantis conferunt; unde in subjecto jam gratiam præexistentem requirunt, qualia cætera quinque sunt. 2^o. Rursum quædam sunt *characteristica*, sive ut aliis placet, *initerabilia*, sic dicta ob characterem, quem indelebilem imprimunt, unde iterari non possunt; ut Baptismus, Confirmatio, et Ordo. Quædam *non characteristica*, aut *iterabilia*, ut cætera quatuor. Demum unum est, et dicitur *permanens*, Eucharistia, utpote in re permanente, Christi videlicet corpore et sanguine consistens; reliqua sex *transeuntia* appellantur, quod non in re fixa, vel stabili consistant, sed actione transeunte.

CAPUT II.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSALITATE ET EFFECTU.

Præcipua hic disputatio cum posteriorum temporum Novatoribus est. 1^o. Cum Socinianorum et Anabaptistarum sectis, quæ omnem plane virtutem ac vim causandi sacramentis abnegant, nihilque aliud volunt esse sacramenta, quam nuda et inermia signa discretiva fidelium a Judæis et infidelibus, ut habet Catechesis Racoviana c. 4., et docet Socinus Disp. de Bapt. 2^o. Cum Protestantibus, qui etsi Socinianum dogma, ut debent, condemnent, ac contra hos sacramentorum efficaciam extollant; nullam tamen efficaciam aliam integram relinquunt sacramentis, quam obsignandi promissiones divinas, et excitandi in hominibus fidem, quæ sola justificet, h. e. faciat, ipsam Christi justitiam externe homini imputari, dum hic per sacramenta excitatus credit, se justum esse. Nullam igitur juxta hos gratiam internam sacramenta per se ipsa efficiunt. Recedunt ab his longissime Catholici, et sacramentis omnes virtutem efficiendi per se gratiam internam tribuunt, solum inter se differentes quoad causandi modum, et similia. Unde sit

ARTICULUS I.

AN SACRAMENTA NOVE LEGIS EX SE, SIVE EX OPERE OPERATO CONFERANT GRATIAM OMNIBUS OBICEM NON PONENTIBUS ?

39. *Præmitto I.* Cum animo et ore concorditer doceant Catholici omnes, sacramenta novæ Legis conferre gratiam ex opere, ut aiunt, operato; mirum; quam invidiose id suis depingant, quantis involvant calumniis Doctores Protestantium, huic recepto apud Catholicos loquendi modo sensum affingendo ab his prorsus alienum, et hostem scenicum sibi fingendo, quem impugnent. 1º. Luther. de Captiv. Babyl. cap. de Bapt. sacramentum conferre gratiam ex opere operato peccatori, ait, esse Catholicis idem, ac conferre huic gratiam sine fide ac bono motu cordis in peccatore, sive penitentia interna. Hanc calumniam TRIDENT. merito depellit Sess. 14. de Pœnit. c. 4. inquit: *Falso quidam calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint de sacramento Pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit.* 2º. Aliam cum priore pugnans expositionem Lib. eod. et cap. confingit, opus operatum significare Catholicis opus meritorium, sive dignitatem operis, ut se hoc tenet sive ex parte ministri, sive recipientis, quo sensu eodem opus operatum contra Catholicos usurpant Protestantium alii. At cum ita falsa affingant Catholicis, illud hi jure regerunt, expositionem hanc testem esse, si non malitiæ, certo ignorantia. Patet inde, quod omnes Catholici opponant opus operatum operi operantis, perque opus operantis, intelligant opus bonum, sive meritorium ipsius operantis. Deinde cum semper Catholici teneant contra Donatistas, sacramentorum efficaciam non pendere a bonitate ministri, quo fundamento de Catholicis dicitur, eos credere, sacramenta gratiam conferre ex ministri dignitate et merito? 3º. Calvin. L. 4. Instit. c. 14. §. 14. et 17. a Catholicis sacramenta causam principalem gratiæ poni asserit, quasi externis symbolis vices suas resignasset Deus, ut ea ratione *miseras hominum mentes in terram suapte sponte plus satis inclinatas hac superstitione alligent, ut in spectaculo rei corporeæ potius, quam in Deo ipso acquiescant.* At immanis æque, ac infamis ea calumnia est. Id solum aiunt Catholici, sacramenta esse instrumenta Dei, ut ait de Baptismo TRIDENT. Sess. 6. c. 7.; h. e. Deum justificare hominem per sacramenta, non sacramenta sine Deo. Hinc

Præmitto II. Modus producendi gratiam duplex est; nimirum ex opere operantis, et ex opere operato. Ex opere operantis produci gratiam, est conferri gratiam intuitu operis, non prout hoc præcise positum est, sed quatenus est positum ab operante laudabiliter ac meritorie; sic ut gratia tunc detur ceu præmium commensuratum nostro merito sive condigno, sive congruo. Ex opere operato causari gratiam est, eam conferri intuitu solius externi operis, ut a Deo ad hoc instituti, et nobis applicati citra, vel saltem ultra nostrum meritum; non vero citra dispositionem debitam ex parte subjecti; quæ tamen non habeat vim effectivam gratiæ, sed solum se habeat ad modum conditionis sine qua non, ac removentis gratiæ obicem. Sic

infans in Baptismo, utpote meriti omnis incapax; gratiam ex vi præcise sacramenti accipit. Sic adultus eandem obtinet, si ad Baptismum cum fide, spe et contritione imperfecta accedat; actus enim illi a peccatore elicitus ne quidem de congruo merentur gratiam, sed sunt dispositio necessaria in peccatore; nec ullam sacramento ipsi vim tribuant, sed solum removent obicem, quo alias impediretur sacramenti vis et efficacia. Quod si dispositio sit ultima, ut si adultus peccator cum contritione perfecta accedat, ultra gradum gratiæ, qui huic dispositioni respondet, confertur gradus alter; operi externe applicato, sive sacramento ipsi respondens. Atque istud est; quod Catholici volunt, dum aiunt, sacramenta conferre gratiam ex opere operato.

40. *Dico.* Omnia sacramenta novæ Legis ex se, sive ex opere operato conferunt omnibus gratiam, obicem non ponentibus. Est de fide Catholica juxta definitionem claram Conc. TRID. Sess. 13. Can. 6. et 8., quos vide ab initio.

Prob. I. Ex SS. SCRIPTURIS. Hæ ipsis sacramentis vim gratiæ effectivam tribuunt; ergo.

41. *Prob. Ant. 1º.* De Baptismo ex Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Unde sic: hoc loco Baptismus dicitur causa nativitatis novæ, scilicet spiritualis; nam 1. dicitur causa; hoc enim importat particula *ex*, ut patet ex similibus omnibus loquendi modis. 2. Nativitatis novæ, scilicet spiritualis; hoc enim aperte verbum *renatus* innuit. 3. Ac quidem nativitatis per gratiam; nam uti non renatis hic inducitur a regno Dei exclusio; ita e contra renatis promittitur idem, sive salus, et necessario per consequens gratia.

Respondent 1º. Calvin., non esse hic sermonem de Baptismi sacramento, sed de sola renovatione interna; per aquam proinde hic intelligi ipsum Spiritum sanctum, ut sensus sit: nisi quis renatus fuerit ex aqua, h. e. ex Spiritu sancto qui mundat aquæ instar; sicut nimirum Matth. 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne;* ubi ignis per tropum metaphoræ sumitur pro Spiritu sancto. At

Contra est 1º. quod ea expositio repugnet perpetuæ traditioni Ecclesiæ, cum, quotquot eum in locum commentati sunt, intellexerint de vero Baptismi sacramento, ut JUSTIN. Apol. 1ª. n. 61., TERTULL. L. de Bapt. c. 12., ORIG. in epist. ad Rom. L. 5. n. 8. (opp. t. 4. part. 1ª. p. 560., 561.), CYPRIANUS L. 3. ad Quirin. c. 25., AMBROS. L. 3. de Spiritu sancto c. 10., DIDYMUS Alex. de Trinit. c. 12., HIERON. in cap. 16. Ezech. v. 9. (opp. t. 5. p. 151.), aliique, quos BELLARMINUS affert de sacram. in gener. L. 2. c. 3. 2º. Si ita in Scripturis ludere liceat, Baptismus aquæ tandem penitus negari posset; eodem enim modo ubique nomine aquæ Spiritus sanctus intelligi poterit. Nec valet quidquam exemplum ex Matth. 3. a Calvino allatum; tum quia per ignem proprio sensu, et ad litteram externus ille ignis et visibilis intelligi potest, qui in die Pentecostes super Apostolos descendit; ut ignem hunc revera exponunt DAMASCEN. L. 4. de fide c. 9. aliique; tum præcendendo etiam ab expositione data; quia hoc loco ignis Spiritui sancto postponitur; nihil vero inconvenientiæ est, post unum vocabulum positum poni alterum, per quod primo positum declaretur; hoc

enim passim scriptoribus in usu est. Sed Joan. 3. aqua Spiritui sancto præponitur; ergo aqua ejus explicatio esse non potest; non enim primo declaratio ponitur, ac deinde id, quod declarandum est; tum denique, quia constanter Ecclesia baptizavit in aqua, nunquam igne; quæ praxis perpetua optima interpret est utriusque loci, illa verba Joan. 3. intelligi debere litteraliter; alia Matth. 3. tropicè.

Respondent 2º. Protestantium alii; renasci ex aqua esse renasci ex fide, quam videlicet aqua excitat. Sed

Contra est 1º. quod in data expositione sermo Christi fuisset inintelligibilis; cum enim nihil dixerit antea de fide, quis divinare posset, eum hoc loco modum tradere excitandæ fidei? 2º. Quod debuisset potius dicere Christus: nisi quis renatus fuerit *ex verbo* et Spiritu sancto, quam *ex aqua* et Spiritu sancto; cum non aqua, sed verbum sit potissima et apta ratio excitandæ fidei; unde et ipsi adversarii verba ministri conferentis Baptismum volunt esse concionatoria. 3º. Quod hæc expositio longissime recedat a naturali et obvio verborum sensu; quod non licet in Scripturis sacris, nisi quando alias sequeretur inconveniens, quale hic nullum est; videlicet secus tota perverti Scriptura posset. At vero communiter homines per locutiones ejusmodi causam aliquam proximam et intendunt significare aliis, et intelligunt ipsi.

42. *Prob. Ant. 2º.* Eandem Baptismi efficaciam probant textus alii: ad Tit. 3. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus sancti*; ubi ob particulam *per* Baptismus regenerationis nostræ et salutis causa instrumentalitatis dicitur. Marc. ult. *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.* Actor. 2. *Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum*; in priore enim Baptismo vis salvandi, adeoque justificandi; in altero remissio peccatorum, proinde gratia tribuitur, utpote sine qua non fit remissio.

Respondent 1º. Cum Calvino, Baptismum dici lavacrum regenerationis, quia Deus ostendens hoc signum etiam simul operatur, quod significat. 2º. Salvati vero per Baptismum, baptizari in remissionem peccatorum, nihil esse aliud, quam accipere testimonium, sigillum justitiæ jam acceptæ per fidem. At

Contra 1º. est, quod ea ratione justificatio, quam operatur Deus solus, conjungatur cum Baptismo mere per accidens; ac proinde non magis proprie dicamur salvati per Baptismum, quam per quamlibet actionem aliam, quæ tunc simul fit. Deinde quo vero sensu Baptismus ipse dici lavacrum regenerationis potest, si vere *per* illum Deus nos nullo modo lavet, licet eodem tempore nos Deus abluat?

Contra 2º. est, quod nullo modo idem sint, sonentque ablui, mundari, salvati, etc., et accipere ablutionis, salvationis sigillum, vel testimonium. Sane dum dicimus: balneo, vel per balneum lavamur, mundamur a sordibus corporeis, vel lavamur in ablutionem sordium corporis; nemo mortalius sic intelligit: accipimus tunc sigillum, vel testimonium ablutionis factæ; sed intelligimus omnes, aquam vere et instrumentaliter concurrere ad ablutionem corporis: sed eodem invariato loquendi modo de ablutione spirituali loquitur Christus; ergo. Deinde hanc expositionem non patitur

locis posterior Actor. 2.; is enim aperte de remissione peccatorum adhuc consequenda per Baptismum agit; 1. quia jubet ante Baptismum eos agere pœnitentiam: *Pœnitentiam agite*: at si jam per fidem justificati fuissent, ad quid pœnitentiam ceu necessariam Petrus præcepisset? hæc enim necessaria est, non quia obtenta est peccatorum remissio, sed ut impetretur. 2. quia tum primum eos baptizari vult *in remissionem peccatorum*, h. e. ad remissionem consequendam, juxta obvium verborum sensum; velut cum dicimus ægro: utere balneo in sanitatem, nemo non intelligit, suaderi balneum sanitatis recuperandæ gratia.

Respondent 2º. Protestantium alii: salvos nos fieri lavacro Baptismi, quatenus Deus ostendens hoc symbolum provocet fidem, quæ justificet: pariter Marc. ult. et Act. 2. salutem ac remissionem peccatorum tribui Baptismo, quatenus excitet fidem. Sed

Contra 1º. est, quod eadem ratione dici possit, homines inebriari per hederam, quæ pendet ante cauponam; quia hedera provocat ad emendum vinum, quod inebriat. Hæc sane ridicula sunt.

Contra 2º. est, quod neuter textus hanc interpretationem sustineat; nam Marc. ult. fides præcedit; quod inepte fieret, si ea effectus esset Baptismi; sicuti inepte quis diceret: qui sanatus fuerit, et acceperit medicinam. Hinc quia audire verbum Dei vere causa fidei est, juxta illud Apostoli: *Fides ex auditu*; semper etiam in Scriptura præcedit, ut Joan. 5. *Qui audit verbum et credit.* Joan. 6. *Omnis, qui audivit, et didicit*: et alibi. Deinde quos Actor. 2. Petrus alloquitur, jam crediderant; audita enim Petri concione compuncti dicebant: *Quid faciemus, viri Fratres?* Ad quod non respondit Petrus, ut crederent, vel magis crederent; sed *pœnitentiam agite*, etc.

43. *Prob. Ant. 3º.* Actor. 8. 18. *Cum vidisset Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus.* Et 2. Tim. 1. 6. *Admoneo te, ut resuscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* In priori loco de Confirmatione sermo est, ut constat a v. 14. et ostenditur, ubi de Confirmatione in specie. In altero de Ordine. Atqui utrobique impositio manuum asseritur causa gratiæ, ut particula *per* indicat. Minime vero hic dici potest, manuum impositionem causam fuisse gratiæ excitando fidem; nam qui acceperit Spiritum sanctum dicuntur, jam crediderant omnes, fuerantque baptizati.

44. *Prob. Ant. 4º.* Sic quoque sacramentis cæteris vis gratiæ effectiva tribuitur. Extr. Unctioni: Jac. 5. *Oratio fidei salvabit infirmum; et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Eucharistiæ: Joan. 6. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam...* Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Pœnitentiæ: Joan. 20. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittantur eis.* Ac Matrimonio demum tum ad Ephes. 5. juxta num. 20., tum traditione Ecclesiæ perpetua illud annumerantis sacramentis cæteris, ut proinde eadem de illo sit ratio, quæ de aliis.

45. *Prob. II.* Ex TRADITIONE Ecclesiæ, quæ elucet ex Conciliis et Patribus. 1º. Ex Conciliis. NICÆNUM I. in capite, quod inscribitur *δέκτος πωσις*, doctrina v. p. 1.

de Baptismo, ante canonem 8. *Baptisma nostrum*, inquit, *non oculis corporis considerandum est, sed mentis oculis; aquam vides, considera virtutem Dei in aquis absconditam.* CONSTANTINOP. I. in Symbolo: *Credimus unum Baptisma in remissionem peccatorum.* MILEVITANUM II. CAN. 2. (Labb. t. 2. p. 1538. D. E.): *Parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in iis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.* At certo in parvulis Baptismus nequit esse remissionis peccatorum causa fidem excitando. ARAUSICANUM II. CAN. 23. (ibid. t. 4. p. 1672. A.) *Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia omnes baptizati Christo auxiliante et cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint, et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.* Quod rursus de excitatione fidei accipi non potest; nam infra dicit Concil. idem, a Deo prius fidem inspirari, ut Baptismi sacramenta fideliter requiramus. Deinde Baptismus dicitur a Concilio dare bene operandi gratiam; sed hanc fides non dat, etiamsi juxta adversarios justificet. His adde FLORENTIN. et TRID.

2º. EX PATRIBUS. TERTULL. de Baptismo c. 4. *Supervenit statim Spiritus de calis, et aquis superest, sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificata vim sanctificandi combibunt.* S. GREGOR. NYSSEN. orat. de Baptismo Christi (opp. t. 3. p. 368. D.): *Baptisma igitur peccatorum expiatio est, remissio delictorum, renovationis et regenerationis causa.* S. AUG. sacramentorum efficaciam stupens deprædicat Tract. 80. in Joan. n. 3. *Unde ista tanta virtus aque, ut corpus tangat, et cor abluat?* Ac L. 19. contr. Faust. c. 11. *Sacramentorum vis incarrabiliter valet plurimum.* Pariter GREG. NYSS. loc. cit. (p. 371. C.), vim et efficaciam Baptismi ait *incomprehensibilem, nullaque vel ratione, vel arte explorari posse.* Sed nulla plane foret ratio mirandi sacramentorum efficaciam, hæcque incomprehensibilis non esset, si sacramenta fidem duntaxat provocarent, et gratiam seipsis non efficerent. Plures Patres qui volet, apud BELLARM. leget. Notandum vero, plerisque Baptismi vim effectivam gratiæ extollere; sed par ratio est de sacramentis aliis eodem modo a Christo institutis; unde et TERTULL. de aliis eodem disserit modo L. de Resurrect. carn. c. 8. *Caro abluatur, inquit, ut anima emaculetur: caro ungitur, ut anima consecratur: caro signatur, ut et anima muniatur: caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur: caro corpore Christi et sanguine vescitur, ut et anima de Deo saginetur.*

46. Prob. III. RATIONIBUS theolog. 1º. Recte baptizantur parvuli, amentes, iisque Baptismus confert gratiam; ergo hanc seipso iis confert, sive ex opere operato. Prob. Cons. Non enim potest dici, quod parvuli, amentes salvantur, obtineantque proinde gratiam ex fide aut merito ministri, vel parentum; nam valebit Baptismus, etiam adversariorum consensu, etiamsi minister ac parentes infideles, pagani, Judæi sint: nec quod gratia conferatur dispositionis intuitu in suscipiente; nam hujus ambo incapaces sunt: pariter dici nequit, quod excitata in iis per Baptismum fides fuerit; nam æque hujus incapaces sunt, quam dispositionis alterius; ergo Baptismus se ipso, sive ex opere operato tales justificat.

Neque dicant, tales baptizari in fide Ecclesiæ, quæ in illis fidem supplet; nam etsi Ecclesia fidem suppléat in talibus, nihil tamen hinc pro

dogmate adversariorum sequitur, quod justificet Baptismus, quatenus in suscipiente fidem justificativam excitet, quæ non est fides illa Ecclesiæ communis et habitualis juxta adversarios; sed personalis, ac cuique propria, et actualis, qua quis credit, remissa sibi esse peccata, seque per imputationem justitiæ Christi justum esse. Deinde S. Scriptura ex dictis, et Patres non fidei Ecclesiæ, sed ipsi Baptismo tribuunt. Minime vero sustineri potest, quod Calvinus respondet, tunc saltem Baptismum prodesse parvulis, cum ad rationis usum perveniunt; alias ad remissionem peccati originalis iis haud esse necessarium, sed eos, etsi ante rationis usum decedant, propterea tamen salvari, quod ad fœdus novi Testamenti pertineant; aperte enim id S. Scripturæ repugnat, quæ omnem non baptizatum regno cœlorum excludit Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei;* quæ sententiâ utpote universalis absoluta involvit omnes tam parvulos, quam adultos.

2º. Si sacramenta ex seipsis gratiam non conferant, sed solum nuda signa sint fidem excitantia; ergo 1. Baptismus Christi haud erit efficaciæ majoris, quam Baptismus Joannis, contra S. Scripturam Matth. 3., nec baptizati Baptismo Joannis rebaptizari debuissent Actor. 19., cum hic æque excitare fidem poterat, ac ille. 2. Possent sacramenta institui ab homine; signi enim nudi nihil refert, unde significationem habeat, modo objectum representet; quid enim interest, quis in hospitiiis signa posuerit? potuissent igitur signa instituta ab homine æque excitare fidem; sicut eodem modo significant verba hebraica a Deo scripta in fabulis, et græca, vel latina scripta ab hominibus, ac sicut eodem modo ad bellum incitabant tubæ, quas Deus fieri jusserat Num. 10., et quas fabricabant gentiles. 3. Ergo Baptismus Germano collatus idiomate hebraico, illi prodesset nihil, si non calle-ret hebraicum; in promptu causa est: cum enim idiomatis hebræi ignarus ex supposito sit, verba hebraica in eo fidem excitare non possent; ac fors potius putaret, vocum hebraicarum sono carmen magicum recitari. Taceo id genus plura, quæ sane absurda sunt.

47. Obj. I. Ex S. SCRIPTURA. Hæc justificationem omnem ceu causæ soli fidei tribuit; ergo.

Prob. Ant. 1º. Ad Rom. 1. 17., et Hebr. 10. *Justus autem meus ex fide vivit,* inquit Apostolus; non vero dicit: *justus ex sacramentis vivit.*

2º. Ad Rom. 3. 22. inquit Apostolus idem: *Justitia Dei per fidem Christi Jesu in omnes, qui credunt in eum.* Unde v. 28. veluti infert: *Arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus Legis.*

3º. Rursus ad Rom. 4. 3. confirmat Apostolus superius dicta exemplo Abrahæ, *credidit,* inquit, *Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.* Ac demum c. 10. *Corde creditur ad justitiam.*

4º. Marc. ull. *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Igitur sola fides, non Baptismus salvat; non enim dicitur: qui non baptizatus fuerit, condemnabitur, sed qui non crediderit.

5º. 1. Petr. 1. Baptismus per fidem resurrectionis Christi nos salvare asseritur: *Vos salvos facit Baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi.*

R. N. Ant. Nusquam enim Scriptura justificationem fidei *soli* ceu causæ tribuit. Habet equidem fides suas quoque partes in justificatione hominis, utpote radix ejus et fundamentum, ut ait TRIDENT. Sess. 6. c. 8., eamque præire debet ceu dispositio necessaria; at idcirco non excluduntur sacramenta.

Ad prob. 1^{am}. R. 1^o. Neque ait Apostolus, justum ex fide sola vivere; ergo sacramenta non excluduntur; vel secus non solum illa, sed et Deus, et Christi merita exclusa hoc loco dici deberent: neque enim etiam inquit: justus ex Deo, ex Christi merito vivit.

R. 2^o. Etsi Scriptura hoc loco non asserat, justum ex sacramentis vivere, idem tamen affirmat alibi aliis verbis; cum enim dicat, per Baptismum hominem regenerari, Joan. 3. et ad Tit. 3., quid dicit aliud, quam Baptismum vitam dare?

R. 3^o. Textus citatus huc plane impertinens est; non enim istud in eo ad litteram spectato dicitur, justum hominem fieri, aut reputari ex fide; sed justum ex fide, quam jam habet, constanter expectare, quæ Deus promisit, nec frangi aut deficere animo, etsi promissiones differri videantur, aut tardari a Deo. Genuinum hunc sensum esse patebit inspicienti Habac. cap. 2. e quo desumptus est, et Hebr. 10.; uterque enim de patientia et constantia agit.

Ad 2^{am}. R. In priori textu non excludi sacramenta; vel alioquin, quia Scriptura justificationem et sacramentis tribuit, ut Actor. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum*, et Actor. 22. *Baptizare, et ablue peccata tua*, imo aliis piis operibus; dici æque posset, excludi fidem. Sensus ergo est, quod fides justificet, si cætera in Scripturis requisita concurrant; fides vero justificare dicitur, quatenus justificationis omnis initium et radix est, summeque necessaria dispositio, cum sine hac impossibile sit placere Deo; et accedentem ad Deum oporteat credere, quia est, et inquirentibus se remunerator sit, ut ait Apostolus. In altero loco contra Judæos agit, qui justificatos se gloriabantur ob legis mosaicæ opera, seque ea de re præferebant Græcis; hunc errorem refellit Apostolus, docens, eos justificatos *gratis* v. 24. *per fidem*, ad quam gratis vocati sunt, quæque justificationis initium et radix est sine operibus legis, nimirum mosaicæ.

Ad 3^{am}. R. N., quod exemplo Abrahæ confirmare intendat, fidem solam justificare, exclusis sacramentis et cæteris requisitis; sed vult confirmare id, quod ante cap. 3. dixerat; Judæos justificatos non esse per opera mosaicæ legis, eaque non esse ad salutem necessaria; cum Abraham non ex circumcisione justificatus sit, sed fide, scilicet viva, et charitate formata; cum 1. Cor. 13. fides sine charitate nihil prosit. Demum *corde ad justitiam creditur*, quia hæc ex dictis a fide incipit.

Ad 4^{am}. R. N. Cons., quæ mala est; ex illo enim Antecedente tantum inferri potest: ergo non solus Baptismus salvat; sicut ex eo, quod 1. Cor. 13. dicat Apostolus, fidem nihil prodesse sine charitate, male inferres: ergo fides nihil prodest. Igitur in adultis et fides et Baptismus ad salutem requiruntur juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*. Quod vero Dominus non dixerit: qui non baptizatus fuerit, condemnabitur, sed qui non crediderit; non ideo est, quasi revera verissimum non esset hoc, qui non baptizatus fuerit, condemnabitur, cum Dominus idem dixerit: *nisi quis renatus fuerit*, etc. Joan. 3.; sed quia dicere hoc necessum non fuit, cum per se id intelligeretur ex eo, qui non crediderit, condemnabitur; qui

enim non credit, etiam non vult baptizari; et licet vellet, nihil ei prodesset, cum sine fide ad recipiendam Baptismi gratiam non sit dispositus.

Ad 5^{am}. R. N. Assert. Non enim S. Petrus dixit, Baptisma salvare per fidem resurrectionis, sed per resurrectionem, h. e. ad exemplar resurrectionis Christi, quam scilicet repræsentat Baptismus, 1^o. quia, cum baptizatur, emergimus ex aquis ut Christus e sepulcro: 2^o. quia Baptismus, nos justificando, facit ut, sicut Christus post resurrectionem, et nos in novitate vitæ ambulemus, sive in vita gratiæ, ut ait Apostolus ad Rom. 6. 4. Simili phrasi ad Rom. 423. utitur: *Christus traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram*: quod idem est, ac si diceret, per Christi passionem morimur peccato, per Christi resurrectionem vita justitiæ vivere incipimus, ubi prepositio *per* non causam meritoriam, sed exemplarem haud dubie significat.

48. Obj. II. Ex SS. PATRIBUS. 1^o. TERTUL. L. de Pœnit. c. 6. Baptismum ait esse *obsignationem fidei*; ergo ipse non justificat, vel certe non nisi per fidem.

2^o. S. BERNARD. serm. de cœn. Dom. n. 2. *Sicut*, inquit, *investitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per anulum..... sic et divisiones gratiarum diversis sunt traditæ sacramentis*; ergo ex mente S. BERNARDI sacramenta sunt signa mere speculativa gratiæ, sicut liber respectu canonici, baculus respectu abbat, et anulus respectu episcopi.

3^o. S. AUGUSTIN. vero in locis pluribus vim effectivam gratiæ abnegat; nam 1. L. 19. contr. Faust. c. 16. sacramenta ait, nihil esse aliud, quam *visibilia verba, sacrosancta quidem, verumtamen mutabilia et temporalia*; ergo supponit S. Doctor sacramenta concurrere ad sanctificationem hominis non aliter, quam verba concionis, h. e. excitando fidem. 2. L. Quæst. vet. et nov. Testam. q. 39. *Donum caeleste non posse consequi, qui se non per aquam, sed per fidem immutari non credit*; ergo per fidem habetur justificatio. 3. L. 15. de Trinit. c. 26. non ipsos Apostolos dedisse Spiritum sanctum, sed *orabant*, inquit, *ut veniret in eos, quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant*. 4. QQ. in Heptateuchum L. 3. q. 84. duo dicit: 1. ministrum hominem solum præbere sacramentum visibile, Deum autem invisibilem gratiam; 2. hæc duo sic separari, ut in quibusdam sit sacramentum sensibile sine gratia invisibili, ut in Simone mago a Philippo baptizato; in quibusdam vero invisibilis gratia sine sacramento sensibili, ut in bono latrone. 5. Sermon. 30. de verb. Dom. (al. serm. 106. n. 1.) Baptisma, quod semel adhibetur *per fidem*, mundare asserit.

49. Ad 1^{am}. R. D. Baptismum obsignationem fidei vocat, quia fidem justificantem excitat N. quia est professio fidei, et datur Catechumenis rite tentatis in approbationem et testificationem fidei C. Hunc sensum reddit TERTUL. ipse loc. cit. Inde et Baptismus passim a veteribus *sacramentum fidei* appellatus fuit.

Ad 2^{am}. R. N. Cons. Non enim S. BERNARD. sacramenta cum libro, baculo, annulo quoad efficientiam comparat, sed quoad sacramentorum diversitatem, ut ostendat, varias esse in sacramentis gratiarum divisiones, sicut in Ecclesia dignitatum gradus sunt varii, quarum insignia proinde et signa

diversa sunt, ut baculus, annulus, etc. Nam alioqui sacramenta conferre gratiam, ibidem docet.

Ad 3^{um}. R. N. Ant. De Aug. enim mente ex relatis ejus sententiis in Concl. constat. Unde

R. Ad singula. Quoad 1^{um}. textum. D. Sic vocat sacramenta quoad modum significandi C. quoad efficientiam, quasi se tantum haberent ut verba concionantis, quæ aliud non operentur, quam excitare in animo audientis motum e. g. fidei N. Ant. et Cons. Res ex scopo S. Patris plana fit. Disputabat contra Manichæos, qui reprehendebant mutationem sacramentorum veterum in nova; sed occurrit S. Pater dicebatque, necessario mutanda fuisse verba post Christi adventum; cum enim veteres dicerent: Christus veniet, morietur, resurget; nos modo dicere debemus: venit, mortuus est, resurrexit. Inde inferebat, etiam sacramenta mutari debuisse, ne secus essent signa falsa; signa enim Christum adventurum, ejus mortem, resurrectionem futuram significantia non possunt significare hæc præterita. Proinde ut similitudo aptissima demonstraretur, dixit: *Quid sunt sacramenta, nisi visibilia verba, etc.*: nimirum quoad significationem tantum; non quoad efficientiam, de qua non erat disputatio.

Quoad 2^{um}. textum R. 1^o. Librum hunc perperam S. Aug. tribui, sed esse cujusdam hæretici, multa contra orthodoxam fidem, contraque Aug. ipsum docentis, ut quod femina non sit creata ad imaginem Dei, Quæst. 21., quod Melchisedech fuerit Spiritus sanctus, et similia.

R. 2^o. Quicumque auctor sit, hic tamen potius pro dogmate catholico stat; non enim de causa efficiente justificationis, sed formali loquitur, atque, hominem immutari, renovari non per lotionem externam, quasi nihil plus sit Baptismus noster, quam emundatio carnis, ut Judæorum olim baptisinata; sed per fidem, quæ, cum perfecta et viva est, mundat formaliter, sicque justificat, juxta illud Actor. 15. : *fide purificans corda eorum*. Hanc vero fidem, sive justificationem formalem dari in Baptismo, ait auctor Oper. Aqua, inquit, cernitur, sed qui non videtur, Spiritus operatur, ut fides in ipso sit. Quæ non possunt intelligi de fide imperfecta, inchoata, quæ juxta nos ad justificationem disponit, et juxta adversarios justificationem apprehendit. Igitur de fide perfecta loquitur, quæ homini in Baptismo infunditur, justificatque formaliter. Quod idem a Trident. docemur Sess. 6. c. 7.

Quoad 3^{um}. textum R. D. Negat per Apostolos datum esse Spiritum sanctum eo modo, quo a Patre, Filioque datur et mittitur, sive auctoritate principali C. ministeriali N. Tractat eo loco S. Pater de processione Spiritus sancti, quem probat esse a Patre et Filio, quia datur et mittitur ab utroque. Ubi objectionem, quæ formari posset, præoccupat, scilicet: etiam ab Apostolis datum legi Spiritum sanctum, a quibus tamen non procedit; negat vero ab his Spiritum sanctum datum; sed tali modo, quo a Patre, Filioque mittitur; h. e. auctoritate pari ac independente. Deinde aliud sunt dona Spiritus sancti, et gratia, aliud Spiritus sanctus ipse; gratiam Spiritus sancti etiam sacramenta dant; Spiritum sanctum ipsum is magis proprie, a quo procedit.

Quoad 4^{um}. textum R. Explico 1^{am}. partem cum D. Ait, hominem solum præbere sacramentum visibile, si spectetur præcise secundum virtutem suam naturalem C. sic enim plus non potest, quam lavare e. g. corpus. Spectatus

juxta potestatem ministerialem et instrumentalem a Deo acceptam, quatenus applicat sacramenta ut instrumenta Dei N. Sic et Hieron. intelligi debet in cap. 4. Isa. inquit: *In Baptismo homo tantum aquam tribuit, Deus autem Spiritum sanctum, quo sordes abluuntur.*

2^{am}. partem etiam D. Sacramentum esse potest sine gratia, ex defectu virtutis in sacramento causandi gratiam N. contrarium enim supra ex Aug. constat. Ex defectu subjecti, scilicet indispositi, ac gratiæ obicem ponentis C. Sed hinc contra dogma catholicum quid evinci potest?

Quoad 3^{um}. textum R. S. Patrem solum velle, quod adultos non salvet Baptismus sine fide propria ac prævia, ceu dispositione necessaria.

50. Obj. III. EX RATIONE. 1^o. Deus solus auctor est gratiæ ac gloriæ; hinc Luc. 5. 21. dicitur: *quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ergo sacramenta illam causare nequeunt.

2^o. Qui non habet, a quo baptizetur, salvatur per fidem; e contra qui sacramenta suscipit sine fide, damnatur; ergo in sacramento fides est, quæ justificat.

3^o. Si sacramenta novæ Legis causent effectum suum ex opere operato; ergo etiam sic eum causassent sacramenta Legis veteris; nam sicut Jac. 5. 14. dicitur: *Orent super eum, et oratio fidei salvabit infirmum*; ita Levit. 5. 6. dicitur de sacrificiis: *Rogabitque pro eo sacerdos... et dimittetur ei*. Porro ut Actor. 8. 17. in Confirmatione per impositionem manuum fideles dicuntur accepisse Spiritum sanctum; ita Deut. 34. 9. Josue repletus dicitur spiritu sapientiæ, quando Moyses ipsi manus imposuit.

4^o. Fieri non potest, ut sacramenta, quæ res materiales sunt, ad animam penetrent; ergo peccatorum sordes, quæ in anima resident, nec abluere possunt.

Ad 1^{um}. R. 1^o. Si Deus solus causet gratiam, quomodo specialis fides justificat? quomodo verificantur Christi verba: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis*. Joan. 20.

R. 2^o. Solus Deus causat gratiam, remittit peccata virtute, auctoritate propria et principali C. ita ut sacramenta nequidem instrumentaliter N. Deinde mirum, adversarios malle Pharisæis credere, quam Christo; illi enim ita locuti fuerant Luc. 5. : at Christus ut ostenderet, se etiam ut hominem posse peccata dimittere, continuo sanavit paralyticum. Ibidem.

Ad 2^{um}. R. 1^o. Antec. quoad membrum primum, falsum esse de parvulis juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit.*

R. 2^o. Loquendo de adultis, neque hi eo casu per fidem solam salvantur; sed in his requiritur primo fides; deinde contritio perfecta, quæ est votum sacramenti Baptismi et Pœnitentiæ; ejusque justificatio tunc a duobus pendet, fide et sacramento in voto, sicut in adultis aliis a fide et sacramento in re; diverso tamen adhuc modo; cum utrobique se fides solum habeat ut dispositio, nusquam ut causa efficiens.

Ad 3^{um}. R. D. sequel. Sic etiam eum causassent in aliquo genere sacramenta Legis veteris, scilicet sanctitatem legalem, imperfectam C. simul quoad sanctitatem perfectam, internam gratiam N. Modi loquendi equidem perquam affines sunt; at cum Scriptura sacramenta Legis veteris vocet elementa egena, infirma Gal. 4., dicatque Hebr. 9. alibi, sacrificia vetera non po-

tuisse mundare conscientias, sed valuisse tantum ad emundationem carnis; hinc ex opere operato sanctitatem equidem legalem causabant; ad dimit-tenda vero peccata, obtinendam sanctitatem internam necessaria fuit con-tritio perfecta, cujus signum ac protestatio erant sacrificia. Deinde impositio manus a Moyse facta super Josue ne quidem sacramentum fuit, cum non esset instituta a Deo ceu ritus sacer, permanens et stabilis.

Ad 4^{um}. R. N. Assert. Ac quomodo sacramenta mundent animam, cau-sent sanctitatem internam, istud nunc declarandum venit.

ARTICULUS II.

QUOMODO SACRAMENTA NOVE LEGIS CAUSENT GRATIAM, PHYSICE, AN MORALITER?

51. *Præmitto I.* Causa ut sic in causam per se, et causam per accidens dividitur: hæc potius est conditio, sine qua non poneretur effectus, in hunc vero non influit; sic dispositio ligni, ignis approximatō est causa per acci-dens combustionis: illa est, quæ in effectum influit. Causa per se vero alia est physica, alia moralis; et utraque rursus alia est principalis, alia instrumentalis. Causa principalis physica est, quæ naturali virtute sua producit effectum physice, nec agit ut inserviens fini alterius; sic ignis pro-ducit ignem: instrumentalis physica est, quæ ut elevata, h. e. virtute sibi a causa principali communicata, et ut inserviens fini alterius effectum producit physice; sic se habet e. g. penicillus pictoris respectu picturæ. Similiter causa principalis moralis illa dicitur, quæ virtute propria, merito et intentione inducit causam efficientem physicam ad producendum phy-sice effectum: instrumentalis vero moralis dicitur, quæ non ex propria virtute et intentione, sed ut subordinata voluntati et intentioni alterius causam physicam inducit ad dandum esse effectui intento.

Præmitto II. Quæritur proinde hic, qualis causalitas competat sacra-mentis? In qua controversia simpliciter negant Protestantium alii, posse sacramenta utpote res materiales agere quomodocumque in animam. Verum cum ex dictis Art. præc. constet, sacramenta revera seipsis concurrere ad productionem gratiæ; immerito rei hujusce possibilitatem negant. Sed et nihil hic esse impossibilitatis; satis, si voluerint, ex dicendis videbunt. Inter orthodoxos vero satis convenit 1^o. causam principalem phy-sicam gratiæ esse solum Deum; 2^o. principalem moralem esse Christum juxta Tract. de Incarnat., quia Christus passione et morte omnem gratiam nobis est meritis, sui que valorem meriti applicavit sacramentis; 3^o. sacra-menta etiam dici posse instrumenta moralia Dei ad productionem gratiæ; tum quatenus Deus determinavit Christum ad instituenda sacramenta, pro-misitque se ad positionem illorum daturum gratiam; tum quatenus etiam subordinata sunt causæ principali morali, sive Christo. Sed solum inter hos controversatur, sintne causæ instrumentales morales tantum, et in quo moralis eorum causalitas sita? vel an etiam physice? Affirmativam communius tenet cum quibusdam aliis Schola Doctoris Angelici, hoc solo intercedente dissidio, quod alii velint, elevari extrinsece sacramenta per concursum Dei specialem ad producendam etiam physice gratiam: alii

vero autument, elevari ea intrinsece, per superadditam scilicet qualitatem intrinsecam, transeantem supernaturalem; sic tamen, ut cum hac ad pro-ductionem gratiæ concurrat ipsa sacramenti entitas. Negativam contra-tuentur reliqui.

52. *Dico I.* Quidquid sit de eo, utrum sacramenta elevari a Deo possint ad producendam physice gratiam, verosimilius est, ea de facto esse causas instrumentales tantum morales, non physicas gratiæ.

Prob. I. Sacramentis non debet tribui major causandi vis, quam quæ ex Scriptura sacra, Conciliis ac Patribus evincitur; sed hæc est tantum mor-alis; totum enim, quod ex illis colligitur, consistit in duobus: 1^o. quod sacramenta nova vere causent gratiam: 2^o. quod multum differant ab antiquis; sed-utrumque salvatur per causalitatem moralem tantum, quia sacramenta vetera non nisi conditiones erant, nullamque omnino causa-litatem exercebant in gratiam, ut dicitur Art. seq. Quod autem vere ac proprie causent gratiam, causam physicam moraliter movendo ad produ-ctionem illius, constat 1^o. ex paritate causæ finalis, quæ rationem causæ proprie dicte participat, licet moraliter tantum, scilicet movendo inten-tionaliter causent: 2^o. ex paritate passionis Christi, quæ vere dicitur, et est salutis nostræ causa, licet eam non physice operetur, sed moraliter tantum, cum jam physice non existat. Confirmatur ea ratio inde amplius, quod non sint affirmanda miracula, nisi apertæ rationes, vel necessitas cogant; mira-cula enim non præsumenda, sed probanda sunt; sed gratiam produci effi-cienter physice ab alio, præterquam Deo, ingens est miraculum, ad quod tamen neque necessitas, neque apertæ rationes cogunt.

Prob. II. Sacramenta sæpe causant gratiam moraliter tantum, ut sacra-mentum cum obice susceptum, ac remoto postea obice reviviscens, ut Ba-ptismus; item Matrimonium contractum sub conditione de futuro; in his enim casibus sacramentum non existit physice amplius, et tamen gratiam causat ex opere operato. Quod vero dicatur, dum sacramentum reviviscit, a Deo characterem, quem tamen sacramentum cum obice susceptum impressit, elevari ad producendam gratiam, novum est miraculum, cujus asserendi non est fundamentum. Ac quid characterem hoc casu supplet in sacramentis aliis, quæ characterem nullum imprimunt?

Prob. III. Causa meritoria et impetratoria suum effectum causat non nisi moraliter; sed sacramenta se habent ad modum causæ meritorie ac impe-tratorie, movendo videlicet Deum ad gratiam physice producendam; 1^o. ad modum causæ meritorie; tum quia causant gratiam virtute passionis Christi tantum moraliter causantis; tum quia juxta SS. Patres sunt vasa plena sanguine et meritis Christi, quæ nimirum Christus sic annexa esse sacramentis voluit, ut, qui ea suscipere, per merita illa acquirerent jus ad gratiam, quasi ipsi eam per se essent meriti; 2^o. ad modum causæ impe-tratorie; quia Christus sacramenta instituens rogavit Patrem, ut, quoties rite susciperentur, toties conferret gratiam suscipientibus passionis suæ et mortis intuitu, quod et obtinuit.

53. *Obj. I.* Ab auctoritate. 1^o. Scriptura sacra, Concilia, ac Patres passim aiunt, sacramenta continere, conferre gratiam; animam abluere, mun-

tuisse mundare conscientias, sed valuisse tantum ad emundationem carnis; hinc ex opere operato sanctitatem equidem legalem causabant; ad dimit-tenda vero peccata, obtinendam sanctitatem internam necessaria fuit con-tritio perfecta, cujus signum ac protestatio erant sacrificia. Deinde impositio manus a Moyse facta super Josue ne quidem sacramentum fuit, cum non esset instituta a Deo ceu ritus sacer, permanens et stabilis.

Ad 4^{um}. R. N. Assert. Ac quomodo sacramenta mundent animam, cau-sent sanctitatem internam, istud nunc declarandum venit.

ARTICULUS II.

QUOMODO SACRAMENTA NOVE LEGIS CAUSENT GRATIAM, PHYSICE, AN MORALITER?

51. *Præmitto I.* Causa ut sic in causam per se, et causam per accidens dividitur: hæc potius est conditio, sine qua non poneretur effectus, in hunc vero non influit; sic dispositio ligni, ignis approximatō est causa per acci-dens combustionis: illa est, quæ in effectum influit. Causa per se vero alia est physica, alia moralis; et utraque rursus alia est principalis, alia instrumentalis. Causa principalis physica est, quæ naturali virtute sua producit effectum physice, nec agit ut inserviens fini alterius; sic ignis pro-ducit ignem: instrumentalis physica est, quæ ut elevata, h. e. virtute sibi a causa principali communicata, et ut inserviens fini alterius effectum producit physice; sic se habet e. g. penicillus pictoris respectu picturæ. Similiter causa principalis moralis illa dicitur, quæ virtute propria, merito et intentione inducit causam efficientem physicam ad producendum phy-sice effectum: instrumentalis vero moralis dicitur, quæ non ex propria virtute et intentione, sed ut subordinata voluntati et intentioni alterius causam physicam inducit ad dandum esse effectui intento.

Præmitto II. Quæritur proinde hic, qualis causalitas competat sacra-mentis? In qua controversia simpliciter negant Protestantium alii, posse sacramenta utpote res materiales agere quomodocumque in animam. Verum cum ex dictis Art. præc. constet, sacramenta revera seipsis con-currere ad productionem gratiæ; immerito rei hujusce possibilitatem negant. Sed et nihil hic esse impossibilitatis; satis, si voluerint, ex dicendis videbunt. Inter orthodoxos vero satis convenit 1^o. causam principalem phy-sicam gratiæ esse solum Deum; 2^o. principalem moralem esse Christum juxta Tract. de Incarnat., quia Christus passione et morte omnem gratiam nobis est meritis, sui que valorem meriti applicavit sacramentis; 3^o. sacra-menta etiam dici posse instrumenta moralia Dei ad productionem gratiæ; tum quatenus Deus determinavit Christum ad instituenda sacramenta, pro-misitque se ad positionem illorum daturum gratiam; tum quatenus etiam subordinata sunt causæ principali morali, sive Christo. Sed solum inter hos controversatur, sintne causæ instrumentales morales tantum, et in quo moralis eorum causalitas sita? vel an etiam physice? Affirmativam communius tenet cum quibusdam aliis Schola Doctoris Angelici, hoc solo intercedente dissidio, quod alii velint, elevari extrinsece sacramenta per concursum Dei specialem ad producendam etiam physice gratiam: alii

vero autument, elevari ea intrinsece, per superadditam scilicet qualitatem intrinsecam, transeantem supernaturalem; sic tamen, ut cum hac ad pro-ductionem gratiæ concurrat ipsa sacramenti entitas. Negativam contra-tuentur reliqui.

52. *Dico I.* Quidquid sit de eo, utrum sacramenta elevari a Deo possint ad producendam physice gratiam, verosimilius est, ea de facto esse causas instrumentales tantum morales, non physicas gratiæ.

Prob. I. Sacramentis non debet tribui major causandi vis, quam quæ ex Scriptura sacra, Conciliis ac Patribus evincitur; sed hæc est tantum mor-alis; totum enim, quod ex illis colligitur, consistit in duobus: 1^o. quod sacramenta nova vere causent gratiam: 2^o. quod multum differant ab antiquis; sed-utrumque salvatur per causalitatem moralem tantum, quia sacramenta vetera non nisi conditiones erant, nullamque omnino causa-litatem exercebant in gratiam, ut dicitur Art. seq. Quod autem vere ac proprie causent gratiam, causam physicam moraliter movendo ad produ-ctionem illius, constat 1^o. ex paritate causæ finalis, quæ rationem causæ proprie dicte participat, licet moraliter tantum, scilicet movendo inten-tionaliter causent: 2^o. ex paritate passionis Christi, quæ vere dicitur, et est salutis nostræ causa, licet eam non physice operetur, sed moraliter tantum, cum jam physice non existat. Confirmatur ea ratio inde amplius, quod non sint affirmanda miracula, nisi apertæ rationes, vel necessitas cogant; mira-cula enim non præsumenda, sed probanda sunt; sed gratiam produci effi-cienter physice ab alio, præterquam Deo, ingens est miraculum, ad quod tamen neque necessitas, neque apertæ rationes cogunt.

Prob. II. Sacramenta sæpe causant gratiam moraliter tantum, ut sacra-mentum cum obice susceptum, ac remoto postea obice reviviscens, ut Ba-ptismus; item Matrimonium contractum sub conditione de futuro; in his enim casibus sacramentum non existit physice amplius, et tamen gratiam causat ex opere operato. Quod vero dicatur, dum sacramentum reviviscit, a Deo characterem, quem tamen sacramentum cum obice susceptum impressit, elevari ad producendam gratiam, novum est miraculum, cujus asserendi non est fundamentum. Ac quid characterem hoc casu supplet in sacramentis aliis, quæ characterem nullum imprimunt?

Prob. III. Causa meritoria et impetratoria suum effectum causat non nisi moraliter; sed sacramenta se habent ad modum causæ meritorie ac impe-tratorie, movendo videlicet Deum ad gratiam physice producendam; 1^o. ad modum causæ meritorie; tum quia causant gratiam virtute passionis Christi tantum moraliter causantis; tum quia juxta SS. Patres sunt vasa plena sanguine et meritis Christi, quæ nimirum Christus sic annexa esse sacramentis voluit, ut, qui ea suscipere, per merita illa acquirerent jus ad gratiam, quasi ipsi eam per se essent meriti; 2^o. ad modum causæ impe-tratorie; quia Christus sacramenta instituens rogavit Patrem, ut, quoties rite susciperentur, toties conferret gratiam suscipientibus passionis suæ et mortis intuitu, quod et obtinuit.

53. *Obj. I.* Ab auctoritate. 1^o. Scriptura sacra, Concilia, ac Patres passim aiunt, sacramenta continere, conferre gratiam; animam abluere, mun-

dare: atqui hi loquendi modi nonnisi physicam causalitatem sonant; ergo.

2°. Utuntur comparationibus cum causis physicis; ita Sylvester Papa, teste NICEPHORO L. 7. c. 33., allocutus CONSTANTINUM imperatorem: *Hæc, imperator, aqua divina virtute per invocationem vivificæ Trinitatis concepta, sicut exterius corpus hominis abluit, ita etiam animam interius a sorde et inquinazione omni mundificans, splendidiorem radiis solaribus efficit.* S. LEO serm. 5. de Nativ. c. 5. *Virtus Altissimi, inquit, et obumbratio Spiritus sancti, quæ fecit ut Maria pareret Salvatorem, eadem facit ut regeneret unda credentem.* S. CYRILL. Alex. L. 2. in Joan. (opp. t. 4. p. 147. C.): *Quemadmodum, ait, infusa lebetibus aqua, si admoveatur igni vehementi, vim ejus concipit, ita Spiritus efficacitate sensibilis aqua ad divinam quamdam et ineffabilem vim transformatur, omnesque demum in quibus fuerit sanctificat.* D. THOMAS hic q. 62. a. 1. in 6. comparat sacramenta securi, quæ certe instrumentum physicum est.

3°. SS. Patres mirantur sacramentorum vim, et quod res adeo natura sua viles, ut est e. g. aqua in Baptismo, effectus adeo miros operentur: sic S. AUG. Tract. 80. in Joan. n. 3. ideo exclamat: *unde ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, et cor abluat?* Vide loca SS. Patrum similia num. 45.; ergo supponunt causalitatem physicam.

4°. Utuntur particulis causam physicam indicantibus: sic Joan. 3. dicimur renasci ex aqua. Ad Tit. 3. salvati per lavacrum regenerationis. 2. ad Tim. 1. gratia data dicitur per impositionem manuum. Et vero nulla causa physica bene dicitur operari per moralem; sed causa moralis operatur per physicam; sic consulens, mandans homicidium dicitur occidere per occidentem ceu causa moralis per physicam, non vero occidens per mandantem et consulentem.

Ad 1^{um}. R. N. min. Etsi enim hi similesque loquendi modi in philosophicis causalitatem potius physicam importent; in theologicis tamen ac moralibus sæpissime causalitatem moralem sonant. Sic nihil in Scriptura, Conciliis ac Patribus frequentius, quam Christi passionem et sanguinem sanctificare, justificare homines, mundare a peccatis, etc. 1. Joan. 1. 7. *Sanguis Jesu Christi emundat nos ab omni peccato.* Apoc. 1. 5. *Christus lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, etc.*; quæ certum est intelligi debere de causalitate morali tantum.

Ad 2^{um}. R. D. Utuntur comparationibus adæquatis, etiam quoad influendi modum N. vel quoad effectum, ut indicent, sacramenta vere efficere gratiam, ut SYLVESTER; vel quoad modum participandi virtutem ab alia ulteriore causa, ut S. LEO, S. CYRILL. et D. THOM. C. Paritas, quam SS. Patres inter sacramenta et instrumenta physica formant, solum in eo stat, quod gratiam, effectum suum vere causent; utrum physice, vel moraliter, disputationi Scholasticorum relinquitur; de qua controversia forte eorum multi ne quidem cogitarunt. Confirmatur hæc distinctio nostra auctoritate S. GREGORII Nysseni; cum enim, orat. de Baptismo Christi (opp. t. 3. p. 368.), Baptismum regenerationis causam esse dixisset, et infra (p. 370. C.) virgæ Moysi, per quem Deus voluit efficere sublimia, et (p. 371.) virtuti miraculorum effectrici illud sacramentum comparasset, tamen idem sanctus Doctor omnem vim gratiæ producendæ physicam Deo soli adscribere videtur, dum ait (ibid. p. 369. B.): *Hoc autem beneficium (regeneratio) non aqua largitur (esset enim omni crea-*

tura sublimior), sed Dei præceptum et accessus Spiritus, qui mystice ad nostram libertatem venit. Aqua vero subservit ad ostendendam purgationem. Quoniam enim sordibus et cæno fædatum corpus aqua lavantes purum reddere solemus, propterea etiam in mystica actione eam adhibemus, re sub sensum cadenti incorporeum splendorem significantes. GREGORIO Nyss. consentit tum NAZIANZENSIS hom. 40. n. 8., tum CYRILLUS Hierosol. catech. 17. n. 14.

Igitur sicut passionis et meritorum Christi efficacia commendatur satis per efficientiam solum moralem; ita et altera sacramentorum Christi, præsertim quod actiones sacramentales Christi non physice, sed moraliter sint propriæ, ab ejusque meritis virtutem omnem sortiantur. Equidem Doctor Angelicus hic illic causalitati physicæ favere videtur; non desunt tamen alia ejusdem loca causalitatem moralem suadentia; præterquam enim quod nusquam expresse dicat, sacramenta esse causas physicas, hic q. 62. a. 5. virtutem, ait, in sacramenta derivari ab humanitate Christi, media ejus passione; sed ab hac utpote non amplius existente, certum est, nihil physice derivari posse. Nec obstat, quod dicat, humanitatem Christi esse instrumentum conjunctum respectu productionis gratiæ; sacramentum vero esse instrumentum separatum, quod videtur de instrumento physico debere intelligi, cum humanitas Christi non videatur dici posse instrumentum in genere causæ moralis, sed dicenda esse potius causa meritoria principalis, hoc, inquam, non obstat; etsi enim Christus complete sumptus sit causa meritoria principalis gratiæ; humanitas tamen secundum se considerata, utpote præcisa ab unione hypostatica, nonnisi causa instrumentalis est, cum ex se virtutem ac proportionem ad meritum tanti valoris non habeat.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Mirantur enim Patres, quod Deus Christi merita, suamque omnipotentiam rebus adeo infirmis certa adeo lege annexerit, ut iis rite positis conferat infallibiliter gratiam, in quo maxime Dei elucet potentia; cum enim rebus ejusmodi vilibus ad nobilissimos utatur effectus, ostendit, se nullius egere opera ad faciendâ quælibet, sive res cæ concurrant physice, sive non.

Ad 4^{um}. R. 1°. Retorsio est in sacramento reviviscente.

R. 2°. N. Per ejusmodi particulas in theologicis ac moralibus præcise indicari causam physicam. Sic in specie particula per causalitatem moralem indicat ad Rom. 5. 12. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors*; ubi in membro ultimo particula per causalitatem moralem innuit. Par vero ratio est de particula ex. Rationem additam D. Causa physica non operatur per moralem, quando hæc est instrumentum illius N. quando non est C. Particula per denotat rationem instrumenti; cum igitur Deus eo fine velit poni sacramenta, ut iis moveatur ad conferendam gratiam, illa bene dicuntur instrumenta Dei moralia.

54. Obj. II. Ex RATIONE. 1°. Sacramentis debet tribui operandi modus nobilior; sed influxus physicus est morali nobilior, cum ipsi sit proprius Deo. Quin si ignis inferni cruciet physice dæmones, cur influxus physicus negetur sacramentis?

2°. Causæ principali respondet instrumentalis; ergo si prior agat physice, eodem modo agere debet instrumentalis; atqui causa principalis est Deus, producitque physice gratiam; ergo.

3°. Sacerdos vere absolvit a peccatis : atqui fieri id non potest, nisi ad productionem gratiæ remissivæ peccatorum physice concurrat ; secus enim Deus solus ad sacerdotis verba peccata remitteret.

4°. Qui movet, est causa principalis ; sic causa principalis dicitur dominus, quia movet servum ; ergo si sacramenta movent Deum ad producendam physice gratiam, erunt hujus causa principalis.

5°. Humanitas Christi tanquam instrumentum physicum conjunctum accepit virtutem patranda miracula, quia fuit assumpta a Verbo ; ergo etiam quia sacramenta assumuntur a Deo ad productionem gratiæ, oportet, ut habeant virtutem physice producendi gratiam.

Ad 1^{am}. R. 1°. *N. M.* Sacramentis enim non tribuendum est plus, quam Scriptura, auctoritas Patrum et efficax ratio persuadet : sed ex his non probatur sufficienter, sacramentis de facto causalitatem physicam competere. Deinde sicut passioni Christi nihil derogat, quod justificationis nostræ causa moralis sit ; ita nec sacramentis, præsertim cum ex Christi passione et meritis eorum virtus profluat.

R. 2°. *D. min.* Influxus physicus principalis est nobilior *C.*, physicus instrumentalis *N.* Causa instrumentalis moralis nobilior est causa instrumentali physica ; prior enim causat ob bonitatem suam intrinsecam ; altera vero tantum agit per motum sibi a principali impressum. Quomodo vero infernalis ignis cruciet dæmones, nemo satis hactenus exposuit. Id ex S. Aug. scimus, eos *torqueri miris, sed veris modis* ; at qui hi modi sint, incertum.

Ad 2^{am}. R. 1°. Christus juxta TRIDENTINUM Sess. 6. c. 7. est justificationis nostræ causa meritoria, et Baptismus instrumentum, quo sua nobis merita applicat ; ergo sicut Christus est causa moralis principalis, sic sacramenta erunt moralis instrumentalis.

R. 2°. *N. seq. M.* Nam et sacramentum reviviscens est causa instrumentalis gratiæ, Deum ut causam principalem respiciens ; quod tamen agit solum moraliter ; ergo causa instrumentalis quoad agendi modum causæ principali non commensuratur necessario. Cæterum sacramenta simul sunt instrumenta Christi et Dei ; Christo enim subordinantur ut principali causæ meritoriae ; Deo ut agenti principali physico, sed hoc sensu, quia a sacramentorum positione moveri vult ad producendam physice gratiam.

Ad 3^{am}. R. *N. min.* Ut enim sacerdos absolvat, satis est, quod media absolutione gratiam illam causet moraliter ; sicut vere absolvit ab excommunicatione et interdicto, etsi absolvendo ab his vinculis nihil producat physicum. Si replices : igitur creditor per exhibitionem chirographi movens debitorem ad solvendum dici posset solvere. *N. seq.* Cum enim solutio connotet obligationem ex natura sua in solvente, et jus in eo, cui solvitur, alium, quam debitorem denominare non potest. Simile est in sacramento Pœnitentiæ, in quo pœnitens ponit sacramenti materiam ; itaque moraliter causat gratiam peccati remissivam, nec tamen ideo se ipsum absolvere dici potest ; quia absolvere a peccatis non est gratiam illam causare quomodocumque, sed est eam producere per modum judicis sententiam ferentis, sive id fiat moraliter, sive physice.

Ad 4^{am}. R. *D. Ant.* Qui movet virtute non communicata ab eo, qui movetur *C.* sic movet servum dominus : qui movet quomodocumque *N.* Movere

convenit causæ morali ut sic ; movere virtute communicata causæ morali instrumentali convenit.

Ad 5^{am}. R. *D. Ant.* Quia est assumpta per unionem physicam, quæ est in ordine ad operandum physice *T.* quia est assumpta quomodocumque *N.* Alias sacramentum reviviscens esset instrumentum physicum. Dixi : *Transeat*, quomodo enim Christi humanitas concurrerit ad patranda miracula, vide Tr. de Incarn. Diss. II. Sect. III. Art. III. num. 223.

55. *Dico II.* Vis causandi gratiam moraliter in sacramentis est specialis eorum dignitas et excellentia, quæ potest movere Deum ad conferendam infallibiliter gratiam. Dignitas vero illa consistit in eo, 1°. quod sint moraliter actiones ipsius Christi, scilicet ab hoc institutæ et adoptatæ, ac volente, ut ab ejus ministris, h. e. Christi exerceantur nomine ; et 2°. Christi dignificatæ meritis, quibus videlicet merita ac passionem suam applicavit, cumque in finem, ut obtineatur gratia.

Ratio est ; quia actiones substituti sunt moraliter actiones substituentis, sive delegantis, ac ab hujus persona et dignitate ipsæ dignitatem trahunt, ut tanti fere æstimentur, ac si a principali ipso physice procederent : atqui ministri ponentes verba et actiones sacramentales sunt vicarii Christi, ab hoc substituti delegati, ut ipsius nomine sacramenta administrent : constat 1°. ex verbis consecrationis ; manifeste enim Christus, ministro sacerdote mediante consecrat, ubi dicitur : *Hoc est corpus meum.* 2°. Ex verbis sacramenti Pœnitentiæ ; homo enim non habet auctoritatem dimittendi peccata, nisi delegatam ; igitur dum dicit : *Ego te absolvo a peccatis tuis*, Christi nomine loquitur. 3°. Ex Scriptura Joan. 1. , ubi de Christo dicitur : *Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto* ; quod non solum de Baptismo, quem Christus immediate per se, sed etiam, quem per Discipulos contulit, intelligendum. Et 1. Cor. 4. 1. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.* 1. Cor. 3. 4. *Quid igitur est Apollo ? Quid vero Paulus ? ministri ejus, cui credidistis.* Tandem TRIDENT. Sess. 2. c. 2. sacrificium cruentum crucis comparans cum incruento altaris, una, eademque, inquit, est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit. Quod vero Concilium de sacrificio dixit, eodem modo de altaris sacramento debet intelligi, in quo ratio utraque concurrat.

Ex hisce intelligitur 1°. ac quidem perfacile, quomodo sacramenta, res etsi materiales, operari possint in animam, eam mundando, scilicet causando gratiam.

2°. Etsi sacramenta non causent gratiam physice ; non tamen idcirco habent rationem puræ conditionis sine qua non, aut rationem puri signi, sicut e. g. denarius plumbeus, vel chirographum regium, quo exhibitio datur alicui pecunia ex voluntate régis ; conditio enim mera non habet in se ipsa virtutem et dignitatem movendi, sed solum movet ut quid conjunctum cum altero, quod talem dignitatem habet, exigitque non movere, nisi quando hoc sibi conjunctum habet. Sic dum dominus mandat servo, ut aureum det pauperi, si nummum plumbeum a domino illi datum exhiberit, nummus ille mera est conditio ; voluntas autem, sive mandatum domini est causa moralis, qua sola ad dandum aureum movetur servus : at vero sacramenta utpote actiones moraliter ipsius Christi, ab eo institutæ, ut

obtineatur gratia, ipsius dignitate meritis virtutem et dignitatem in se ipsis continent.

36. *Obj.* cum DD. Protestantibus, aliisque. 1^o. In Lege veteri etiam Dei, aut venturi Christi nomine operabantur, qui sacramenta conficiebant; nec tamen eorum actiones inde dignitatem obtinebant moraliter causativam gratiæ; ergo nec ministri sacramentorum novæ Legis.

2^o. Actio sacramentalis potest esse mala, ut si ponatur a ministro ex malo fine, vel sine conditionibus debitis; ergo nequit esse actio moraliter Christi.

3^o. Actiones et opera Christi respectu salutis nostræ sunt causæ morales principales; sacramenta vero causæ instrumentales tantum; ergo hoc ipso actiones sacramentales non sunt actiones Christi.

4^o. Si sacramenta essent causæ morales gratiæ, quia sunt moraliter actiones Christi; ergo pertinerent ad genus causæ meritoria: sed hoc dici non potest; quia Christus modo non est in statu capaci merendi: quin jam erat extra statum viæ, quando sacramenta instituit; cum pleraque saltem post resurrectionem ab eo instituta sint; ergo non potest per sacramenta tanquam per actionem propriam mereri.

5^o. Neque dici potest, sacramenta utpote actiones moraliter Christi pertinere ad genus causæ impetratoriæ; ergo. *Prob. Ant.* In Christi enim morte perfectissime consummatum est ejus meritum, satisfactio et redemptio; igitur nulla nunc datur Christi impetratio; igitur nec sacramenta habere possunt rationem causæ impetratoriæ. Accedit, quod Christo ascendenti in cælum sit data omnis potestas: sed qui omnem habet potestatem, non interpellat, ut impetret; ergo.

6^o. Si actiones sacramentales essent moraliter actiones Christi propriæ; ergo Christus dici posset dolere, confiteri, etc. dum homo poenitens dolet de peccatis, confitetur: ac in sacramento Matrimonii, dum sponsi contrahunt, Christus ipse dici posset contrahere: sed hæc absurda sunt; ergo.

37. *Ad 1^{am}. R. N. 1^{am}. part. Ant.* Et rationi naturali et Scripturæ repugnat dicere, quod sacerdotes antiquæ Legis personam Dei, vel Christi gesserint; cum enim sacramenta Legis veteris vacua fuerint, infirma et egea elementa, ad Gal. 4., cumque sacramenta illa, præsertim sacrificia ordinarentur ad cultum Dei; Deus vero seipsum colere, vel adorare non possit, non potuit Deus ministros substituere, qui ipsum nomine ipsius colerent. Sed neque delegati dici possunt fuisse Christi; tum quia Christus nondum existit in illa Lege; tum quia contrarium indicat Apostolus ad Hebr. 7. in Lege antiqua dicens, plures fuisse sacerdotes, eo quod morte prohiberentur permanere; Christum autem, quia manet æternum, sempiternum habere sacerdotium: at si sacerdotes Legis veteris Christi egissent nomine, ut ministri illius, sicut sacerdotes novæ Legis; æque dici debuisset, unum fuisse sacerdotem antiquæ Legis, sicut Legis novæ unus est.

Ad 2^{am}. R. D. Ant. Potest esse mala, ut est actio Christi N. ut est actio præcise ministri C.

Si replices. Non potest eadem actio simul esse bona et mala. R. D. Si ab agente eodem imperetur et exerceatur C. si imperetur ab alio, et ab alio exerceatur N. Patet in actione omni, quæ per ministrum ab altero substi-

tutum exercetur; hæc enim respectu substituentis esse bona et meritoria potest, mala et demeritoria respectu substituti. *Ratio* a priori est, quia actio externa ex se non habet bonitatem, vel malitiam, sed denominative solum ab actu voluntatis interno, a quo imperatur; ergo si actus internus tantum unus est, uti accidit, si unus idemque est, qui imperat, et actum elicit, necesse est, ut actio illa vel bona, vel mala sit; sed hæc cessat, si diversi sint actum imperans et exercens.

Ad 3^{am}. R. D. Ant. Actiones illæ, quæ physice et immediate a Christo procedunt C. quæ tantum ab eo assumptæ sunt ad producendam gratiam; physice vero et immediate ponuntur a sacramentorum ministris, et quæ sunt actiones ipsius solum moraliter N. Hæc enim sunt causæ instrumentales tantum, quia valorem et dignitatem non a persona sortiuntur, a qua physice procedunt, sed ab illius dignitate, cujus ponuntur nomine.

Ad 4^{am}. R. N. min. Quia Christus sacramentis a se institutis merita sua ita annexa esse voluit, ut iis, quibus rite applicarentur sacramenta, simul appropriarentur Christi merita, quibus et jus acquirerent ad gratiam, ac si hanc essent per se ipsos promeriti. Hinc patet responsio *ad prob. min.* Nam conceditur totum; non enim dicimus Christum meritum fuisse per sacramentorum institutionem, si quidem hæc post resurrectionem facta sit; aut modo per sacramentales actiones proprie loquendo mereri; sed merita sua, sive actiones, passionem, mortem, quibus est meritum, cum adhuc viator esset, annexisse sacramentis. Hinc paucis: sacramenta actiones morales Christi sunt, non tamen ut etiamnum merentis, sed ut merita sua applicantis ad obtinendam gratiam.

Ad 5^{am}. R. N. Ant. Dum enim Christus sacramenta instituit, rogavit Patrem, ut ea rite suscipientibus vellet ob sua merita conferre gratiam; cui petitioni annuit ob Christi merita Pater. Ac quoniam hanc ipsam Christi orationem continent, exhibentque Patri, impetrare etiam dicuntur, non communi modo, sed ex opere operato, sicut et ita mereri dicenda sunt.

Ad prob. R. N. Cons. Etsi enim in morte terminatum fuerit Christi meritum et satisfactio, adeoque jam nec mereatur, nec satisfaciatur; fuit tamen in ejus libertate, merita sua et satisfactiones applicare ad promerendas hominibus gratias. Quin hoc ipso, quod omnis ipsi data sit potestas in cælo ac terra, haud dubie etiam facultas ei data est, applicandi sua merita ad impetrandum, quod vellet, cui vellet, quo modo vellet. Hinc N. *min.* syllogismi alterius.

Ubi etiam observa: Licet apud Theologos non sit extra dubium omne et controversiam, an etiamnum Christus per orationem formalem in cælo impetret? certum tamen est, quod impetret æquivalenter, quatenus orationes ejus ab ipso in mortali vita pro nobis fusæ, omniaque ejus merita perseverant objective in mente Dei, eumque movent ad conferendas nobis gratias, juxta illud ad Rom. 8. 34. *Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Quod etiam repetitur ad Hebr. 7. 25., quæ impetrationem æquivalentem ad minimum evincunt.

Ad 6^{am}. R. D. M. Si actiones sacramentales ponerentur Christi nomine sub omni ratione C. aliter N. Sacramenta ea solum ratione ponuntur sub Christi nomine, quatenus ritus sacri sunt per se ad cultum Dei et confe-

rendam gratiam ordinati; ut Matrimonium, quatenus signum est conjunctionis Christi cum Ecclesia. Dolor autem et confessio ne quidem ponuntur a ministro, sed a suseipiente sacramentum.

ARTICULUS III.

AN ET ANTIQUA SACRAMENTA CAUSARINT GRATIAM EX OPERE OPERATO?

38. *Dico I.* Nec remedium Legis naturæ, nec circumcisio, nec ullum aliud sacramentorum veterum contulit gratiam ex opere operato. Ita communis hodie Theologorum cum Doctore Angelico sententia, contra Antiquiores varios.

Prob. I. Auctoritate S. SCRIPTURÆ. 1º. Ad Gal. 4. 9. ab Apostolo dicuntur infirma et egena elementa, ad efficiendam videlicet sanctitatem internam. *Quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa?* Etsi vero Galatæ essent ex gentilismo conversi; hæc tamen ut plura alia conversos Judæos Galatis mixtos attingent, quos revocare hoc loco conatur a servitute Legis, quam videbantur respicere Judæi, ut ex scopo hujus capitis liquet; unde et v. 21. inquit: *Dicite mihi, quid sub Lege vultis esse.* Ad Hebr. 9. v. 9. negat diserte idem Apostolus, valuisse sacrificia quidquam vetera ad mundandas conscientias, sed totam eorum vim in emundatione carnis hæsisse docet: *Munera et hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem solummodo in cibis et in potibus, et variis baptismatibus et justitiis carnis.* Ac v. 13. *Sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.* Cap. 10. 4. *Impossibile est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata.*

Neque dici potest, Apostolum velle, quod sacramenta Legis veteris infirma et egena elementa sint post Christi adventum et promulgatum Evangelium; nam in specie loquens de circumcissione ad Rom. 3. ait, utilem esse circumcissionem *multum per omnem modum*; quod certo intelligi non potest pro statu Legis evangelicæ, cum post promulgatum Evangelium circumcisio evaserit mortifera. Deinde ad Hebr. 10. v. 1. vocat umbras nostrorum, sive figuras, quod pro Lege evangelica dici non potest.

2º. In specie de circumcissione ad Rom. 3. 4. quærens Apostolus, quæ sit utilitas circumcissionis, respondet: *multum per omnem modum: primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei.* Præcipuum ergo circumcissionis privilegium fuit, quod eloquia Dei, h. e. lex et mandata Judæis concessa fuerint; ergo non conferebat virtute sua, ex opere operato, circumcisio gratiam deletivam peccati; alias, cum hic effectus sit priore illo longe nobilior, hunc, non illum debuisset primum dicere Apostolus. Deinde ad Rom. 4. de industria probat, Abrahamum non in circumcissione, sed præputio justificatum fuisse, atque id factum ideo v. 11. et 12. *Ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam: et sit pater circumcissionis, non iis tantum, qui sunt ex circumcissione, sed et iis, qui sectantur vestigia fidei;* quibus docet, istud Abrahamo non singulare fuisse ut justitiam consequeretur ex fide; sed commune iis omnibus, qui ipsius fidem imitantur, sive circumcisi sint, sive non. Ex quo inferitur, cir-

cumcisionem non fuisse ad justificandum institutam. Demum Gen. 17. 10. ad hoc instituta solum circumcisio refertur, ut esset signum fœderis Deum inter tum Abrahamum ejusque posteros; nempe ut signum esset distinctivum Judaici populi a gentibus cæteris; religionis item et cultus, quo specialiter Hebræorum populus colere tenebatur Deum; ex parte Dei vero in populum hunc singularis amoris ac providentiæ.

Prob. II. Ex Conc. FLOR. in Decr. Eugenii, quo sacramenta nostra multum differre dicuntur ab antiquis: hæc non causasse gratiam, sed præfigurasse; nostra vero et continere gratiam, eamque conferre digne suscipientibus. Pariter per hanc præcise efficientiam gratiæ differre sacramenta nova ab antiquis, non obscure TRIDENT. innuit Sess. 7. Can. 2.; ergo. Quibus adde Patres plerosque sancto AUGUSTINO antiquiores, S. BASILIUM de Spiritu sancto c. 14. n. 32. *Quid igitur confers baptismata, quorum sola communis appellatio; rerum autem tanta differentia, quanta somni a veritate, ac umbræ et imaginum, ab his quæ revera subsistunt.* S. CHRYSOSTOMUM de Baptismo Christi n. 3. (opp. t. 2. p. 370. C.): *Judaica illa quidem expiatio nequaquam a peccatis liberabat, sed a corporeis sordibus tantum; nostra vero talis non est, sed multo major, ac multa gratia referta: nam et liberat a peccatis, et animam emundat, et spiritus gratiam largitur.* S. AUGUSTINUM ipsum in Ps. 73. n. 2. *Sacramenta non eadem, quia alia sunt sacramenta dantia salutem, alia promittentia Salvatorem. Sacramenta novi Testamenti dant salutem, sacramenta veteris Testamenti promiserunt Salvatorem.* Alios require apud SUAREZ in 3^m. part. S. THOMÆ Disput. 10. sect. 3.

Neque dici potest, Concilia tantum velle, differre sacramenta antiqua et nova in solo causandi modo; nova causare gratiam physice, vetera causasse tantum moraliter; nam FLORENTINA Synodus expresse et absolute negat, sacramenta vetera ullam causasse gratiam, cum dicat, quod hanc solum figurarint; at vero causassent moraliter gratiam, non hanc figurassent solum, cum causalitas moralis sit vere et proprie dicta causalitas: quis enim negat passionem Christi esse veram justificationis nostræ et salutis causam?

39. *Obj. I.* Ex SCRIPTURA 1º. Non minus per sacramenta vetera remissa sunt peccata, quam per nostra in Lege nova; nam Lev. cap. 4. 5. 6. peccata dicuntur expiari per sacrificium et orationem sacerdotis.

2º. Deus Gen. 17. 14. omni Hebræo masculo etiam infanti comminatur mortem æternam, nisi circumcissionem recipiat; ait enim: *delebitur anima illa de populo suo; quia pactum meum irritum fecit.* Quam rationem textus S. AUG. L. 16. de Civ. c. 27. explicat de pacto Deum inter et Adamum inito, quod violavit parvulus; ergo de peccato originali ibi sermo est, quod Scripturasupponit per circumcissionem tolli.

3º. Apostolus 1. Cor. 10. v. 3. 4. de antiquis Hebræis ait: *Omnes eandem escam spiritalem manducaverunt; et omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus.* Sed esca illa, et potus spiritalis est Christi gratia, quam in symbolis, seu sacramentis mannae, et aquæ e petra defluentis perceperunt Hebræi.

Ad 1^{um}. R. N. Ant. et prob.; sumendo particulam per pro vera causa efficiente gratiæ juxta dicta num. 30. quæ inde confirmantur, quod sacrificia

rendam gratiam ordinati; ut Matrimonium, quatenus signum est conjunctionis Christi cum Ecclesia. Dolor autem et confessio ne quidem ponuntur a ministro, sed a suseipiente sacramentum.

ARTICULUS III.

AN ET ANTIQUA SACRAMENTA CAUSARINT GRATIAM EX OPERE OPERATO?

38. *Dico I.* Nec remedium Legis naturæ, nec circumcisio, nec ullum aliud sacramentorum veterum contulit gratiam ex opere operato. Ita communis hodie Theologorum cum Doctore Angelico sententia, contra Antiquiores varios.

Prob. I. Auctoritate S. SCRIPTURÆ. 1º. Ad Gal. 4. 9. ab Apostolo dicuntur infirma et egena elementa, ad efficiendam videlicet sanctitatem internam. *Quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa?* Etsi vero Galatæ essent ex gentilismo conversi; hæc tamen ut plura alia conversos Judæos Galatis mixtos attingent, quos revocare hoc loco conatur a servitute Legis, quam videbantur respicere Judæi, ut ex scopo hujus capitis liquet; unde et v. 21. inquit: *Dicite mihi, quid sub Lege vultis esse.* Ad Hebr. 9. v. 9. negat diserte idem Apostolus, valuisse sacrificia quidquam vetera ad mundandas conscientias, sed totam eorum vim in emundatione carnis hæsisse docet: *Munera et hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem solummodo in cibis et in potibus, et variis baptismatibus et justitiis carnis.* Ac v. 13. *Sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.* Cap. 10. 4. *Impossibile est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata.*

Neque dici potest, Apostolum velle, quod sacramenta Legis veteris infirma et egena elementa sint post Christi adventum et promulgatum Evangelium; nam in specie loquens de circumcisio ad Rom. 3. ait, utilem esse circumcisionem *multum per omnem modum*; quod certo intelligi non potest pro statu Legis evangelicæ, cum post promulgatum Evangelium circumcisio evaserit mortifera. Deinde ad Hebr. 10. v. 1. vocat umbras nostrorum, sive figuras, quod pro Lege evangelica dici non potest.

2º. In specie de circumcisio ad Rom. 3. 4. quærens Apostolus, quæ sit utilitas circumcisionis, respondet: *multum per omnem modum: primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei.* Præcipuum ergo circumcisionis privilegium fuit, quod eloquia Dei, h. e. lex et mandata Judæis concessa fuerint; ergo non conferebat virtute sua, ex opere operato, circumcisio gratiam deletivam peccati; alias, cum hic effectus sit priore illo longe nobilior, hunc, non illum debuisset primum dicere Apostolus. Deinde ad Rom. 4. de industria probat, Abrahamum non in circumcisio, sed præputio justificatum fuisse, atque id factum ideo v. 11. et 12. *Ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam: et sit pater circumcisionis, non iis tantum, qui sunt ex circumcisio, sed et iis, qui sectantur vestigia fidei;* quibus docet, istud Abrahamo non singulare fuisse ut justitiam consequeretur ex fide; sed commune iis omnibus, qui ipsius fidem imitantur, sive circumcisi sint, sive non. Ex quo inferitur, cir-

cumcisionem non fuisse ad justificandum institutam. Demum Gen. 17. 10. ad hoc instituta solum circumcisio refertur, ut esset signum fœderis Deum inter tum Abrahamum ejusque posteros; nempe ut signum esset distinctivum Judaici populi a gentibus cæteris; religionis item et cultus, quo specialiter Hebræorum populus colere tenebatur Deum; ex parte Dei vero in populum hunc singularis amoris ac providentiæ.

Prob. II. Ex Conc. FLOR. in Decr. Eugenii, quo sacramenta nostra multum differre dicuntur ab antiquis: hæc non causasse gratiam, sed præfigurasse; nostra vero et continere gratiam, eamque conferre digne suscipientibus. Pariter per hanc præcise efficientiam gratiæ differre sacramenta nova ab antiquis, non obscure TRIDENT. innuit Sess. 7. Can. 2.; ergo. Quibus adde Patres plerosque sancto AUGUSTINO antiquiores, S. BASILIUM de Spiritu sancto c. 14. n. 32. *Quid igitur confers baptismata, quorum sola communis appellatio; rerum autem tanta differentia, quanta somni a veritate, ac umbræ et imaginum, ab his quæ revera subsistunt.* S. CHRYSOSTOMUM de Baptismo Christi n. 3. (opp. t. 2. p. 370. C.): *Judaica illa quidem expiatio nequaquam a peccatis liberabat, sed a corporeis sordibus tantum; nostra vero talis non est, sed multo major, ac multa gratia referta: nam et liberat a peccatis, et animam emundat, et spiritus gratiam largitur.* S. AUGUSTINUM ipsum in Ps. 73. n. 2. *Sacramenta non eadem, quia alia sunt sacramenta dantia salutem, alia promittentia Salvatorem. Sacramenta novi Testamenti dant salutem, sacramenta veteris Testamenti promiserunt Salvatorem.* Alios require apud SUAREZ in 3^m. part. S. THOMÆ Disput. 10. sect. 3.

Neque dici potest, Concilia tantum velle, differre sacramenta antiqua et nova in solo causandi modo; nova causare gratiam physice, vetera causasse tantum moraliter; nam FLORENTINA Synodus expresse et absolute negat, sacramenta vetera ullam causasse gratiam, cum dicat, quod hanc solum figurarint; at vero causassent moraliter gratiam, non hanc figurassent solum, cum causalitas moralis sit vere et proprie dicta causalitas: quis enim negat passionem Christi esse veram justificationis nostræ et salutis causam?

39. *Obj. I.* Ex SCRIPTURA 1º. Non minus per sacramenta vetera remissa sunt peccata, quam per nostra in Lege nova; nam Lev. cap. 4. 5. 6. peccata dicuntur expiari per sacrificium et orationem sacerdotis.

2º. Deus Gen. 17. 14. omni Hebræo masculo etiam infanti comminatur mortem æternam, nisi circumcisionem recipiat; ait enim: *delebitur anima illa de populo suo; quia pactum meum irritum fecit.* Quam rationem textus S. Aug. L. 16. de Civ. c. 27. explicat de pacto Deum inter et Adamum inito, quod violavit parvulus; ergo de peccato originali ibi sermo est, quod Scripturasupponit per circumcisionem tolli.

3º. Apostolus 1. Cor. 10. v. 3. 4. de antiquis Hebræis ait: *Omnes eandem escam spiritalem manducaverunt; et omnes eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus.* Sed esca illa, et potus spiritalis est Christi gratia, quam in symbolis, seu sacramentis mannæ, et aquæ e petra defluentis perceperunt Hebræi.

Ad 1^{um}. R. N. Ant. et prob.; sumendo particulam per pro vera causa efficiente gratiæ juxta dicta num. 30. quæ inde confirmantur, quod sacrificia

ac sacramenta Legis antiquæ destinata fuerint quibusdam certis tantum peccatis expiandis, ut patet ex Levitico : at si vim habuissent expiandi quoad reatum culpæ, pœnæque æternæ, expiassent simul omnia ; certum enim est, unum sine altero remitti non posse, cum gratia sanctificans, per cujus infusionem remittuntur, stare nequeat cum mortali ullo ; ergo tantum sanctitatem externam ac legalem producebant ex opere operato ; ad internam vero acquirendam necessaria contritio perfecta fuit cum fide, cujus utriusque signum et protestatio erant sacrificia, similesque externi ritus, ut notat S. THOMAS 1. 2. q. 103. a. 2. in 6.

Ad 2^{am}. R. 1^o. cum BELLARM., textum loqui de adultis, qui peccabant graviter non observando præceptum circumcisionis graviter obligans, ut sensus sit : masculus Hebræus, qui circumcidi noluerit, aut filium suum circumcidere, peribit de populo suo ob violationem præcepti divini.

R. 2^o. Hæc : *peribit de populo suo*, non mortem æternam, sed separationem a populo Dei, per mortem sive corporalem, sicut hanc Deus intentabat Moysi, ni filium circumcideret ; et sicut dicitur Exod. 12. 15. : *Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel*, h. e. occidetur ; sive civilem, h. e. inter Abrahæ filios non censebitur. S. Aug. id solum asserit, posse etiam de pacto cum Adamo intelligi. Hinc D. Cons. Ergo originale tollebat per circumcisionem ut causam gratiæ peccatum destruentis N. ut conditionem C.

Ad 3^{am}. R. Neque manna, neque aqua e petra profluens sacramenta fuerunt, cum aquam illam et potarint jumenta, et manna manducarint canes ; unde hoc ad rem præsentem impertinens est. Sed nec Apostolus ait, quod Hebræi eandem escam spiritalem manducarint, quam nos ; sed quod manducarint omnes Hebræi inter se. Escam autem spiritalem appellat, et potum spiritalem, non ob vim causandi sanctitatem internam, sed præcipue ob significationem spiritalem ; manna enim de cælo datum, Christum figurabat missum cœlitus, et in Eucharistia præsentem in nostræ nutrimentum animæ ; rupes percussa vero, percussum in cruce lancea Christum, aqua Baptismum.

Nec dicas, Aug. ex illo 1. Cor. 10. Tract. 26. in Joan. n. 12. inferre, sacramenta nostra et Judæorum fuisse diversa quidem in signis, in re autem, quæ significatur, paria ; nam paria solum esse vult *significatione*, cum utraque gratiam significant ; non *virtute* ; idem enim L. 19. contr. Faust. c. 13. nostra ait esse *virtute majora, utilitate meliora*. Quo modo alia S. Patris loca quædam debent intelligi, velut cum in Ps. 77. n. 2. dicat, gratiam communem esse sacramentorum etiam veterum virtutem, nimirum significatione ; vel quod etiam Judæi eandem nobiscum gratiam participarint, at non per eandem sacramentorum virtutem et efficaciam. Quæ responsio ad similia aliorum Patrum loca servire potest.

60. Obj. II. Ab auctoritate. 1^o. INNOC. III. cap. *Majores* de Baptismo, hunc ait successisse circumcisioni, esse tam parvulis, quam adultis conferendum, ne videatur efficiæ minoris, quam circumcisio : *Sicut enim*, inquit S. Pater, *sine distinctione clamabat Lex mosaica ; anima cujus præputii caro circumcisa non fuerit, etc. ; ita nunc indistincte intonat vox Evan-*

gelica : nisi quis renatus fuerit, etc. ; item, remissum esse peccatum originale per circumcisionis mysterium ; ergo.

2^o. S. Aug. variis in locis ipsi etiam circumcisioni vim delendi peccatum originale tribuit : ut L. 4. de Bapt. contra Donatist. c. 24. docet, nos ex circumcissione posse conicere, quid in parvulis valeat Baptismi sacramentum. Ac contra Pelagianos scribens sæpius asserit, circumcisionem necessariam fuisse ad originale delendum.

Ad 1^{am}. R. N. Cons. Ut enim ex initio cit. cap. constat, mens S. Pontificis alia non fuit, quam damnare falsitatem doctrinæ hæreticorum quorundam asserentium, nullum peccatum remitti posse, nisi per actum charitatis ab illo ipso elicito, cui facienda esset remissio ; unde sequebatur, infantes omnes inutiliter baptizari. Contra hos definit INNOCENTIUS, parvulis per baptismum remitti originale sine ullo ab ipsis elicto actu, idemque olim in circumcissione factum ; utrum vero hæc remissio olim ex opere operato facta sit, vel an solum circumcisio fuerit ad hoc conditio ? ab hac quæstione S. P. abstrahit.

Ad 2^{am}. N. Assumpt. Mens S. Aug. ex ejus scopo intelligitur. Donatistæ contendebant, nihil olim profuisse parvulis circumcissionem, neque nunc iisdem prodesse Baptismum, eo quod peccati remissio soli actuali fidei deberet tribui. Pelagiani vero originale negabant omnino : contra priores contendit AUGUSTINUS, circumcissionem profuisse parvulis, etsi fidem elicere non possent, eo quod ipsis Deus originale remitteret, vi scilicet promissionis suæ, qua illud remittere decrevit, posito hoc ritu, ceu signo protestativo fidei in Christum venturum a parentibus, aliisque : contra Pelagianos probat existentiam peccati originalis ex circumcissione remedio : utrumque vere, etsi circumcisio non esset causa gratiæ deletivæ originalis, sed solum se haberet ut conditio, sine qua non vellet Deus originale remittere. Quod vero Aug. circumcisioni vim vere causativam gratiæ non tribuat, liquet ex ejusdem epist. 82. ad Hieron. n. 8. et 9. qua diserte docet, nec circumcissionem, nec alia veteris Legis sacramenta ullum justificare potuisse. Et ex Quæst. 25. in Libr. Numeror., ubi de antiquis sacramentis universim pronuntiat : *Si per se attendantur, nullo pacto possunt mederi, e quibus perspicuis Aug. sententiis aliis minus claris accersenda Inx est.*

61. Obj. III. EX RATIONE. 1^o. Saltem circumcisio dici potest movisse ut conditio Deum ad conferendam gratiam ; ergo adhuc dici potest fuisse causa moralis gratiæ.

2^o. Sicut nunc movetur Deus ad conferendam per sacramenta gratiam ex meritis Christi jam positis, ita movebatur olim ex iisdem ponendis ; ergo sacramenta vetera Deum ad conferendam gratiam modo movebant eodem, quo nostra.

3^o. Sacramenta antiqua erant promissiones, quibus Deus promiserat venturum Christum, et dandam a se gratiam ob ejusdem Christi venturi merita, ut ait S. Aug. in locis variis, et Apostolus ad Hebr. 8. et 11., sacramenta illa *repromissiones* ideo vocans, quod Deus per illa promissionem de Messia mittendo renovavit : atqui promissio causa moralis rei promissæ est ; promittentem enim ad præstandum promissum movet ; ergo.

Ad 1^{am}. R. N. Ant. Duplex datur conditio ; alia est pura, quæ et purus

terminus dicitur, quam respicit volitio faciendi aliquid, quin ab illa moveatur ullo modo. Ita si quis dicat, si sonuerit hora, ambulabo, non movetur ad ambulandum horologii sonitu, sed e. g. sanitate; unde hæc, similesque puræ conditiones sunt, vel puri termini, seque habent in genere morali, velut in genere physico applicatio causæ. Alia est non pura, quæ videlicet simul causæ moralis munere fungitur, ac ratione bonitatis et æstimabilitatis suæ habet movendi virtutem; ut, si quis dicat: si sanitatem consequar, ad locum sacrum peregrinabor: si dominus imperaverit, faciam; hic enim ad ita operandum illinc movet sanitatis bonitas, inde voluntas domini. Circumcisio autem ad summum conditio sine qua non, et primi generis fuit, nullam in se ipsa movendi vim habens.

Ad 2^{um}. R. D. Ant. Ita movebatur olim meritorum Christi præcise intuitu *T.* ex parte et intuitu actionum sacramentalium *N.* Hæ enim non erant actiones moraliter Christi propriæ, vel ipsius Dei, ut ex hactenus dictis constat.

Ad 3^{um}. R. 1^o. N. min. Neque enim promissio præcise causa rei promissæ est, aut promittentem movere debet ad præstandum, quod promisit, cum ad hoc moveri possit, atque etiam, præsertim Deus, moveatur a fidelitate.

R. 2^o. D. M. Erant promissiones conferendæ gratiæ, tanquam signa hujus speculativa; vel erant repromissiones representative tales *C.* tanquam signa illius practica, ac promissiones formales *N.* Sacramenta vetera promissiones divinas de mittendo Messia, ejusque lege et gratia representabant tantum; unde ut earum promissionum signa rememorativa dicebantur promissiones simpliciter, eo fere modo, quo imago Cæsaris dicitur Cæsar, et chirographum a Jurisconsultis appellatur obligatio, etsi obligationis contractæ merum signum sit.

62. *Dico II.* Remedium Legis naturæ non nisi merita conditio erat, qua posita, Deus solus vi promissionis suæ et intuitu meritorum Christi conferbat parvulis gratiam deletivam peccati originalis, citra recipientis et ministrantis meritum, ac proinde ne quidem ex opere operantis hoc remedium parvulis gratiam contulit.

Prob. Imprimis enim non vi operis ab infante elicit, hic enim operis meritorii plane incapax est. Deinde nec vi operis elicit a ministrante, cum is sæpe esse in statu peccati mortalis potuerit, quo casu opus ab eo elicitum præter contritionis actum perfectæ, vel dilectionis Dei super omnia ne quidem fuisset gratiæ meritorium de congruo; sicque perdifficilis fuisset hujus remedii infantibus applicatio. Hinc et est, quod Christus sacramentorum suorum vim a ministri pendere merito, vel probitate noluerit.

Dixi vero: *parvulis*; verosimilius enim videntur adulti non hoc remedio, sed contritione perfecta justificati fuisse. Quod inde colligitur, quia tota ratio, cur remedio illo infantes justificatos dicamus, est, ne illi secus videantur destituti fuisse omni salutis medio; at hæc ratio in adultis cessat, cum hi per actus proprios contritionis perfectæ, vel charitatis se ad obtinendam gratiam possent ipsi disponere.

63. *Dico III.* Etiam circumcisio ad summum conditio fuit, quam Deus poni volebat ad hoc, ut gratiam peccati originalis deletivam ipse parvulis masculis conferret.

Prob. Primario enim instituta fuit, ut esset signum fœderis Deum inter et Abrahamum, ejusque posteritatem, et ad discernendam Abrahæ progeniem, ex qua scilicet nasciturus esset Christus Gen. 17. juxta dicta in Concl. 1^a. Quod et Apostolus confirmat ad Rom. 3., ubi circumcisionem commendaturus, eam profuisse inquit *multum per omnem modum*; sed primum quia credita sunt illis eloquia Dei, juxta pactum scilicet Dei cum Abrahamo. Nec plus de circumcisione tota in Scriptura reperitur. Respectu parvulorum igitur ad summum par fuit conditio, sicut remedium Legis naturæ, ut posito hoc circumcisionis ritu cum signo aliquo protestativo fidei in Deum et venturum Christum, infanti a parentibus aliisve applicato, Deus conferret gratiam remissivam peccati originalis, infallibiliter tamen vi promissionis suæ gratuite, et meritorum Christi intuitu conferendi parvulis gratiam, hoc ritu circumcisionis posito cum aliquo actu protestativo fidei. Et vero tantum saltem deferendum videtur SS. Patribus, AUGUSTINO, et post hunc florentibus BERNARDO, RUPERTO, aliisque apud SUAREZ loc. cit. sect. 2. dum circumcisioni vim justificandi videntur tribuere; nimirum quo modo vulgariter alias conditioni ipsi solemus tribuere effectum, qui causæ suæ proprius est, quando causa in productione effectus alligata est conditioni sine qua non, sive quod causa se huic conditioni alligavit liberaliter et sponte, uti in præsentem Deus, sive alligata sit aliunde. Itaque conciliari possunt Patres AUGUSTINO posteriores cum antiquioribus, qui plerique alium effectum circumcisionis non agnoscunt, quam illum Gen. 17. et ad Rom. 3.

Dixi 1^o. *parvulis*; nam et in Lege scripta adultis necessariam fuisse contritionem, sicut in Lege naturæ, plurimorum est sententia, et spectata S. Scriptura, item auctoritate priorum Ecclesiæ Patrum, JUSTINI Dial. cum Tryphone, n. 23. IRENEI L. 4. c. 16. n. 1. et 2. EPIPHANII hæres. 8. (opp. t. 1. p. 19. C. D.), CHRYSOSTOMI homil. 27. in Genes. (opp. t. 1. p. 258. C. D.), AMBROSII epist. 72. nunc 74. n. 4. (opp. t. 2. part. 1^a. p. 1081.) aliorumque verosimilior.

Dixi 2^o. *parvulis masculis*; lex enim circumcisionis feminas non obligabat; quapropter in Lege scripta contra originalem noxam remedio Legis naturæ fruebantur. *Nam quod genus muliebri circumcisionem accipere non potest, verba sunt JUSTINI loc. cit., id argumento est in signum datam esse, non ut opus justitiæ. Sic enim Deus mulieres fecit, ut quæ justitiam.... spectant, ea pariter ipsæ quoque omnia observare possent.*

ARTICULUS IV.

QUID SIT GRATIA SACRAMENTALIS?

64. *Premitto.* Sacramenta novæ Legis singulis obicem non ponentibus conferre gratiam sanctificantem, constat ex hactenus disputatis, ut proinde illa sit communis quidam effectus sacramentorum. Sicut vero cum gratia sanctificante, quæ confertur ex opere operantis, velut vi contritionis perfectæ infunduntur simul supernaturales virtutum tum theologiarum, tum moralium habitus; ita etiam docente TRB. Sess. 6. c. 7., quando confertur gratia ex opere operato sacramenti, iidem simul infunduntur habitus, quo-

niam, qui dat formam, etiam proprietates ad illam consequentes dat; habitus vero illi se ad gratiam sanctificantem instar proprietatum habent. Gratia tamen cum hisce habitibus non est unicus et omnis sacramentorum effectus; sed quodlibet sacramentum effectum specialem habet, sibi ac tali præcise proprium. Inde hic inquiritur, quis ille singularis effectus sit; an in habitu aliquo distincto consistat, ad eos actus ordinato, ad quos exercendos sacramentum ordinatum est, qui in Baptismo dicatur regenerativus, in Confirmatione roborativus, in Eucharistia nutritivus, ut voluerunt antiquiorum aliqui? Vel an in specialibus, et pro diversitate finis sacramenti diversis auxiliis gratiæ excitantis, ut communiter sentiunt Doctores alii? Ad quam controversiam paucis

65. *Dico I.* Singula sacramenta præter gratiam sanctificantem specialia conferunt auxilia gratiæ, sive gratias excitantes peculiare, diversas pro diversitate finis, ad quem obtinendum singula sacramenta instituta sunt. Ita communis cum Doctore Angelico 3. p. q. 62. a. 2. in 0.

Ac ratio est, quia quodvis sacramentum ad finem peculiarem ordinatur, ut ait TERTUL. L. de Resurrect. carn. c. 8. *Caro abluitur, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur; caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur.* Vel ut rectius EUGEN. IV. in Decr. union. pro Armenis: *Per Baptismum spiritualiter renascimur: per Confirmationem augemur in gratia, et roboramur in fide: renati autem et roborati nutrimur divina Eucharistiæ alimonia,* etc. Vid. init. Ad fines vero hosce varios et adeo distinctos assequendos necessaria quoque est sacramentalis gratia propria et peculiaris; effectus enim sacramenti induit rationem medii ad fixum a Deo sacramenti finem assequendum. Et vero nisi effectus ille diversus, distinctusque esset, non apparet, unde alias differrent sacramenta, nisi solo externo ritu: nec alterum altero esset majoris necessitatis, ac reliqua, præter unum, essent superflua.

66. *Dico II.* Gratia sacramentalis habitualis non differt entitative et intrinsece a non sacramentali; multo minus dicitur habitus speciales a gratia sanctificante communi, et virtutibus cum hac infundi solitis realiter distinctos.

Ratio 1^o. part. est, quia illa non differunt substantialiter ac entitative, quæ ex prædicatis suis intrinsecis non habent vim, vel exigentiam diversam: sed talem vim et exigentiam diversam non habet gratia sacramentalis habitualis; omnis enim gratia sanctificans ex prædicatis suis intrinsecis habet hoc 1^o. ut sit participatio nature divinæ, scilicet ethica; 2^o. destructiva peccati mortalis; 3^o. reddens hominem Deo gratum, filium Dei adoptivum; 4^o. conferens jus ad gloriam; sitque radix omnium virtutum et habituum supernaturalium: sed eadem citra controversiam præstat ex prædicatis suis intrinsecis, exigitque gratia sanctificans sacramentalis; neque plus, ut constabit solutione objectionum.

Ratio 2^o. part. est, quod hic habitus, vel qualitas permanens asseratur sine ulla necessitate. Vel enim foret necessarius ad sanctificandum, vel operandum. Non 1^{um}. id enim præstat gratia sanctificans communis; non

2^{um}. quia non est assignabilis actus ullus supernaturalis in ulla materia, qui non posset produci ab aliquo eorum habituum, qui solent cum gratia sanctificante infundi. Deinde actus a tali habitu elicited non distingueretur specie ab actibus aliarum virtutum infusarum; igitur neque necessaria est causa specie distincta.

67. Gratia igitur sacramentalis a non sacramentali non nisi accidentaliter, extrinsece et denominative differt, estque ipsa gratia habitualis connotans dicta auxilia gratiæ excitantis, ad quæ suo tempore conferenda sacramentum ex institutione divina dat quoddam jus suscipienti, quod sibi conjunctum habet gratia sacramentalis. Sic in Baptismo præter gratiam habituales regenerativam jus actu confertur ad auxilia specialia tempore opportuno conferenda ad servandam divinam legem, cujus quædam professio est Baptismus, tum ad suscipienda digne sacramenta alia, quorum Baptismus janua est. In Confirmatione præter augmentum gratiæ sanctificantis datur jus ad auxilia specialia ad profitendam fortiter et constanter fidem, cujus professio finis est Confirmationis. In Eucharistia speciales dantur gratiæ ad exercendos charitatis actus, quibus anima nutritur spiritualiter; quæ nutritio charitatis est proprius Eucharistiæ finis. In Pœnitentia conferuntur gratiæ ad detestanda efficacius peccata, pro commissis satisfaciendum plenius, vitandaque facilius futura. In Extrema Unctione conferuntur auxilia, quibus roboretur homo ad superandum languorem ex ægritudine corporis oriri solitum, resistendum dæmoni, erigendamque in spem, firmamque fiduciam de divina misericordia. In sacramento Ordinis conceduntur gratiæ ad cujusque Ordinis ministerio rite fungendum. In Matrimonio demum ad vivendum convenienter statui caste, servandam conjugalem fidem, fovendum amorem mutuum, pie ac christiane educandas proles.

Nec aliam differentiam gratiæ sacramentalis a non sacramentali agnoscere videtur Doctor Angelicus, dum 3. p. q. 72. a. 7. ad 3. de Confirmatione ita inquit: *Per hoc sacramentum non confertur aliqua alia gratia, quam per Baptismum, sed quæ prius inerat, augetur.* Et ibid. q. 62. a. 3. in 0. *Gratia sacramentalis addit supra gratiam communiter acceptam quoddam auxilium divinum.* Proinde dum eodem articulo ad 3. ait, gratiam sacramentalem habere se ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus, paritatem in eo posuit, quod, sicut species superaddit aliquid generi, ita et gratia sacramentalis superaddat aliquid gratiæ communiter dictæ; non in hoc, quod sicut species superaddit prædicatum essentielle intrinsecum, sic quoque gratia sacramentalis superaddat vim et exigentiam intrinsecam, quam non habeat gratia habitualis ut sic.

68. *Dices 1^o.* Omnis gratia habitualis ab intrinseco habitus virtutum per se infusus exigit; ergo et simul exigit gratias ad actus virtutum illarum exercendos; ergo, nisi aliunde differre dicantur gratia sacramentalis et non sacramentalis, nulla plane inter utramque erit differentia. Deinde gratia Baptismi e. g. etiam exigit auxilia gratiæ ad constantem professionem fidei, sicut gratia Confirmationis, quia ad observantiam legis Christianæ constans fidei professio præprimis pertinet.

R. D. Ant. Omnis gratia habitualis exigit auxilia ita copiosa, ut gratia

sacramentalis *N.* non ita copiosa *C.* Pariter gratia Baptismi equidem gratias excitantes ad fidei professionem exigit; at non ita speciales et copiosas, quam gratia Confirmationis. Scilicet quævis gratia sanctificans tantum indeterminate quædam auxilia in tempore opportuno exigit; determinatam vero connexionem ad auxilia specialia, copiosa, ac certo conferenda sola sacramentalis gratia habet, idque ab extrinseco tantum, sive institutione Christi et libera voluntate Dei.

69. *Dices* 2°. Gratia sacramenti unius, ut Baptismi, exigit, habetque annexas gratias actuales specie distinctas ab iis, quas habet alterius sacramenti gratia; ergo et gratia sacramentalis differre debet intrinsece ab altera. Item, gratia Baptismi remissiva est omnis culpæ et pœnæ, etiam temporalis; non gratia Pœnitentiæ, quæ stat cum pœna temporalis.

R. D. Ant. Exigit illas gratias ratione sui *N.* ratione sacramenti *C.* Exigit quidem gratia sacramentalis speciales gratias actuales; hæc vero exigentia non est perfectio quædam ipsi entitati gratiæ sacramentalis intrinseca, sed fundatur in sola institutione sacramenti ad hunc specialem effectum a Deo ordinati; gratia enim habitualis secundum se non nisi generatim ac indeterminate confert jus ad gratias actuales; quod igitur gratia sacramentalis exigere dicatur gratias actuales speciales, non a sua entitate habet, sed institutione sacramenti et ordinatione divina; ex qua etiam sola provenit, quod gratia baptismalis qua talis reduplicative (nam quæ talis ac secundum se stare potest cum reatu pœnæ temporalis), etiam reatum pœnæ temporalis tollat; secus ac gratia in Pœnitentiâ, quia videlicet in solo Baptismo ad hunc effectum Christus applicavit sua merita.

70. *Dices* 3°. Characteres sacramentorum entitative distinguuntur; ergo et gratiæ; cum hæc proprii sint sacramentorum effectus, sicut characteres.

R. C. Ant. N. Cons. Disparitas est, quod, etsi characteres sacramentorum effectus sint, ipsi tamen ordinantur ad diversos iterum fines ut suos sibi que proprios; gratiæ autem ordinantur quidem et ipsæ ad effectus diversos, at non ut suos, sed sacramenti.

ARTICULUS V.

QUAM GRATIAM CAUSENT SACRAMENTA NOVE LEGIS? PRÆSERTIM AN SACRAMENTA VIVORUM POSSINT CAUSARE GRATIAM PRIMAM PER ACCIDENS?

71. *Præmitto.* Prima gratia dicitur, quæ ante se nullam aliam in subjecto, cui infunditur, supponit, ut dum peccator justificatur. Gratia secunda dicitur, quæ subjecto in gratia constituto advenit, sicque gratiam præexistentem auget, sic, ut non sint diversæ gratiæ, sed ejusdem gratiæ gradus diversi. Sacramenta mortuorum per se primo et directe instituta esse ad causandam gratiam primam certum est, uti pariter sacramenta vivorum ex prima et directa institutione causare gratiam secundam: priora enim, ut Baptismus et Pœnitentiâ, ad delendum mortale, sicque causandam vitam spiritualem animæ ordinata sunt; quin inde mortuorum dicuntur, quia subjectum per peccatum mortuum, privatumque spirituali vita gratiæ supponunt: poste-

riora vero peccatum jam deletum supponunt, subjectumque jam vivere vita gratiæ spirituali, sed et præterea satis convenit inter Doctores, et ut certum habetur, sacramenta mortuorum posse per accidens gratiam secundam producere, eamque sæpe causare actu, ut, si is, qui ea accipit, jam esset justificationis gratiam consecutus ope contritionis perfectæ, quia omnia sacramenta conferunt suscipientibus gratiam non ponentibus obicem. Hinc igitur

Præcipua et sola controversia de sacramentis vivorum remanet, possintne illa per accidens pariter causare gratiam primam? Variis enim modis evenire potest, ut quis constitutus in peccato mortali recipiat sacramentum vivorum, sed bona fide, ut 1°. si invincibiliter ignoret, se esse in statu peccati mortalis; 2°. etsi quidem peccati gravis conscientiam habeat, sed invincibiliter existimet, se perfecte contritum, rite confessum, debite absolutum, cum non sit; 3°. si mentis infirmitate præventus non possit procurare statum gratiæ, et tamen interea extreme inungatur; 4°. si invincibiliter putet, ad sacramenti perceptionem non requiri dispositionem aliam, quam attritionem. In his igitur casibus quæritur: an, si quis cum sola attritione supernaturali, bona tamen fide suscipit sacramentum vivorum, per hoc obtineat gratiam primam, remissivam peccatorum?

72. *Dico.* Sacramenta vivorum per accidens causare possunt gratiam primam. Ita probabilior, usuque Auctorum longe receptior sententia, quos ex omni classe præcipuos refert, et sequitur SUAREZ; tum divinæ bonitati, hominumque conditioni, pro quibus sacramenta instituta sunt, plurimum consona.

Prob. I. De EXTREMA UNCTIONE, de qua Jac. 5. 15. absolute dicitur: *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Cui concordat hujus sacramenti forma: *Indulgeat tibi Dominus, quidquid e. g. per visum deliquisti;* et TRID. Sess. 14. c. 2. se ad S. Jacobi verba referens, docensque, iis explicari rem, seu effectum hujus sacramenti: *Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cujus unctio delicta, si qua sunt adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.*

Neque dici potest, singula illa intelligi posse 1°. de sola venialium remissione; vel 2°. de mortalium etiam, sed quoad reatum solum residuæ temporalis pœnæ; vel 3°. etiam de remissione mortalium quoad culpam, sed mediate; quatenus scilicet per Extremam Unionem impetrantur actuales gratiæ ad perfectæ contritionis eliciendum actum. Nam 1°. relati textus indefinite loquuntur sine facto discrimine peccata mortalia inter et venialia. 2°. Etsi in Scriptura sacra vox *peccatum* sumatur metonymice pro pœna; per remissionem tamen peccatorum principaliter remissio culpæ intelligitur, ut ex absolute sacramentali patet, et Joan. 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* 3°. Postremum minime subsistit; gratiam enim, quam sacramenta dicuntur conferre, semper ex opere operato, immediate causant; sed hic ipsi sacramento remissio peccatorum tribuitur, nec solum venialium; ergo et gratiam mortalium remissivam per se ipsum producet. Inde et quoad hoc sacramentum cum S. THOMA ita nunc docet sententia communissima.

73. *Prob. II. De EUCCHARISTIA* ex SS. Patribus, juxta quos, apud SUAREZ in

sacramentalis *N.* non ita copiosa *C.* Pariter gratia Baptismi equidem gratias excitantes ad fidei professionem exigit; at non ita speciales et copiosas, quam gratia Confirmationis. Scilicet quævis gratia sanctificans tantum indeterminate quædam auxilia in tempore opportuno exigit; determinatam vero connexionem ad auxilia specialia, copiosa, ac certo conferenda sola sacramentalis gratia habet, idque ab extrinseco tantum, sive institutione Christi et libera voluntate Dei.

69. *Dices* 2°. Gratia sacramenti unius, ut Baptismi, exigit, habetque annexas gratias actuales specie distinctas ab iis, quas habet alterius sacramenti gratia; ergo et gratia sacramentalis differre debet intrinsece ab altera. Item, gratia Baptismi remissiva est omnis culpæ et pœnæ, etiam temporalis; non gratia Pœnitentiæ, quæ stat cum pœna temporalis.

R. D. Ant. Exigit illas gratias ratione sui *N.* ratione sacramenti *C.* Exigit quidem gratia sacramentalis speciales gratias actuales; hæc vero exigentia non est perfectio quædam ipsi entitati gratiæ sacramentalis intrinseca, sed fundatur in sola institutione sacramenti ad hunc specialem effectum a Deo ordinati; gratia enim habitualis secundum se non nisi generatim ac indeterminate confert jus ad gratias actuales; quod igitur gratia sacramentalis exigere dicatur gratias actuales speciales, non a sua entitate habet, sed institutione sacramenti et ordinatione divina; ex qua etiam sola provenit, quod gratia baptismalis qua talis reduplicative (nam quæ talis ac secundum se stare potest cum reatu pœnæ temporalis), etiam reatum pœnæ temporalis tollat; secus ac gratia in Pœnitentiâ, quia videlicet in solo Baptismo ad hunc effectum Christus applicavit sua merita.

70. *Dices* 3°. Characteres sacramentorum entitative distinguuntur; ergo et gratiæ; cum hæc proprii sint sacramentorum effectus, sicut characteres.

R. C. Ant. N. Cons. Disparitas est, quod, etsi characteres sacramentorum effectus sint, ipsi tamen ordinantur ad diversos iterum fines ut suos sibi que proprios; gratiæ autem ordinantur quidem et ipsæ ad effectus diversos, at non ut suos, sed sacramenti.

ARTICULUS V.

QUAM GRATIAM CAUSENT SACRAMENTA NOVE LEGIS? PRÆSERTIM AN SACRAMENTA VIVORUM POSSINT CAUSARE GRATIAM PRIMAM PER ACCIDENS?

71. *Præmitto.* Prima gratia dicitur, quæ ante se nullam aliam in subjecto, cui infunditur, supponit, ut dum peccator justificatur. Gratia secunda dicitur, quæ subjecto in gratia constituto advenit, sicque gratiam præexistentem auget, sic, ut non sint diversæ gratiæ, sed ejusdem gratiæ gradus diversi. Sacramenta mortuorum per se primo et directe instituta esse ad causandam gratiam primam certum est, uti pariter sacramenta vivorum ex prima et directa institutione causare gratiam secundam: priora enim, ut Baptismus et Pœnitentiâ, ad delendum mortale, sicque causandam vitam spiritualem animæ ordinata sunt; quin inde mortuorum dicuntur, quia subjectum per peccatum mortuum, privatumque spirituali vita gratiæ supponunt: poste-

riora vero peccatum jam deletum supponunt, subjectumque jam vivere vita gratiæ spirituali, sed et præterea satis convenit inter Doctores, et ut certum habetur, sacramenta mortuorum posse per accidens gratiam secundam producere, eamque sæpe causare actu, ut, si is, qui ea accipit, jam esset justificationis gratiam consecutus ope contritionis perfectæ, quia omnia sacramenta conferunt suscipientibus gratiam non ponentibus obicem. Hinc igitur

Præcipua et sola controversia de sacramentis vivorum remanet, possintne illa per accidens pariter causare gratiam primam? Variis enim modis evenire potest, ut quis constitutus in peccato mortali recipiat sacramentum vivorum, sed bona fide, ut 1°. si invincibiliter ignoret, se esse in statu peccati mortalis; 2°. etsi quidem peccati gravis conscientiam habeat, sed invincibiliter existimet, se perfecte contritum, rite confessum, debite absolutum, cum non sit; 3°. si mentis infirmitate præventus non possit procurare statum gratiæ, et tamen interea extreme inungatur; 4°. si invincibiliter putet, ad sacramenti perceptionem non requiri dispositionem aliam, quam attritionem. In his igitur casibus quæritur: an, si quis cum sola attritione supernaturali, bona tamen fide suscipit sacramentum vivorum, per hoc obtineat gratiam primam, remissivam peccatorum?

72. *Dico.* Sacramenta vivorum per accidens causare possunt gratiam primam. Ita probabilior, usuque Auctorum longe receptior sententia, quos ex omni classe præcipuos refert, et sequitur SUAREZ; tum divinæ bonitati, hominumque conditioni, pro quibus sacramenta instituta sunt, plurimum consona.

Prob. I. De EXTREMA UNCTIONE, de qua Jac. 5. 15. absolute dicitur: *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Cui concordat hujus sacramenti forma: *Indulgeat tibi Dominus, quidquid e. g. per visum deliquisti;* et TRID. Sess. 14. c. 2. se ad S. Jacobi verba referens, docensque, iis explicari rem, seu effectum hujus sacramenti: *Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cujus unctio delicta, si qua sunt adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.*

Neque dici potest, singula illa intelligi posse 1°. de sola venialium remissione; vel 2°. de mortalium etiam, sed quoad reatum solum residuæ temporalis pœnæ; vel 3°. etiam de remissione mortalium quoad culpam, sed mediate; quatenus scilicet per Extremam Unionem impetrantur actuales gratiæ ad perfectæ contritionis eliciendum actum. Nam 1°. relati textus indefinite loquuntur sine facto discrimine peccata mortalia inter et venialia. 2°. Etsi in Scriptura sacra vox *peccatum* sumatur metonymice pro pœna; per remissionem tamen peccatorum principaliter remissio culpæ intelligitur, ut ex absolute sacramentali patet, et Joan. 20. *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.* 3°. Postremum minime subsistit; gratiam enim, quam sacramenta dicuntur conferre, semper ex opere operato, immediate causant; sed hic ipsi sacramento remissio peccatorum tribuitur, nec solum venialium; ergo et gratiam mortalium remissivam per se ipsum producet. Inde et quoad hoc sacramentum cum S. THOMA ita nunc docet sententia communissima.

73. *Prob. II. De EUCCHARISTIA* ex SS. Patribus, juxta quos, apud SUAREZ in

3^{am}. p. disp. 63. sect. 1^a. Eucharistia simpliciter dicitur tollere peccata, sanare vulnera, abluere, extinguere peccata, sorditiem, itaque pronuntiant sine distinctione, ut S. DAMASCEN. L. 4. de Orthod. fid. c. 13. ait (opp. t. 2. p. 272. B. edit. Venet.): *Corpus et sanguis Christi est (Eucharistia), in nostri, tum animi, tum corporis vegetationem cedens,.... in substantiam nostram et conservationem, omnigenæ labis propulsationem, omnisque spurcitiei deterisionem.* S. JUSTINUS Resp. 44. ad Orthod. *Quem enim vidit Propheta carbonem labiis suis non puris admotum ad expurgationem iniquitatum et peccatorum, is indicium habebat Dominicæ carnis, quæ conscientias comedentium expurgat ab omni iniquitate. Corpus Domini in hoc sacramento habet vim, ut omnem immunditiam et spurcitiam tollat.* Similia habent alii. Sed juxta Patres dici nequit, quod hunc effectum Eucharistia præstet per se; ergo saltem per accidens. Doctor Angelicus vero ipsum hunc casum controversum nobiscum resolvit q. 79. a. 3. in 0. *Potest hoc sacramentum operari remissionem peccati.... perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cujus conscientiam et affectum non habet; forte enim primo non fuit sufficienter contritus, sed devote, et reverenter accedens consequetur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, et remissionem peccati.* Imo in 4. dist. 9. q. 1. a. 3. *Talis, inquit, non peccat, imo magis ea vi sacramenti remissionem consequitur.*

Neque dici potest, S. THOMAM velle solum, quod ita recipienti sacramentum conferantur gratiæ auxiliantes, quibuscum talis contritionem perfectam concipiat, quæ deinde justificet; nam 1^o. latum discrimen est inter gratias auxiliantes, et gratiam charitatis, quæ ipsa est gratia sanctificans; 2^o. gratiæ auxiliatrices nequeunt efficere, ut attritio fiat contritio; 3^o. si Eucharistia ipsa hoc casu non præstet gratiam remissivam peccati, quo fundamento dicetur, quod ex opere operato has gratias actuales causet, si subjectum non sit rite dispositum? Eandem responsionem adhibe, si similis exceptio apud alios Patres fiat. 4^o. In altero loco diserte ait: *ex vi sacramenti.*

74. Prob. III. De CONFIRMATIONE idem rursus diserte S. THOMAS enuntiat 3. p. q. 72. a. 7. ad 2. *Si aliquis adultus in peccato existens, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non fictus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento consequetur remissionem peccatorum.* Aliorum vero Patrum de Confirmatione, Ordine et Matrimonio non tanta habentur testimonia, sed ex allatis hactenus cum sit par ratio, et ad hæc sacramenta vivorum deducitur argumentum; et præterea generaliter

75. Prob. IV. Ratione theolog. Juxta TRIDENT. Sess. 7. Can. 6. omnia sacramenta novæ Legis conferunt infallibiliter gratiam non ponentibus obicem: atqui peccator cum ignorantia invincibili peccati sui, bona fide, et attritione generali de omnibus peccatis suis ad sacramenta vivorum accedens non ponit gratiæ obicem; non enim 1^o. ponit obicem ratione peccati actualis, quia accedit bona fide; non 2^o. ratione peccati habitualis, quia peccatum habituale invincibiliter ignoratum, et generali attritione retractatum non est obex gratiæ; sicut juxta communissimam hodie sententiam non est gra-

tiæ obex in Extrema Unctione; et probatum ante, non esse in Eucharistia.

76. Obj. I. Ab auctoritate 1^o. negative, Effectus sacramentorum probari debent vel ex Scripturis, vel ex Conciliis, vel ex Patribus: atqui ex his non probatur hæc vis sacramentorum vivorum; ergo.

2^o. Juxta TRIDENT. sacramenta causant gratiam, quam significant; sed sacramenta vivorum gratiam primam non significant. Deinde Conc. idem Sess. 13. c. 2. etsi eo loco Eucharistiam extollat, hoc solum de ea docet, quod sit *antidotum, qua liberemur a culpis quotidianis, et a peccatis mortalibus præservemur*; ergo per hoc solum a mortalibus præservamur, non liberamur; vel cur alias de hoc tam nobili effectu penitus siluisset Concilium?

3^o. Conc. FLORENT. in Decr., item TRIDENT. cit. ac Catechismus Roman. §. 40. dum Eucharistiæ effectus describunt, eam alimonie spirituali comparant: sed cibus mortuis nihil prodest, etiam per accidens. *Quemadmodum, inquit Catechismus laudatus, mortuis corporibus alimentum naturale nihil prodest, ita constare, quod etiam animæ, quæ non est in statu gratiæ, pro sint sacra Mysteria.*

4^o. SS. Patres ad sacramentum Eucharistiæ cum fructu percipiendum simpliciter exigunt statum gratiæ. Sic S. AMBROSIVS L. 6. in Luc. c. 9. n. 70. simpliciter pronuntiat: *Nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus, et illi, qui vocantur ad cœnam, prius vocando sanantur.* S. GREGOR. L. 2. in 1. Reg. c. 1. n. 14. *Salutis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ, qui ea, quibus se repleverant, flagitia portant in mente.* S. THOMAS 3. p. q. 79. a. 3. ad 3. ait, gratiam sanctificantem non dari peccatori in hoc sacramento, sed is, de quo disputatio movetur, est peccator; ergo.

Ad 1^{am}. R. D. M. Effectus ii debent probari evidenter, vel certo N. secus plurimæ, nobilissimæque controversiæ exspirassent pridem, quæ in utramque partem disputantur, utraque parte ex iis fontibus theologicis solum eruente argumenta probabilia: saltem vere probabiliter C. Dum assertio theologica ponitur ut certa, haud dubie indubitata adesse debet Scripturæ, vel Conciliorum, vel Patrum auctoritas; aliud est, si solum ponatur ut probabilis, vel probabilior, uti in præsentia accidit; tunc enim auctoritas vel probabiliter, vel affirmans sufficit; hanc vero stare pro nostra probabilis sententia contendimus. Etsi vero Scriptura virtutis remittendi mortalia non ita expresse in singulis sacramentis vivorum meminerit; non tamen etiam negat; proinde quo intelligenda modo sit Christi institutio, ex Patribus oportet intelligere.

Ad 2^{am}. R. D. min. Sacramenta vivorum gratiam primam non significant per se et principaliter C. Non secundo, et per accidens N. Ita argumentum hoc iisdem fere terminis solvit Doctor Angelicus, de Extrema Unctione loquens in Supplem. q. 30. a. 1. in 0. *Quodlibet sacramentum est institutum principaliter ad unum effectum, quamvis etiam alios, ex consequenti, inducere possit; et quia sacramentum efficit, quod figurat, ideo ex ipsa significatione sacramenti debet accipi ejus principalis effectus. Adhibetur autem hoc*

sacramentum secundum modum cujusdam medicationis... Unde principaliter hoc sacramentum est institutum ad sanandam infirmitatem peccati... Sicut autem corporalis medicatio præsupponit vitam in medicato, ita spiritualis medicatio; et ideo hoc sacramentum non datur contra defectus, quibus spiritualis vita tollitur, scilicet contra peccatum originale vel mortale; sed contra illos quibus homo spiritualiter infirmatur... et contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti, si invenit peccatum aliquod (vel mortale, vel veniale) quoad culpam tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucharistia et Confirmatione supra dictum est; et ideo etiam Jacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens: si in peccatis sit, remittentur ei. Ubi S. THOM. effectum, quem nos secundarium, per accidens talem dicimus, nuncupat ex consequenti.

Ad 2^{um}. ex TRIDENT. R. N. Cons. Quod vero Concilium hoc loco non meminerit hujus secundarii Eucharistiæ effectus, ratio est, quod, ut legenti patet, finis ejus esset, Sess. 13. instruere fideles per quinque capita de hujus sacramenti dignitate; tum cap. 7. et 8. de debita ad illud recipiendum dispositione; ne quis videlicet iudicium sibi manducet, et bibat; igitur de Eucharistiæ effectu, quem per se causat et primario, loquitur, non de effectu ejus per accidens, quem producit in illo, qui cum bona fide, cum ignorantia peccati invincibili illam recipit. Nec tamen omnino de hoc secundario Eucharistiæ effectu S. Synodus siluit; sed satis hunc indicavit Sess. 7. can. 6., de omnibus sacramentis in genere definiens, ea conferre gratiam omnibus obicem non ponentibus.

Ad 3^{um}. R. D. min. Cibus corporeus, materialis nihil prodest mortuis etiam per accidens C. cibus spiritualis N. Cibus materialis in se vitalis non est, et convertitur in substantiam aliti; unde hoc vivens necessario supponit; at cibus spiritualis Eucharisticus vitalis est, fontem vitæ continens, nec convertitur in substantiam aliti, sed contra convertit alitum in se, proinde hoc vivificare potest, Joan. 6. 58. Qui manducat me, vivet propter me. et 59. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Deinde in spiritualiter mortuo vitæ spiritualis semina et quedam initia remanent fides, spes, attritio; igitur sic accedentem Eucharistia vivificare potest; secus est de mortuo corporaliter; in quo nulla remanent vitæ animalis semina. Catechismus Roman. de effectu Eucharistiæ per se ex institutione primaria loquitur, vel dispositione per se requisita.

Ad 4^{um}. R. Explico cum distinctione. Requiritur simpliciter statum gratiæ vel verum, vel existimatum C. necessario verum subd. spectata sacramenti institutione ac vi per se, et primaria C. per accidens, et secundaria N. Cum enim SS. Patres per ipsam Eucharistiæ simpliciter pronuntiant, peccata non facto discrimine remitti, satis declarant, posse per accidens bonam fidem cum attritione conjunctam sufficere. In specie

Ad S. THOMAM R., eum ista loqui de Eucharistiæ effectu per se, quem in homine justo causat, evidens est ex corpore hujus Articuli relato supra num. 74. et Articuli titulo: *Utrum effectus hujus sacramenti sit remissio peccati mortalis?* conjuncto cum Corpore.

77. Obj. II. Ex Ratione. 1^o. Sequeretur ex hac sententia, quod, qui origi-

nale et personale simul habet, si ad Eucharistiæ accederet sola cum attritione et ignorantia invincibili obligationis Baptismi suscipiendi, obtineret justificationis gratiam: sed hoc sustineri non potest.

2^o. Scriptura, Concilia, ac Patres ante Eucharistiæ perceptionem confessionem ipsam, quantum possunt, præcipiunt: atqui sola hujus ratio est, ne peccator ob contritionis incertitudinem Eucharistiæ privetur fructu; ergo.

3^o. Qui cum peccato, sed sine attritione accedit ad sacramenta mortuorum, etsi bona fide et cum ignorantia peccati sui invincibili, justificationis gratiam non consequitur; ergo et accedens similiter ad sacramenta vivorum cum peccato invincibiliter ignorato, sed sine contritione, licet cum attritione, non consequitur sacramenti gratiam. Prob. Cons. Ideo primum; quia attritio est per se requisita ad percipiendum fructum sacramenti mortuorum: atqui etiam contritio per se requiritur ad sacramenta vivorum percipiendam cum fructu.

4^o. Sacramenta vivorum in subjecto vitam spiritualem essentialiter supponunt, quia ad hanc roborandam, fovendam et nutriendam instituta sunt; ergo nec per accidens illam vel significare, vel causare possunt.

Ad 1^{um}. R. N. M. Cum enim Baptismus ex institutione sua sit sacramentorum cæterorum janua, ut ex ordinatione divina, nobis perpetua Ecclesiæ traditione et praxi intimata, ad nullum aliud, sine Baptismo prævio, suscipiendum homo capax sit, patet, etiam nullum aliud posse sine Baptismo fructuose percipi.

Ad 2^{um}. R. N. min. Et vero alias etiam confessio ante alia sacramenta vivorum præcepta esse deberet. Sed sola hujus præcepti ratio Eucharistiæ dignitas est; unde et fit, ut, etsi aliunde quis etiam revelatione certus esset de contritione perfecta a se elicitæ, ex Ecclesiæ præcepto ante Eucharistiæ receptionem confiteri deberet peccata gravia nondum subjecta clavibus.

Ad 3^{um}. R. C. Ant. N. Cons. Ad prob. D. M. Quia attritio est per se tantum requisita ad sacramentum mortuorum necessitate præcepti N. necessitate sacramenti C. Sic D. min. Contritio est requisita ad sacramentum vivorum necessitate sacramenti N. præcepti tantum C. Et hæc ipsa disparitas est. Necessarium vero necessitate sacramenti illud est, quo etiam inculpabiliter omisso ne quidem valide recipitur sacramentum; sicque se habet respectu sacramenti mortuorum attritio supernaturalis, vel contritio. Necessitate præcepti e contra necessarium est, quo inculpabiliter omisso potest quis validum recipere sacramentum; hinc quia contritio ad receptionem sacramenti vivorum necessaria tantum necessitate præcepti est, potest illa inculpabiliter omissa obtineri gratia, modo ponatur attritio supernaturalis, qua peccatum retractatur. Quod autem contritio ad sacramenti vivorum perceptionem necessaria tantum necessitate præcepti sit, patet consensu omnium; et vero certum est, SS. Eucharistiæ, Confirmationem, Ordinem et Matrimonium posse recipi valide ab existentibus in peccato. Si vero deesset utraque contritio et attritio, non obtineretur gratia; quod in hac providentia, juxta dicta Tract. de Pœnit., nullum remittatur peccatum grave sine aliqua pœnitentia et retractatione; peccata vero pariter in hac providentia non nisi per gratiam remittuntur.

Ad 4^{um}. R. D. Ant. Hanc supponunt; item, sunt instituta ad illam robo-

randam, fovendam, etc., per se, et ex institutione sua primaria C. ex institutione secundaria N. Responsio ex hucusque dictis patet.

Si porro reptiles: sed obex sacramenti vivorum est peccatum mortale: at hoc non tollitur attritione, quæ æstimata est contritio.

R. D. Est obex spectata illius institutione per se, et primaria C. secundaria *subd.* peccatum grave cognitum, nec debite retractatum C. invincibiliter ignoratum, et attritione supernaturali retractatum N. Tunc enim sacramentum vivorum vi institutionis suæ secundariæ contritum, ut dicitur, ex attrito facit.

ARTICULUS VI.

QUANTAM GRATIAM NOVE LEGIS SACRAMENTA CAUSANT? AN ÆQUEM ÆQUALITER, INÆQUEM INÆQUALITER DISPOSITIS?

78. Triplex moveri quæstio potest: 1º. An sacramenta inter se diversa specie, uti inæqualis dignitatis sunt, ita inæqualem conferant gratiam? At incertum id plane est, cum a libera Dei voluntate id pendeat, et Christi, quantum sua merita applicare huic, illive sacramento voluerit, de qua nihil in Scripturis, Conciliis vel Patribus expressum. 2º. An ob ministrorum diversitatem saltem detur diversa gratia, major vel minor, quo major vel minor fuerit ministri dignitas, etsi nulla sit inter eos, qui suscipiunt, diversitas? Sed cum Christus gratiam sacramentalem simpliciter pendere non voluerit a ministri bonitate vel probitate, ut dicitur Dissert. sequenti, etiam sequitur per se ad majorem sacramentalem gratiam conferendam nihil efficere majorem dignitatem ministri unius præ alio; 3º. tandem, quæque sola hic locum habet; an sacramenta ejusdem speciei, ut duo Baptismi, conferant diversam gratiam, h. e. plures, paucioresve ejusdem gratiæ sacramentalis gradus, si in suscipientibus sit dispositio dispar, in uno major, in altero minor?

79. *Dico I.* Sacramenta ejusdem speciei conferunt ex opere operato æqualem gratiam æqualiter dispositis; inæqualem dispositis inæqualiter. Ita communis sententia et doctrina cum S. THOMA 3. p. q. 69. a. 8. in 9.

Prob. I. Ex TRIDENT. Sess. 6. c. 7., ubi, cum recensisset justificationis nostræ causas, subdit: *Justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem, et cooperationem; ergo justitia, quæ confertur in Baptismo (par autem ratio est de sacramentis aliis) datur secundum propriam cujusque dispositionem; ac proinde magis disposito major justitia, sive gratia, æqualis vero æqualiter dispositis.*

Nec dici potest, TRIDENTINUM eo loco non agere amplius de sacramentali, sed extrasacramentali gratia; nam hoc nec verisimile, quia sine fundamento ullo ita excipitur; nec credibile est, cum aliud plane exigat dictorum series; cum enim ante de industria explicet causas omnes justificationis extrinsecas, interque eas recenseat Baptismum ceu instrumentum; inde immediate subjungat formalem intrinsecam, utpote causarum extrinsecarum effectum, scilicet ipsam justitiam, sive gratiam, eamque a nobis

recipi dicat secundum propriam dispositionem, de nulla præterea gratia alia sit locutum ante, nec per hanc gratiam intelligi potest alia, quam sacramentalis.

Prob. II. RATIONE. Sacramenta causant gratiam ad modum causarum naturalium, quæ vocantur necessariae; sed causæ naturales et necessariae in subjectis æqualiter dispositis effectum producant æqualem; inæqualem vero in dispositis inæqualiter, ut patet in igne applicato ligno sicco et humido; ergo. *Maj.* ex Doctore Angelico habetur hic q. 69. a. 8. in 9., ubi inquit de Baptismo: *Quidam cum majori, quidam cum minori devotione ad Baptismum accedunt; et ideo quidam plus, quidam minus de gratia novitatis accipiunt, sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus et appropinquat, licet ignis, quantum est de se, æqualiter ad omnes suum calorem effundat.*

80. *Dico II.* Dispositio illa, cui sacramentalem gratiam commensurat Deus, maxime actualis est, sita in actibus charitatis, spei, pœnitentiæ, etc., quibus se homo ad recipiendum devotius sacramentum seponit.

Prob. Quia TRIDENT. ante cit. tradit, gratiam dari secundum cujusque dispositionem et cooperationem; unde videtur confici, actus ejusmodi debere in ipsam receptionem sacramenti moraliter influere, h. e. non moraliter ab ea esse sejunctos.

Dixi maxime actualis; utrum enim, ut cum SUAREZ autumant alii quidam, gratia sacramenti juxta dispositionem hominis habitualemente conferatur, ab ea quæstione dependet; an gratia sanctificans magis intensa augeat dignitatem operis meritorii? quod negat communior. Et sequeretur aliàs augmentum incredibile gratiæ, si justus habens gratiæ gradus mille, perquam tepide licet, Eucharistiam reciperet. Proin nec major gratia videtur ita influere in usum sacramenti ad capiendum majorem fructum ex opere operato. At quidquid de hoc sit, id saltem videtur concedi posse, quod sacramentum mortuorum receptum a justo, sicque jam antecederet vivo majorem conferat ex opere operato gratiam, quam a peccatore, vel mortuo, eo quod ipsa habitualis gratia talem dispositionem dignificet.

81. *Dices 1º.* Juxta TRID. cit. gratia datur secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult; ergo datur uni mensura gratiæ major pro libera voluntate Dei.

R. N. *Cons.* Illa enim, prout vult, accipi debent de divina voluntate antecedente, qua Deus libere pro mensura dispositionis cujuslibet fixit, et statuit certam gratiæ mensuram, sicut cuilibet operi meritorio certum decrevit præmium et gradum gloriæ; aliàs Concilium eodem textu vel contradiceret sibi, vel frustra addidisset: *Et secundum cujusvis dispositionem et cooperationem.*

82. *Dices 2º.* Major illa gratia, quæ datur magis disposito, provenit ex hujus dispositione; ergo non ex vi sacramenti.

R. D. *Ant.* Provenit ex dispositione, ceu conditione sine qua non C. tanquam a causa efficiente *subd.* gratia sacramentalis N. alia extrasacramentalis, dispositioni respondens ceu operi operantis C. Homo dispositus duplex obtinet augmentum gratiæ; unum ex opere operato, quod ob dispositionem

ceu conditionem unice TRIDENT. in sacramentum tanquam causam instrumentalem refert: alterum ex opere operantis respondens illis actibus religiosi, qui seipsis simul vim merendi habent.

83. *Dices 3º.* Deus homines æquales prædestinat in inæqualem gloriam; ergo etiam æqualiter dispositis dat inæqualem gratiam.

R. *Tr. Ant. N. Cons.* Adultos, quos ad gloriam inæqualem prædestinat, prædestinat ante ad dispositionem inæqualem, majorem et majora merita, per majora media, conferendo gratias actuales, per quas gratiam sanctificantem sibi majorem comparant. Parvulos vero ante usum rationis decedentes, supposito quod baptizentur, ad gloriam inæqualem non prædestinat.

Si contra posterius de parvulis dicas: Hi occupabunt sedes angelorum rebellium, quarum multæ sunt inæquales; ergo et parvuli habebunt inæqualem gloriam, etsi dispositionem æqualem non habeant.

R. *D. M.* Occupabunt illas sedes quoad substantiam *C.* quoad sublimitatis diversitatem *N.*

84. *Dices 4º.* Sacramenta habent vim causandi ex meritis Christi, quæ æqualis valoris sunt: item, eam solum conferunt gratiam, quam significant: sed eandem significant gratiam; ergo nihil huc facit dispositionis inæqualitas.

Ad 1º. R. *N. Cons.* Potuisset haud dubie Christus ita sacramentis sua applicare merita, ut omnibus digne solum accedentibus conferrent gratiam æqualem; at aliter ipsi visum est, ut ex TRID. et rationibus Concl. discimus.

Ad 2º. R. *D. min.* Eandem significant gratiam indivisibilem *N.* divisibilem, sive intensionis capacem *C.* Hinc et quia signa practica sunt, magis intensam respectu magis dispositorum significant, et causant gratiam.

85. *Dices 5º.* Sacramenta conferunt æqualiter dispositis gratias actuales et inæquales; ergo et gratiam sanctificantem inæqualem.

R. *Tr. Ant. N. Cons.* Pro gratiis actualibus inæqualibus non habetur æque solidum fundamentum; 1º. enim TRID. cit. de sola gratia habituali loquitur. 2º. Gratia actuales non statim conferuntur, sed in tempore opportuno, ac sub conditione, nisi interea temporis perdat gratia sanctificans, quacum jus ad gratias illas actuales connexum est; aut nisi aliter interea iis indignus a Deo judicetur. At gratia sacramentalis habitualis semper absolute respectu ad capacitatem subjecti commensuratur.

ARTICULUS VII.

AN SACRAMENTA FICTE SUSCEPTA SUBLATO OBICE REVIVISCANT, GRATIAMQUE, ET QUAM PRODUCANT?

86. *Præmitto I.* Obex alius sacramenti, alius gratiæ dici potest. Obex sacramenti est, quando ipsi sacramento deest aliquod ex constitutivis essentialibus, ut vel materia, vel forma; vel ex aliis necessario requisitis, ut

debita intentio, sive ex parte ministri, sive subjecti. De hoc obice hic nulla est quæstio, quia ipsum sacramentum reddit simpliciter nullum et invalidum; quod vero nunquam fuit, vel vixit, reviviscere non potest. Obex gratiæ est, quando sacramentum ipsum quidem habetur verum ac validum, quin tamen recipienti conferat gratiam, ex defectu requisitæ in eodem dispositionis. Obex hic fictio dicitur. Quo nomine proinde non intelligitur simulatio interna, vel simulata recipiendi sacramenti intentio; quia, ut dictum, sic esset ipsius obex sacramenti. Quoties igitur sacramentum valide quidem, sed infructuose suscipitur, cum fictione, vel fecte dicitur suscipi; eo quod suscipiens quasi fingat se esse ad sacramenti fructum dispositum, cum non sit. Sacramentum hoc modo susceptum nuncupatur validum et informe; sicut e contra formatum, quando simul percipitur sacramenti fructus.

Præmitto II. Fictio illa est vel culpabilis, vel inculpabilis; prior etiam materialis, seu negativa; altera formalis, seu privativa dicitur. Si is, qui sacramentum suscipit, sciens volensque ponat, vel non removeat impedimentum gratiæ; ut, quia cum peccati mortalis nondum expiati conscientia sacramentum recipit, erit formalis fictio, sacrilegii malitiam continens; secus materialis tantum, si cum peccato invincibiliter ignorato, nec retractato, aut inculpabiliter ignorans, se non esse debite dispositum. Unde et obex gratiæ in adultis duplex esse potest: 1º. *materialis* et negativus, si per ignorantiam invincibilem omittitur dispositio debita ad perceptionem gratiæ; 2º. *formalis* et privativus, quando illa dispositio voluntarie omittitur, sive quod quis conscius peccati gravis ante commissi, quin illud expiet, accedat; vel in susceptione ipsa peccet, ut si accedat e. g. cum consensu in cogitationem malam. Quod postremum alii specialiter obicem positivum appellant.

Quæritur jam, utrum sacramenta valide, sed fecte suscepta maneat infructuosa perpetuo? Vel an gratiam, quam ex defectu dispositionis conferre non poterant, quando suscipiebantur, saltem producant postea, quando tollitur obex, poniturque dispositio debita, e. g. retractatio peccati, quæ in Baptismo ab adulto peccatore fuerat omissa? Quod est reviviscere sacramentum.

87. *Dico I.* Sacramentum Baptismi cum fictione sive materiali, sive formali susceptum, remoto per subsequentem dispositionem obice, reviviscit, gratiamque confert ex opere operato. Est communissima Theologorum sententia post S. AUG. tempora, præter SCOTUM, VASQUEZ, paucosque alios.

Prob. I. AUCTORITATE D. AUG. L. 1. de Bapt. contra Donatist. c. 11. et seqq. Cum enim Donatistæ graviter ferrent, se dici hæreticos, eos tamen, qui a Donati parte transibant ad Catholicos, ab his non cernerent rebaptizari, hoc contra S. Aug. utebantur dilemmate: vel Baptismus nobis collatus confert Spiritum sanctum et gratiam, vel non. Si confert; ergo habemus veram Ecclesiam, quia in sola vera Ecclesia confertur gratia, datur Spiritus sanctus, et fit remissio peccatorum. Si non conferat; ergo non habemus verum Baptismum, ac proinde a nobis recedentes ad vos deberent rebaptizari, quod tamen non fit. Sed respondet S. Aug., inanem hanc objectionem esse, idque probat exemplo hominis adultj, qui Baptismum in

ceu conditionem unice TRIDENT. in sacramentum tanquam causam instrumentalem refert: alterum ex opere operantis respondens illis actibus religiosi, qui seipsis simul vim merendi habent.

83. *Dices 3^o.* Deus homines æquales prædestinat in inæqualem gloriam; ergo etiam æqualiter dispositis dat inæqualem gratiam.

R. Tr. Ant. N. Cons. Adultos, quos ad gloriam inæqualem prædestinat, prædestinat ante ad dispositionem inæqualem, majorem et majora merita, per majora media, conferendo gratias actuales, per quas gratiam sanctificantem sibi majorem comparant. Parvulos vero ante usum rationis decedentes, supposito quod baptizentur, ad gloriam inæqualem non prædestinat.

Si contra posterius de parvulis dicas: Hi occupabunt sedes angelorum rebellium, quarum multæ sunt inæquales; ergo et parvuli habebunt inæqualem gloriam, etsi dispositionem æqualem non habeant.

R. D. M. Occupabunt illas sedes quoad substantiam *C.* quoad sublimitatis diversitatem *N.*

84. *Dices 4^o.* Sacramenta habent vim causandi ex meritis Christi, quæ æqualis valoris sunt: item, eam solum conferunt gratiam, quam significant: sed eandem significant gratiam; ergo nihil huc facit dispositionis inæqualitas.

Ad 1^{um}. *R. N. Cons.* Potuisset haud dubie Christus ita sacramentis sua applicare merita, ut omnibus digne solum accedentibus conferrent gratiam æqualem; at aliter ipsi visum est, ut ex TRID. et rationibus Concl. discimus.

Ad 2^{um}. *R. D. min.* Eandem significant gratiam indivisibilem *N.* divisibilem, sive intensionis capacem *C.* Hinc et quia signa practica sunt, magis intensam respectu magis dispositorum significant, et causant gratiam.

85. *Dices 5^o.* Sacramenta conferunt æqualiter dispositis gratias actuales et inæquales; ergo et gratiam sanctificantem inæqualem.

R. Tr. Ant. N. Cons. Pro gratiis actualibus inæqualibus non habetur æque solidum fundamentum; 1^o enim TRID. cit. de sola gratia habituali loquitur. 2^o Gratia actuales non statim conferuntur, sed in tempore opportuno, ac sub conditione, nisi interea temporis perdat gratia sanctificans, quacum jus ad gratias illas actuales connexum est; aut nisi aliter interea iis indignus a Deo judicetur. At gratia sacramentalis habitualis semper absolute respectu ad capacitatem subjecti commensuratur.

ARTICULUS VII.

AN SACRAMENTA FICTE SUSCEPTA SUBLATO OBICE REVIVISCANT, GRATIAMQUE, ET QUAM PRODUCANT?

86. *Præmitto I.* Obex alius sacramenti, alius gratiæ dici potest. Obex sacramenti est, quando ipsi sacramento deest aliquod ex constitutivis essentialibus, ut vel materia, vel forma; vel ex aliis necessario requisitis, ut

debita intentio, sive ex parte ministri, sive subjecti. De hoc obice hic nulla est quæstio, quia ipsum sacramentum reddit simpliciter nullum et invalidum; quod vero nunquam fuit, vel vixit, reviviscere non potest. Obex gratiæ est, quando sacramentum ipsum quidem habetur verum ac validum, quin tamen recipienti conferat gratiam, ex defectu requisitæ in eodem dispositionis. Obex hic fictio dicitur. Quo nomine proinde non intelligitur simulatio interna, vel simulata recipiendi sacramenti intentio; quia, ut dictum, sic esset ipsius obex sacramenti. Quoties igitur sacramentum valide quidem, sed infructuose suscipitur, cum fictione, vel fecte dicitur suscipi; eo quod suscipiens quasi fingat se esse ad sacramenti fructum dispositum, cum non sit. Sacramentum hoc modo susceptum nuncupatur validum et informe; sicut e contra formatum, quando simul percipitur sacramenti fructus.

Præmitto II. Fictio illa est vel culpabilis, vel inculpabilis; prior etiam materialis, seu negativa; altera formalis, seu privativa dicitur. Si is, qui sacramentum suscipit, sciens volensque ponat, vel non removeat impedimentum gratiæ; ut, quia cum peccati mortalis nondum expiati conscientia sacramentum recipit, erit formalis fictio, sacrilegii malitiam continens; secus materialis tantum, si cum peccato invincibiliter ignorato, nec retractato, aut inculpabiliter ignorans, se non esse debite dispositum. Unde et obex gratiæ in adultis duplex esse potest: 1^o *materialis* et negativus, si per ignorantiam invincibilem omittitur dispositio debita ad perceptionem gratiæ; 2^o *formalis* et privativus, quando illa dispositio voluntarie omittitur, sive quod quis conscius peccati gravis ante commissi, quin illud expiet, accedat; vel in susceptione ipsa peccet, ut si accedat e. g. cum consensu in cogitationem malam. Quod postremum alii specialiter obicem positivum appellant.

Quæritur jam, utrum sacramenta valide, sed fecte suscepta maneat infructuosa perpetuo? Vel an gratiam, quam ex defectu dispositionis conferre non poterant, quando suscipiebantur, saltem producant postea, quando tollitur obex, poniturque dispositio debita, e. g. retractatio peccati, quæ in Baptismo ab adulto peccatore fuerat omissa? Quod est reviviscere sacramentum.

87. *Dico I.* Sacramentum Baptismi cum fictione sive materiali, sive formali susceptum, remoto per subsequentem dispositionem obice, reviviscit, gratiamque confert ex opere operato. Est communissima Theologorum sententia post S. AUG. tempora, præter SCOTUM, VASQUEZ, paucosque alios.

Prob. I. AUCTORITATE D. AUG. L. 1. de Bapt. contra Donatist. c. 11. et seqq. Cum enim Donatistæ graviter ferrent, se dici hæreticos, eos tamen, qui a Donati parte transibant ad Catholicos, ab his non cernerent rebaptizari, hoc contra S. Aug. utebantur dilemmate: vel Baptismus nobis collatus confert Spiritum sanctum et gratiam, vel non. Si confert; ergo habemus veram Ecclesiam, quia in sola vera Ecclesia confertur gratia, datur Spiritus sanctus, et fit remissio peccatorum. Si non conferat; ergo non habemus verum Baptismum, ac proinde a nobis recedentes ad vos deberent rebaptizari, quod tamen non fit. Sed respondet S. Aug., inanem hanc objectionem esse, idque probat exemplo hominis adulti, qui Baptismum in

vera Christi Ecclesia fide accipit; is enim nec Spiritum sanctum, nec gratiam recipit, quin idcirco debeat repeti Baptismus: *Sicut*, ait loc. cit. c. 12. n. 19., *in illo qui fictus accesserat, fit ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione et veraci confessione purgetur, quod non posset sine Baptismo, ut quod ante datum est, tunc valere incipiat ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit*: unde inferebat S. Doctor: ergo et Baptismus collatus ab hæreticis potest esse verus ac validus, et tamen infructuosus; qui tamen tunc fructuosus fit, cum ad fidem veram convertitur. *Cum*, inquit ibid., *se correxerit, et ad Ecclesie societatem unitatemque venerit, non iterum baptizandus est; quia ipsa ei reconciliatione ac pace præstatur, ut ad remissionem peccatorum ejus in unitate prodesse jam incipiat sacramentum, quod acceptum in schismate prodesse non poterat*. Quod idem repetit constanter L. 3. de Bapt. contr. eosd. Donatist. c. 13. n. 18. *Tunc incipit valere idem Baptismus ad dimittenda peccata, cum ad Ecclesie pacem venerint.... ut.... propter pacem intus operetur salutem*, Ac L. 6. c. 5., tum alias. Accedit auctoritas D. THOMÆ hic. q. 69. a. 10. et Theologorum consensus.

Respondet 1º. SCORUS, S. AUG. solum velle, quod Baptismus eo casu reviviscat ad remissionem solius pœnæ temporalis. Vel, ut alii, ad causandas gratias actuales.

Verum *contra est*, quod S. Doctor nunquam de pœna loquatur, sed semper de culpa, remissione peccatorum: hoc sacramentum *incipere prodesse ad remissionem peccatorum*. Deinde gratis asseritur, Baptismum reviviscere in ordine ad unum effectum, et non ad alterum. Demum si Baptismus non reviviscat, ut causet gratiam habitualement, qua ratione probari poterit, quod reviviscens causet gratias actuales? Sed ex mente S. Doctoris reviviscere dicendus, ut gratiam habitualement causet; quia inquit, eum prodesse ad *remissionem peccatorum*; sed hæc per gratiam habitualement fit.

Respondent 2º. alii, scopum S. AUG. contra Donatistas solum fuisse, ut ostenderet, Baptismum cum fictione susceptum non debere repeti; sed ad hoc sufficit, quod remoto obice ad justificationem prosit solum indirecte et negative, per modum conditionis. Ac ideo quoque S. Pater speciali ratione non probat, quod postea gratiam ex opere operato producat.

At *contra est*, quod, etsi præcipua fuerit controversia S. AUG. inter et Donatistas de validitate Baptismi in hæresi vel schismate suscepti, ea tamen occasione verbis perspicuis hanc Baptismi reviviscientiam in ordine ad causandam gratiam asseruit, arguendo ad hominem, quasi dixisset: si Baptismus fide susceptus a Catholico valeat, et non iteretur, quia sublata fictione suum exerit effectum; ergo nec in hæresi, vel schismate receptus, debet iterari, quia abjurata hæresi, et deposito schismate exerit effectum suum.

Respondent 3º. S. Doctorem velle, quod sublata fictione Baptismus prosit eatenus, quatenus saltem facit, sacramentum Pœnitentiæ esse validum, quo deinde originale peccatum remittitur; vel quod Baptismus tunc, extra sacramentum Pœnitentiæ, cum contritione præstet ut hæc remittantur peccata.

Sed *contra est 4º*, quod remissionem peccati S. Doctor non Pœnitentiæ, sed ipsi Baptismo tribuat: quod *tunc incipiat valere* (Baptismus) *in remissionem peccatorum, operetur salutem*, etc. 2º. Falsum est, sacramento Pœnitentiæ originale remitti unquam, quod solum gratiam resuscitativam confert, non

regenerativam. Nec 3º. contritione perfecta, ut votum Baptismi includit, tunc originale dici potest remitti; nam Baptismo semel valide suscepto cum iterari non possit, ejus suscipiendi votum fas esse non potest, cum, quod nec facere, nec fieri licet, nec desiderare liceat.

88. *Prob. II. RATIONE*. Qui Baptismum suscepit fide, si postea concipiat contritionem perfectam, vel suscipiat sacramentum Pœnitentiæ cum attritione supernaturali, hic, ut certum est, justificationis gratiam consequitur; liberatur a peccato originali, omnibusque actualibus tum ante Baptismum, tum ejus susceptione commissis: atqui hoc non consequitur vi sacramenti Pœnitentiæ, sed Baptismi; ergo sublato obice reviviscit Baptismus.

Prob. min. 1º. Juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*, etc., omnes regenerari debemus ex sacramento Baptismi; gratia vero, quam confert sacramentum Pœnitentiæ, non est regenerativa, ut ante dictum. 2º. Juxta Conc. TRID. Sess. 6. c. 4. *Translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ... sine lavacro, aut ejus voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus*, etc.; sed ab eo, qui non vere, sed fide baptizatus est, non potest Baptismus repeti; nec admitti potest ex dictis votum Baptismi suscipiendi; ergo necesse est, translatio illa Baptismi prius suscepti virtute fiat, isque per consequens reviviscat. 3º. Peccatum originale, atque actualia ante Baptismum, vel in hujus susceptione commissa non sunt materia sacramenti Pœnitentiæ; tum quia non sunt subjecta clavibus ac jurisdictioni Ecclesie; sicut enim Ecclesie nulla in nondum baptizatum competit jurisdictio, sic nec in peccata ante Baptismum commissa; tum quod diserte TRID. doceat Sess. 14. c. 1. et 2. sacramentum Pœnitentiæ non nisi pro peccatis post Baptismum commissis institutum esse.

89. *Dico II*. Probabilius etiam est, sacramenta Confirmationis, Ordinis, imo Matrimonii, et Extremæ Unctionis fide suscepta, recedente fictione reviviscere. Ita rursus communis sententia contra SCORUM, VASQUEZ, paucosque alios.

Prob. I. De Confirmatione et Ordine, argumento sumpto ab exemplo Baptismi; ideo namque Baptismus dicitur reviviscere, quia per hoc sacramentum Christus præbere remedium adversus peccatum originale voluit, quo hoc deleteretur, et causaretur sacramentalis gratia, etsi tantummodo post hoc remedium poneretur dispositio necessaria ad consequendum sacramenti effectum; ne videlicet homo, cum Baptismus iterari non possit, gratia baptismali, et huic annexis actualibus adeo necessariis perpetuo privatus maneret: sed etiam auxilia gratiæ, quæ conceduntur vi Confirmationis ad fidem fortiter, constanterque profitendam, sunt admodum necessaria; et quæ conferuntur vi Ordinum, summe sunt necessaria ad rite obeunda ministeria Ordinibus propria: ac cum insuper sacramenta hæc iterari nequeant, sequeretur alias; hominem perpetuo his gratis cariturum. Accedit, quod argumentum AUGUSTINI pro Baptismi reviviscencia, eodem modo procedat de Confirmatione et Ordine, eo quod sacramenta hæc non minus opus ex se sanctum sint; sanctificans et semen Christi perpetuo in homine incorrupto

perseverans, ob characterem indelebilem; quo argumento de characterem et Doctor Angelicus utitur; ergo pariter dicenda sunt, recedente vel sublata fictione, reviviscere.

Prob. II. De Extrema Unctione et Matrimonio a paritate rationis; ideo enim sacramenta, quæ characterem imprimunt, dicuntur sublata fictione reviviscere; quia iterari non possunt, ac nisi reviviscerent, nunquam obtineri posset gratia alias his sacramentis propria; etsi enim hæc duo sacramenta non sint initerabilia simpliciter, sunt tamen secundum quid; Matrimonium quidem durante eodem conjugio, Extrema Unctio durante eadem infirmitate; igitur et pariter videntur reviviscere, ne secus conjux toto Matrimonii tempore careat gratia ad Matrimonii statum adeo necessaria; ac infirmus, eadem perdurante infirmitate, existat privatus gratia maxime necessaria ad insidias dæmonis in agone ultimo et tentationes superandas.

90. Paulo aliter tamen de sacramentis Eucharistiæ ac Pœnitentiæ judicandum videtur. Utrum sacramentum Pœnitentiæ reviviscat? ab ea quæstione pendet, an dari possit sacramentum Pœnitentiæ validum et informe? Quod probabilius multi negant. Supposito tamen facto posse sacramentum hoc validum esse et informe, hoc quoque reviviscere videtur perquam probabile; est enim sacramentum hoc post Baptismum graviter relapsis necessarium necessitate medii; ergo, si dari possit validum et informe, etiam probabiliter reviviscit; si enim in dato supposito non revivisceret, sequeretur, peccatum mortale a baptizato commissum remitti posse sine sacramento Pœnitentiæ, ejusque voto; non enim peccatum remitteretur per illud reipsa susceptum, et postea reviviscens, ut supponitur; sed neque per votum illius, quia contritio perfecta post confessionem valide peractam, eamque ex supposito validam, non est votum sacramenti Pœnitentiæ, cum homo hæc peccata non teneatur rursus confiteri; rei autem non præceptæ non tenemur habere votum.

Eucharistia vero suscepta cum fictione, saltem formali ac positiva, non videtur reviviscere, quia pro hujus reviviscencia non stant rationes hactenus allatæ pro sacramentis cæteris; ideo enim hæc recedente fictione reviviscunt ad causandam gratiam, quia vel necessaria sunt ad salutem necessitate medii, ut Baptismus, et relapsis Pœnitentiæ; vel quia aut simpliciter, aut pro certo statu iterari non possunt; at nulla ex his rationibus pro sacramento Eucharistiæ pugnat, quod non est ad salutem necessarium nisi necessitate præcepti, ac præterea potest facile, sæpeque iterari. Deinde non videtur credible, quod sacerdos, qui longis annis celebravit sacrilege, in vitæ fine vere contritus simul obtineat gratiam omnem, quam accepisset, si toto priori tempore digne celebrasset.

Nec refert, quod sacramentum hoc sit inter omnia præstantissimum, ac quælibet causa in suo genere habens completam virtutem operandi, remoto obice operetur; ac proinde æque Eucharistia, ac sacramenta alia, videatur posse reviviscere: etsi enim sacramentum præstantissimum Eucharistia sit; non tamen idcirco tribui eidem effectus debent, ad quos probabilius non est a Christo instituta. Hinc et causa in suo genere etsi completam operandi virtutem habeat, non tamen idcirco operatur effectus quoslibet, sed eos tantum, ad quos efficiendos vel a natura sua, vel aliunde ordinata est.

91. *Dices 1º.* Non datur sacramentum validum et informe; ergo etiam sacramentum reviviscens dari non potest. *Prob. Ant.* Sacramentum hoc ipso est invalidum, quando falsa est significatio formæ: atqui dum fide suscipitur sacramentum, falsa est significatio formæ; sensus enim formæ est: ego tibi de præsentem confero gratiam, quæ tamen non confertur; ergo.

R. N. Ant. et prob. min. Etsi enim non semper conferatur gratia, quando profertur forma sacramentalis; semper tamen vera est hujus significatio, quia habet sensum virtualiter conditionatum hunc: confero tibi gratiam, si sis rite dispositus, vel, quantum est ex parte virtutis sacramenti; hinc forma manet vera, quando hic et nunc non confertur gratia, quia hoc non ex defectu virtutis in Sacramento, sed ex conditione subjecti oritur. Pariter si dicas: sacramenta gratiam determinate et de præsentem significant, etiam quo tempore fide suscipiens non est capax gratiæ.

R. Hinc D. Significant gratiam simpliciter quoad substantiam C, quoad modum N. Quoad hunc non significant absolute, sed sub conditione requisitæ dispositionis, vel amotæ fictionis.

92. *Dices 2º.* Opus mortuum, h. e. in statu peccati mortalis factum non reviviscit, sicut opera bona, licet de cætero meritoria sint; in statu tamen peccati mortalis exercita nunquam reviviscunt ad meritum gratiæ et gloriæ: atqui sacramentum fide susceptum est opus mortuum; ergo.

R. C. M. D. min. Sacramentum fide susceptum, ut est opus hominis, est opus mortuum C, ut est opus Dei, vel Christi N. Hinc est disparitas quoad alia opera mortua. Opus aliud meritorium in statu peccati mortalis exercitum est mortuum simpliciter; proinde et nunquam reviviscere potest. At indigna sacramenti susceptio licet sit opus mortuum, imo mortiferum; ipsum tamen sacramentum, ut est opus Christi, in se vivum et sanctum est, habetque ex Christi meritis vim sanctificandi, ubi obex vitæ et sanctitatis recesserit, instar causæ meritoriæ, ac sicut corpus grave cessante impedimento causat motum. Hinc neque tenet hic Reg. 18. J. in 6. *Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non conalescit;* quia sacramentum in præsentem casu est validum ab initio; proinde licet tunc non exeret virtutem, dum confertur, exeret tamen recedente impedimento.

93. *Dices 3º.* Si post Baptismum fide susceptum homo peccet, et deinde cum attritione accedat ad sacramentum Pœnitentiæ, in hoc casu deberet causari gratia tam a sacramento Pœnitentiæ præsentem, quam a Baptismo reviviscente: at hoc dici non potest. *Prob. min.* Quia gratia causata a Baptismo est impossibilis non solum cum peccatis ante, sed etiam post Baptismum; ergo Baptismus deleat peccata post Baptismum admissa, quod dici non potest. Pariter gratia collata vi sacramenti Pœnitentiæ est impossibilis etiam cum peccatis ante Baptismum commissis, et ipso originali; ergo et hoc sacramentum illa deleat, quod certo falsum est.

R. N. min. Ad prob. N. Cons. Etsi quilibet gradus gratiæ sit impossibilis cum peccato gravi quolibet; Deus tamen in hoc casu eodem signo concurreret cum sacramento utroque ab causandam eandem realiter gratiam; sic tamen, ut, quatenus est a Baptismo, deleat directe solum originale ac peccata Baptismum præcedentia; quatenus vero est a Pœnitentiæ,

remittat directe peccata sola post Baptismum secuta; sicuti enim dicimus, visionem beatificam e. g. realiter esse tam ab intellectu, quam a lumine gloriæ, sed formalitatem vitalitatis respondere intellectui, formalitatem supernaturalitatis lumini gloriæ, quatenus sine intellectu non haberetur vitalitas; nec supernaturalitas sine hoc lumine; ita eadem gratia causaretur a sacramento utroque, ut tamen, qua deletiva peccati originalis est aliorumque ante Baptismum, respondeat Baptismo; qua deletiva peccati est post Baptismum commissi, sacramento Pœnitentiæ.

Si dicas: sed in casu, quando tollenda est fictio formalis, sacramentum Pœnitentiæ prius natura produceret effectum suum, quam Baptismus; ergo adhuc peccata remitteret ante Baptismum contracta. *Prob. Ant.* Prius natura debet tolli fictio formalis, ut Baptismus operetur gratiam, quia recessus impeditenti prius natura intelligitur, quam introductio formæ: sed fictio formalis non potest tolli, nisi per gratiam; est enim peccatum mortale sacrilegii; ergo si sacramentum Pœnitentiæ tollat fictionem, prius natura producet gratiam.

R. N. Ant. Ad prob. D. Ant. Prius natura debet tolli fictio in ratione voluntarii, ut operetur Baptismus *C.* in ratione maculæ *N.* Et sic *D. min.* Fictio in ratione culpæ et maculæ non potest tolli, nisi per gratiam *C.* in ratione voluntarii *N.* Rationem *Maj.* etiam *D.* Recessus impeditenti negativi prius natura intelligitur, quam introductio formæ *C.* positivi *N.* Nimirum sicut in physicis, et in exemplo allato sit, carentia dispositionis ultimæ est impedimentum negativum, et prius natura abesse debet ad formam novam; forma prior autem in materia est impedimentum positivum; attamen prior natura est introductio formæ novæ, quam veteris expulsio: ita hic peccatum fictionis est impedimentum positivum, si spectetur secundum maculam, et se habeat ut forma præcedens in materia; secundum rationem voluntarii habet se ut carentia dispositionis ultimæ ad formam subsequentem, scilicet gratiam, sive ut impedimentum negativum; quo proinde prius natura sublato, tunc pro eodem signo causat utrumque sacramentum gratiam, ut dictum numero præced.

94. *Dices 4º.* Quando tollitur fictio adæquata Baptismi, is reviviscit; sed in illo, qui Baptismum cum obice tantum negativo suscepit, etsi postea peccarit graviter, adæquata fictio per attritionem tollitur, quia in hoc casu illa in sola attritionis omissione consistebat. *Conf.* Peccatum, quod post Baptismum admittitur, non potest esse gratiæ baptismalis impedimentum, quia hoc in sola dispositionis ad Baptismum prærequisite omissione consistit.

R. D. M. Si sola fictio negativa post Baptismum perseverans sit impedimentum baptismalis gratiæ *C.* si præter fictionem negativam accedat impedimentum novum illius gratiæ, antequam reviviscat Baptismus *N.* Sic *D. min. et N. Cons.* In casu dato gratia baptismalis obtineri non potest, nisi peccatum commissum postea deleatur; cumque hoc materia necessaria sacramenti Pœnitentiæ sit, deleri non potest, nisi vel per sacramentum Pœnitentiæ, vel per contritionem perfectam; adeoque nec aliter tolli potest impedimentum reviviscentiæ Baptismi.

Ad Conf. R. D. Impedimentum gratiæ baptismalis prout conferendæ per actualem susceptionem Baptismi non potest esse peccatum postea commis-

sum *C.* prout conferendæ per Baptismum in hoc casu reviviscentem *N.* Responso intelligitur ex dictis num. præc., et colligetur amplius ex seq.

95. *Dices 5º.* Vel igitur ad sacramentorum reviviscentiam requiritur attritio, vel contritio perfecta, aut sacramentum Pœnitentiæ. Non 1^{um}; quia in hac providentia nullum peccatum remittitur sine sacramento Pœnitentiæ vel in re, vel in voto. Non 2^{um}; quia sic non esset necessaria reviviscentia sacramenti.

R. Subinde sola supernaturalis attritio sufficit; subinde vel sacramentum Pœnitentiæ, vel contritio perfecta requiritur. Hinc 1º. ut Baptismus (eadem est proportionaliter de aliis ratio) fide cum obice tantum negativo susceptus reviviscat ad remissionem peccati originalis, aliorumque personalium ante Baptismi susceptionem commissorum, sola sufficit attritio, si post Baptismum homo non peccarit mortaliter, quia hoc casu impedimentum adæquatum gratiæ baptismalis est carentia illius dispositionis necessario prærequisite, quæ requirebatur ad percipiendum cum fructu sacramentum; ergo si postea ea dispositio ponitur, omne tollitur impedimentum gratiæ: sed dispositio requisita et sufficiens in peccatore adulto ad obtinendam baptismalem gratiam est attritio; ergo. Deinde peccata personalia ante baptismum commissa eatenus solum sunt obex gratiæ, quatenus manent voluntaria: atqui per attritionem tolluntur in ratione voluntarii; hæc enim illorum retractatio est; ergo.

2º. Ut reviviscat sacramentum Baptismi, et tollatur obex negativus in eo, qui post Baptismum talem peccavit de novo lethaliter, non sufficit ad obtinendam baptismalem gratiam ponere dispositionem ante omissam, vel attritionem, sed requiritur necessario vel contritio perfecta, vel attritio cum sacramento Pœnitentiæ; ut vult Theologorum communis cum Doctore Angel. hic q. 69. a. 4. ad 3. Ac ratio est, quia ad delendum mortale post Baptismi susceptionem commissum necessario necessitate medii requiritur sacramentum Pœnitentiæ vel in re, vel in voto, quia Baptismus institutus non est ad delenda peccata post ipsum commissa; sed hæc clavibus et jurisdictioni Ecclesiæ subdita sunt. Et regula generalis est a plerisque recepta: quodcumque sacramentum reviviscens plus non præstat, quam præstitisset, si absque fictione susceptum fuisset, quia per reviviscentiam præcise restituitur in statum, in quo fuisset, si obice caruisset.

3º. Neque sufficiens est attritio, ut tollatur obex culpabilis, sive privativus ille sit, sive positivus; sed contritio perfecta, vel sacramentum Pœnitentiæ requiritur. Ratio fere eadem est, quæ præcedentis; cum enim hic obex, sive ista fictio sit in se peccatum sacrilegii, ipsumque sacramentum, e. g. Baptismum liget et impediatur, non potest tolli aliter, quam contritione perfecta, vel attritione cum sacramento Pœnitentiæ. Contra hoc postremum

Si dicas: Fictio illa non est peccatum posterius Baptismo; ergo potius per hunc reviviscentem tollitur, quia homo ante Baptismi consummationem nondum est subditus Ecclesiæ.

R. 1º. D. Ant. Non est posterius Baptismo tempore *C.* natura *N.* Fictio enim illa ipsum Baptismum impedit, quominus operetur gratiam; prius vero natura est, esse Baptismum, quam Baptismi impediri virtutem. Loquimur vero de fictione non inchoata, sed consummata; si quis enim fictionem

inchoatam retractaret ante Baptismi momentum ultimum, hæc non esset materia sacramenti Pœnitentiæ, sed deleteretur a Baptismo. Unde

R. 2^o. aliter D. Fictio illa inchoata non est peccatum Baptismo posterius C. consummata, *subd.* non est peccatum posterius tempore C. natura N. Consummatur autem in instanti reali terminativo intrinseco ultimo Baptismi; pro quo instanti prior natura solum est Baptismus, adeoque et character; hunc enim fictio non impedit; ergo et pro priori naturæ ante fictionis consummationem homo fit subditus Ecclesiæ; ac proinde peccatum fictionis consummatæ subjectum est Ecclesiæ clavibus.

ARTICULUS VIII.

AN ET QUENAM SACRAMENTA IMPRIMANT CHARACTEREM, QUÆQUE HUIUS NATURA?

96. *Præmitto.* Character ex græco fonte desumptum nomen est, significatione generali nôtam importans, vel signaculum, quo unus vel distinguitur ab alio, vel ad certum deputatur munus. Inde character militaris veteribus nota fuit corporalis, militibus imprimi solita. Hic a Theologis juxta TRID. Sess. 7. Can. 9. atque jam ante illud, pro signaculo quodam spirituali sumitur per sacramentum animæ indelebiter impresso, quo fideles specialiter deputantur ad ea, quæ cultus divini sunt. Negarunt characterem sacramentalem temporum posteriorum novatores Wicleffus, Lutherus, Calvinus, eorumque sectatores, eum non nisi novum esse INNOCENTII III. inventum asserentes. Inter Catholicos Doctores quoad naturam duntaxat characteris hujus litigium est. Plerique cum Doctore Angel. 3. p. q. 62. a. 2. in 0. inhærentes proprietati verborum, quibus characterem TRID. describit, per hunc qualitatem physicam intelligunt. Scorus illum in relatione reali reponit; DURANDUS in relatione rationis, ac denominatione extrinseca, quæ a deputatione divina oritur, qua homo destinatur ad certas functiones sacras. Quam, DURANDI præsertim, opinionem, sunt qui errori dictorum Novatorum omnino affinem autem; at, ut VASQUESIO aliisque videtur, immerito. Novatores enim illi Confirmationem et Ordinem e sacramentorum albo expungunt, non DURANDUS: isti characterem ceu inventum INNOCENTII expolunt; secus iste: etsi igitur non æque commode hujus opinio conciliari possit cum catholico dogmate; potest tamen absolute, ac proinde proscripserit dici non potest; permissio enim gratis, characterem non esse absolutum quid, sed relationem aliquam, sive realem, sive rationis, adhuc absolute loquendo posset dici indelebilis, quia hæc relatio est perpetua; item impressus, inhærens; sic enim et macula dicitur permanere in anima, licet actus peccaminosus transierit; etsi multorum consensu nihil sit aliud, quam peccatum moraliter adhuc perseverans. Cæterum

97. *Dico I.* Datur character sacramentalis; isque per tria duntaxat sacramenta imprimitur, Baptismus, Confirmationem et Ordinem. Est de fide, Catholica sententia clare definita in Conc. TRID. Sess. 7. Can. 9. Idemque ante tradidit FLORENT. in Decr. Union.

Sunt, qui conclusionem probant ex quibusdam Scripturæ textibus: 2.

COR. 1. 21. *Qui unxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Ad Ephes. 1. 13. *In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Et c. 4. v. 30. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.* Signum enim, inquit, illud, ac pignus Spiritus est character per sacramenta Baptismi et Confirmationis impressus. Perlubenter fundamenta hæc suo valori, quem tenent apud Theologos quosdam, relinquimus. Verum hos ipsos textus SS. Patrum non pauci S. CHRYS., AMBROS., HIERON.; item THEODORET., imo S. THOMAS relati a SUAREZ ad q. 63. S. THOM. a. 1. et 3. et Disp. 11. Sect. 1., etsi alias characterem supponant et admittant, in sensu litterali de interiori per gratiam unctione et consignatione, quæ pignus Spiritus sancti et hæreditatis æternæ est, exponunt; alii hanc probationem ex Scriptura sacra præcise petitam ceu decretoriam non habent. Unde conclusio præcipue ex altera fidei regula, quæ est traditio,

Prob. I. Hoc modo: Datur character sacramentalis, supra descriptus, si constet ex traditione Ecclesiæ perpetua, per quædam sacramenta imprimi signum distinctum, tum ab externo sacramentali ritu, tum ab interna gratia, quod animæ inhæret indelebile; ac fideles discernat a cæteris, efficiatque, ut sacramenta hæc iterari non possint: atqui constat ex traditione Ecclesiæ perpetua per sacramenta quædam imprimi ejusmodi signum; ergo. *Maj.* certa ex iis, quæ de traditione, altera fidei regula Tract. de Princ. Theol. dicuntur, hic supponitur. Unde

Prob. min. Ex perpetuo Patrum consensu. Sic S. DIONYS. AREOPAG. de Eccles. Hier. c. 2. part. 3^a. §. 4. ait, Deum accedenti ad Baptismus sui participationem tradere, h. e. gratiam, quæ est naturæ divinæ participatio ethica; et addit, *propriæque lucis, instar signi cujusdam participat.* Unde D. THOMAS in 4. dist. 4. q. 1. a. 1. ait: *a Dionysio prima traditio characteris nobis advenit.* Immerito excipiunt quidam scriptores Protestantium, Librum de Eccles. Hier. non esse S. DIONYSII AREOP., sed alterius cujusdam, ut ex speciali Dissert. tractatui de sacramento Eucharistiæ addenda constabit.

S. CYRILLUS Præfat. in Catecheses n. 16.: *Magnum sane est, inquit, propositum Baptisma, captivitatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccati... signaculum sanctum et indelebile.* Ubi recenset Baptismi effectus, inter quos signaculum, seu characterem indelebilem, distinguit aperte et a gratia, et ab externo sacramenti ritu.

SS. CHRYSOST. et EPIPHANIUS, hic hæres. 8. (opp. t. 1. p. 19.), ille hom. 2. in epist. ad Ephes. n. 2. (opp. t. 11. p. 9.) docent nos in anima signari per Baptismus, quomodo Judæi in corpore per circumcisionem signabantur; sicut igitur circumcisionis signum in corpore corporale fuit, ac perpetuum; sic istud Baptismi in anima spirituale est et perpetuum.

S. AMBROSIIUS L. 1. de Spir. sancto c. 6. *Etsi, inquit, specie signemur in corpore, veritate tamen signamur in corde; ubi scite duplex signum, exterius in ritu sacramenti externo, et interius in caractere distinguit.*

S. AUGUSTINUS, quo vix aliquis aut luculentius, aut frequentius characterem expressit, epist. 23. (al. 98. n. 7.): *Consecratio, inquit, reum facit hæreticum, extra Domini gregem habentem Dominicum characterem.* Epist. 50. (al. 185. n. 43.) interroganti Donatistæ cur non iterum baptizaretur ad

inchoatam retractaret ante Baptismi momentum ultimum, hæc non esset materia sacramenti Pœnitentiæ, sed deleteretur a Baptismo. Unde

R. 2º. aliter D. Fictio illa inchoata non est peccatum Baptismo posterius C. consummata, *subd.* non est peccatum posterius tempore C. natura N. Consummatur autem in instanti reali terminativo intrinseco ultimo Baptismi; pro quo instanti prior natura solum est Baptismus, adeoque et character; hunc enim fictio non impedit; ergo et pro priori nature ante fictionis consummationem homo fit subditus Ecclesiæ; ac proinde peccatum fictionis consummatæ subjectum est Ecclesiæ clavibus.

ARTICULUS VIII.

AN ET QUENAM SACRAMENTA IMPRIMANT CHARACTEREM, QUÆQUE HUIUS NATURA?

96. *Præmitto.* Character ex græco fonte desumptum nomen est, significatione generali nôtam importans, vel signaculum, quo unus vel distinguitur ab alio, vel ad certum deputatur munus. Inde character militaris veteribus nota fuit corporalis, militibus imprimi solita. Hic a Theologis juxta TRID. Sess. 7. Can. 9. atque jam ante illud, pro signaculo quodam spirituali sumitur per sacramentum animæ indelebiter impresso, quo fideles specialiter deputantur ad ea, quæ cultus divini sunt. Negarunt characterem sacramentalem temporum posteriorum novatores Wicleffus, Lutherus, Calvinus, eorumque sectatores, eum non nisi novum esse INNOCENTI III. inventum asserentes. Inter Catholicos Doctores quoad naturam duntaxat characteris hujus litigium est. Plerique cum Doctore Angel. 3. p. q. 62. a. 2. in 0. inhærentes proprietati verborum, quibus characterem TRID. describit, per hunc qualitatem physicam intelligunt. Scorus illum in relatione reali reponit; DURANDUS in relatione rationis, ac denominatione extrinseca, quæ a deputatione divina oritur, qua homo destinatur ad certas functiones sacras. Quam, DURANDI præsertim, opinionem, sunt qui errori dictorum Novatorum omnino affinem autement; at, ut VASQUESIO aliisque videtur, immerito. Novatores enim illi Confirmationem et Ordinem e sacramentorum albo expungunt, non DURANDUS: isti characterem ceu inventum INNOCENTI expolunt; secus iste: etsi igitur non æque commode hujus opinio conciliari possit cum catholico dogmate; potest tamen absolute, ac proinde proscripserit dici non potest; permissio enim gratis, characterem non esse absolutum quid, sed relationem aliquam, sive realem, sive rationis, adhuc absolute loquendo posset dici indelebilis, quia hæc relatio est perpetua; item impressus, inhærens; sic enim et macula dicitur permanere in anima, licet actus peccaminosus transierit; etsi multorum consensu nihil sit aliud, quam peccatum moraliter adhuc perseverans. Cæterum

97. *Dico I.* Datur character sacramentalis; isque per tria duntaxat sacramenta imprimitur, Baptismus, Confirmationem et Ordinem. Est de fide, Catholica sententia clare definita in Conc. TRID. Sess. 7. Can. 9. Idemque ante tradidit FLORENT. in Decr. Union.

Sunt, qui conclusionem probant ex quibusdam Scripturæ textibus: 2.

COR. 1. 21. *Qui unxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Ad Ephes. 1. 13. *In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Et c. 4. v. 30. *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.* Signum enim, inquit, illud, ac pignus Spiritus est character per sacramenta Baptismi et Confirmationis impressus. Perlubenter fundamenta hæc suo valori, quem tenent apud Theologos quosdam, relinquimus. Verum hos ipsos textus SS. Patrum non pauci S. CHRYS., AMBROS., HIERON.; item THEODORET., imo S. THOMAS relati a SUAREZ ad q. 63. S. THOM. a. 1. et 3. et Disp. 11. Sect. 1., etsi alias characterem supponant et admittant, in sensu litterali de interiori per gratiam unctione et consignatione, quæ pignus Spiritus sancti et hæreditatis æternæ est, exponunt; alii hanc probationem ex Scriptura sacra præcise petitam ceu decretoriam non habent. Unde conclusio præcipue ex altera fidei regula, quæ est traditio,

Prob. I. Hoc modo: Datur character sacramentalis, supra descriptus, si constet ex traditione Ecclesiæ perpetua, per quædam sacramenta imprimi signum distinctum, tum ab externo sacramentali ritu, tum ab interna gratia, quod animæ inhæret indelebile; ac fideles discernat a cæteris, efficiatque, ut sacramenta hæc iterari non possint: atqui constat ex traditione Ecclesiæ perpetua per sacramenta quædam imprimi ejusmodi signum; ergo. *Maj.* certa ex iis, quæ de traditione, altera fidei regula Tract. de Princ. Theol. dicuntur, hic supponitur. Unde

Prob. min. Ex perpetuo Patrum consensu. Sic S. DIONYS. AREOPAG. de Eccles. Hier. c. 2. part. 3ª. §. 4. ait, Deum accedenti ad Baptismum sui participationem tradere, h. e. gratiam, quæ est nature divine participatio ethica; et addit, *propriæque lucis, instar signi cujusdam participat.* Unde D. THOMAS in 4. dist. 4. q. 1. a. 1. ait: *a Dionysio prima traditio characteris nobis advenit.* Immerito excipiunt quidam scriptores Protestantium, Librum de Eccles. Hier. non esse S. DIONYSII AREOP., sed alterius cujusdam, ut ex speciali Dissert. tractatui de sacramento Eucharistiæ addenda constabit.

S. CYRILLUS Præfat. in Catecheses n. 16.: *Magnum sane est, inquit, propositum Baptisma, captivitatis liberatio, peccatorum remissio, mors peccati... signaculum sanctum et indelebile.* Ubi recenset Baptismi effectus, inter quos signaculum, seu characterem indelebilem, distinguit aperte et a gratia, et ab externo sacramenti ritu.

SS. CHRYSOST. et EPIPHANIUS, hic hæres. 8. (opp. t. 1. p. 19.), ille hom. 2. in epist. ad Ephes. n. 2. (opp. t. 11. p. 9.) docent nos in anima signari per Baptismum, quomodo Judæi in corpore per circumcisionem signabantur; sicut igitur circumcisionis signum in corpore corporale fuit, ac perpetuum; sic istud Baptismi in anima spirituale est et perpetuum.

S. AMBROSIIUS L. 1. de Spir. sancto c. 6. *Etsi, inquit, specie signemur in corpore, veritate tamen signamur in corde; ubi scite duplex signum, exterius in ritu sacramenti externo, et interius in caractere distinguit.*

S. AUGUSTINUS, quo vix aliquis aut luculentius, aut frequentius characterem expressit, epist. 23. (al. 98. n. 7.): *Consecratio, inquit, reum facit hæreticum, extra Domini gregem habentem Dominicum characterem.* Epist. 50. (al. 185. n. 43.) interroganti Donatistæ cur non iterum baptizaretur ad

peccatorum abluionem, respondet: *Quia non facio injuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo desertoris.* Vides, hic a S. Patre characterem supponi indelebilem; ideoque iterari Baptismum non posse. Tract. 5. in epist. 1. S. Joan. n. 6. *Eecce, inquit, accepit sacramentum nativitatis homo baptizatus. Sacramentum habet, et magnum sacramentum, divinum, sanctum, ineffabile... attendat tamen in cor, si perfectum est ibi, quod factum est in corpore: videat si habet charitatem... si non habet, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur.* Similia habet alibi L. 6. contr. Donatist. c. 1., Tract. 6. in Joan. n. 16. Ac demum cum contra Donatistas constanter probet, malos juxta ac probos verum Baptisma recipere, hocque nec amitti, nec iterari posse; cum igitur, qui fecte recipit, non recipiat gratiam, ipse autem Baptismi actus fluat, et transeat; sequitur ex S. Doctoris mente, esse quid aliud, quod recipiunt mali, inque his indelebiter permanet; sed hoc quid aliud, quam character est?

Hinc sequitur, evidenti errore ac falsitate ab adversariis Protestantibus inventionem characteris primum INNOCENTIO III. tribui; sed hic, cap. *Majores de Baptismo*, hac nixus certa traditione, de characterem non ut re a se noviter inducta, sed de qua constet in Ecclesia, loquitur, ut uberius constabit solutione objectionum. Inde et definitionis Concilii TRID., tum decreti EUGENII IV. in Concil. FLOR. elucet veritas, hac perpetua traditione innitentium. Ex eodem vero fundamento

98. *Prob. II.* Constanter Ecclesia ab ætate sua prima tenuit, docuitque, Baptismum, Confirmationem et Ordinem valide semel suscepta amplius iterari non posse, ut constat ex consensu Patrum et praxi Ecclesiæ utriusque tum orientalis, tum occidentalis, nunquam approbantis, sed detestantis, vetantisque horum sacramentorum iterationem; sed aptior hujus ratio reddi nequit, quam quod tria hæc sacramenta præter gratiam imprimant characterem. Certe hæc ratio S. AUC. fuit, cur in relapsis iterari Baptismum nollet, citati supra: *quia non facio injuriam characteri imperatoris.* Eamdem quoque reddit de apostatis et hæreticis ad Ecclesiam Catholicam redeuntibus, L. 6. contr. Donatist. c. 1., quos corrigi quidem, non rebaptizari vult, utpote in quibus *character Dominicus agnoscatur potius, quam mutetur.*

Neque dicant Adversarii: Etsi Baptismus characterem non imprimeret, eum tamen reiterari non debere aliis ex rationibus, velut 1º. quia est janua in Ecclesiam, in quam semel ingressus non potest amplius ingredi; 2º. quia Baptismus ad delendum originale institutus est, quod est unicum; 3º. quia est signaculum fœderis, et per illum vita æterna promittitur; ergo inde, quod repeti non possit, male inferitur, quod characterem imprimat; 4º. quia est regeneratio; ergo sicut homo corporaliter nascitur semel, ita spiritualiter semel renascitur.

Nam etsi ex aliis quoque rationibus posset ostendi, Baptismum reiterari non posse; propterea tamen non excludenda ratio a characterem sumpta, cum hæc potissima sit, eamque solam assignent Patres et Ecclesia. Sed nulla ex allatis rationibus est solida; nam 1º. Ecclesiæ janua, quæ rite baptizatis aperitur, iisdem factis apostatis ac desertoribus, si reverti velint, rursum aperienda est; juxta orthodoxos quidem tantum per Pœnitentiam, sed

cur non juxta adversarios per Baptismum novum? 2º. Qui ad Baptismum fecte accedit, ab originali non mundatur, non commoritur Christo, non regeneratur, nec tamen rebaptizatur, cum resipiscit. 3º. Tale fœdus, ac vitæ æternæ promissio etiam Eucharistia est; ac tamen potest sæpius repeti. 4º. Sæpe potest homo spiritualiter mori; cur ergo non renasci per Baptismum, sicut per Pœnitentiam?

99. *Dico II.* Character sacramentalis non est pura relatio rationis, nec realis; sed quid reale et absolutum est.

Ratio 1ª. part. est 1º. quia juxta Concilia FLOR. et TRID. character est *signum spirituale, quod imprimitur, animæ indelebiter inhæret;* sed hæc singula non nisi admodum improprie, ac abusive de relatione rationis, ac denominatione mere extrinseca dici possunt; ergo non recte dicitur relatio rationis, præsertim quod Ecclesiæ definientis verba debeant sumi in sensu alia naturali et proprio, ne secus definitiones alia sic eludi possent. Etsi proinde DURANDI sententia non adversetur adeo fidei; ideo tamen aspernanda videtur, quod non satis apposita sit communi Ecclesiæ loquendi modo. 2º. Relatio rationis resultat ex sacramento quolibet, sicut et denominatio mere extrinseca; nec tamen sacramentum quodlibet characterem imprimit. 3º. TRIDENT. voluit definire existentiam characteris, quem negabant Novatores: atqui non est verosimile, eos negasse denominationem quamdam extrinsecam, sicque relationem rationis, quæ per se ex deputatione alicujus ad quodvis munus resultat, sicut et baptizatus semper denominationem baptizati retinet; ergo.

Ratio 2ª. part. est, quod hujus relationis nequeat assignari fundamentum, quod in SCOTTI sententia notant omnes; non enim illius fundamentum dici potest anima; vel ejus potentia aliqua, aut facultas, cum alias nemo non haberet characterem; nec ipsa gratia aut dona; quia etiam sine his in illis qui fecte accedunt, character imprimitur; nec demum sacramentalis actio; quia hæc transit characterem remanente; relatio autem realis sine fundamento suo proximo remanere non potest. Deinde character produci, imprimi dicitur; at hæc prædicata relationi non conveniunt, quæ positus fundamento et termino resultat.

Ratio 3ª. part. per se ex dictis sequitur; nihil enim superest aliud, servatque insuper proprietatem verborum definientis Ecclesiæ, cui saltem tantum debetur reverentiæ, ut verba ejusdem sumantur naturali usu, quamdiu nihil vere inconveniens sequitur, quale hic non habetur. Unde character ad categoriam qualitatis pertinet. Num vero sit primæ speciei qualitas, scilicet dispositio, vel habitus; non quidem talis, qui frequentatione actuum facilem reddat potentiam; sed qualitas permanens, ac difficulter mobilis, quæ subjectum convenienter in suo esse disponit, ut pulchritudo? an vero secundæ speciei, scilicet potentia? controvertitur. Primum tuetur SUAREZ cum aliis, alterum alii.

100. *Obj. I. negative.* 1º. Characteris sacramentalis nusquam Scriptura sacra meminit, ut multi ex Catholicis ipsis fatentur recentiores Theologi cum Scholasticis antiquis; ergo male characterem definivit Concilium TRID. 2º. Apud Theologos veteres pariter ante INNOC. III., altum est de characterem

silentium; nihil de eo refert PETR. LOMBARDUS Magister sententiarum; nihil HUGO VICTOR., etsi de sacramentis ex proposito scripserint.

3°. Quin ex antiquioribus Theologis plures hæc in re dogma Protestantium tenuerunt, ut SCOTUS, DURANDUS; GABRIEL BIEL q. 2. a. 1. inquires, se ex Script. et Patribus non posse reperire aliquod characteris fundamentum, sed hunc unice niti auctoritate Ecclesiæ. AC CAJETANUS in q. 63. S. THOM. a. 1. hanc Ecclesiæ traditionem non multum antiquam esse asserit, sed ex cap. *Majores* de Bapt. INNOCENTI III. probandam; ergo recte ab hoc summo Pontifice character sacramentalis inventus dicitur.

4°. In ipsomet usque adeo Concilio TRID., teste PALLAVICINO Concilii historico L. 9. c. 5., quidam contendebant, articulum de characterem ut probabiliorem solummodo, ut SERIPANDUS præsertim volebat, non ut certum esse declarandum.

Ad 1^{um}. R. Tr. Ant. N. Cons. Ut enim Ecclesia possit definire aliquid, sufficit verbum divinum traditum; ex quo potissimum plura dogmata esse definita constat.

Ad 2^{um}. R. 1°. N. Ant. Magister enim sententiarum jam ante INNOC. III. characteris meminit, L. 4. dist. 7. docens, Baptismum, Confirmationem et Ordinem reiterari non posse, quia per quamdam consecrationem conferuntur, quæ ratio ex S. AUG. desumpta characterem subinducit; quin dist. 24. expressam characteris mentionem facit, eumque nuncupat *signaculum quoddam sacrum*; cujus vestigia deinde secutus PETR. PICTAVIENSIS Magistri sententiarum discipulus, et in Parisina Cathedra successor, quam annis fere 40. tenuit, de characterem impresso distincte dist. 24. velut de re a Magistro suo hausta certa que, mentionem ingerit.

R. 2°. Etsi etiam non meminissent Scholastici primi, quid inde? Meminerunt enim Patres Scholasticis multo antiquiores.

Ad 3^{um}. R. N. Ant. Plerique ex laudatis Theologis non de existentia characteris, sed ejus natura disputant, ac modo, quo probandus esset. Admittendum esse characterem, ait subtilis SCOTUS in 4. dist. 69. q. 9., quem idcirco in relatione reali dicit consistere. DURANDUS in 4. dist. 4. q. 1. ait, profitemdum esse characterem. BIEL eundem asserit; neque hoc vult, characterem non habere fundamentum in Patribus, sed dubitat, an qualitas absoluta sit: ac postquam non esse probasset, infert in 4. dist. 6. q. 2. a. 1. *Sic ergo patet, characterem ad hunc intellectum (quod qualitas absoluta sit) in quo accipitur a recentioribus, non esse ponendum*: atque, præsumptionem esse negare characterem; nimirum quod clara Ecclesiæ definitio nondum existeret; secus dixisset, esse hæreticum.

CAJETANI assertio falsa est; ex veteri enim illa controversia circa iterationem Baptismi collati ab hæreticis assertum suum inferebat, sicut et SPALATENSIS fecerat, characterem tum temporis fuisse incognitum. Sed absone plane ac distorta hæc est illatio; illi enim non negabant, characterem per Baptismum imprimi, quando hic verus ac ratus est; sed rebaptizantes negabant, qui proprius eorum error fuit, verum et ratum esse sacramentum Baptismi collatum ab hæretico; unde consequens erat, ut dicerent, nullum a Baptismo invalido characterem imprimi. Deinde constat characterem ex SS. Patribus quorum recitavimus testimonia; et vero unde TRIDENT. SYNO-

cus, nisi ex his hoc dogma hausit? Falsa igitur CAJETANI assertio nihil adversariis suffragari potest, ad ita asserendum principio falso decepti.

Ad 4^{um}. R. ita esse: sed quid hinc eruant adversarii, non video; utrum aliquid divinæ traditionis sit, non a privati unius, alteriusque Theologi pendet opinione; sed a perpetuo sensu Ecclesiæ, in quem inquiritur antequam proferatur definitio. Sciebat quidem SERIPANDUS, agnosci characterem ab omnibus; sed putabat solum, esse non nisi Doctorum communem sententiam, ac proinde probabiliorem, eo quod non extaret definitio aperta Ecclesiæ; at contrarium senserunt Patres omnes reliqui; quorum proinde potius auctoritate utpote majore moveri oporteret adversarios, quam unius privati hominis.

401. *Obj. II. Ex SS. Patribus.* 1°. Primi Ecclesiæ Patres per characterem intellexerunt solummodo vel ritum sacramenti externum, vel unctionem internam per gratiam, sicque commode exponi possunt; ergo.

2°. Hoc sensu S. AUG. ipse characterem sumit 1°. serm. ad plebem Cæsarens. de Emerito Donatista n. 4. docens characterem exterius agnosci, et probari agnitum: sed si character signum spirituale esset, impressum animæ non posset agnosci exterius; ergo per characterem ritum sacramentalem intelligit. 2°. Serm. eod. fidem et invocationem SS. Trinitatis in Baptismo ait characterem esse: *Ego*, inquit n. 2., *quando venio ad fratrem meum, et colligo errantem fratrem meum, attendo fidem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti: iste est character Imperatoris mei.* 3°. Ibid. si etiam Donatus baptizasset nomine suo, impressisset, inquit, characterem Donati: at talis character procul dubio nihil internum ac spirituale fuisset.

Ad 1^{um}. R. N. Ant. Ut enim ex relatis supra Patrum sententiis constat, aperte dicunt, signum, sigillum imprimi indelebiter; inherere etiam apostatis et desertoribus; esse signum spirituale in anima: at hæc neque ritu sacramentali externo accipi possunt, utpote qui corpus solum afficit, nec permanens est, sed fluit, et transit; neque de gratia; hæc enim non manet in apostatis et desertoribus.

Ad 2^{um}. R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. R. 1°. Vox *exterius* in AUG. non extat, sed ait solum: *agnoscimus.*

R. 2°. *D. min.* Non posset agnosci in se ipso immediate C. non in sua causa, scilicet Baptismo N.

Ad prob. 2^{am}. ex S. Patre, rursus R. D. Invocationem SS. Trinitatis ait esse characterem metonymice, causam sumendo pro effectu C. secus N. Ut legenti contextum patet, S. Doctor solum intendit, omnes baptizatos debere esse baptizatos in nomine SS. Trinitatis, non vero in nomine Pauli, aut Donati, etc. Et hæc invocatio SS. Trinitatis est characteris impressi causa.

Ad prob. 3^{am}. R. S. Doctor solum eo loco intendit probare, Baptismum habere vim suam a Christo solo, de quo dicitur: *hic est, qui baptizat*; proinde validum esse Baptismum a quocumque ministro, modo legitime collatum; quod hypothesi ab impossibili probat: si Donatus proprium baptismum suum conferret, suum esset characterem impressurus; verum hypothesin hanc ipsam S. AUG. neque probat, neque admittit.

402. *Obj. III. Ex RATIONE.* 1°. Juxta nos sacramenta quædam caracte-

rem imprimunt quia iterari non possunt; et ideo non possunt iterari, quia imprimunt characterem; sed hoc est circulum committere vitiosum; ergo.

2º. Character est prorsus inutilis; ergo. *Prob. Ant.* Asseritur enim, quod sit nota quædam distinctiva; sed hoc sine ullo effectu; non enim serviet Deo ad discernendum hominem ab homine, quia Deus sine tali nota distinctiva omnia in se ipsis videt. Non Beatis; hi enim omnia vident in Verbo. Non demum hominibus, qui signa ejusmodi interna ac spiritualia videre non possunt. Denique sacramenta antiqua erant signa distinctiva fidelium; nec tamen imprimebant characterem. Item summus Pontificatus discernit S. Pontificem ab omnibus aliis; nec tamen characterem imprimit.

3º. Character partim asseritur ideo, quod sit nota quædam fixa ac permanens, per quam homo stabiliter consecratur Deo; sed hæc ratio inanis est. *Prob. min.* Quia sic per omnia sacramenta deberet imprimi character, eo quod per omnia homo deputatur ad cultum Dei, sicque suo modo consecratur Deo.

4º. Baptismus, Confirmatio et Ordo dicuntur imprimere characterem, quia iterari non possunt; at nulla etiam hæc ratio est; nam etiam tonsura prima non iteratur, nec Matrimonium cum eadem persona; neutrum tamen characterem imprimit. Idem est de abbatum benedictione.

5º. Immerito sacramentalis character dicitur indelebilis; ergo *Prob. Ant.* 1. Gratia enim, caractere longe perfectior, corruptibilis est; ergo multo magis character. 2. Religiosus Dei cultus, ad quem destinatur homo, qui characterem baptismalem accipit, cessat in inferno; ergo saltem non remanet character in damnatis; ideo enim et in iisdem habitus fidei et spei depereunt. 3. In cælo etiam non manet potestas illa spiritualis ad conficienda et ministranda illa sacramenta, quam denotat character Ordinis; ergo nec character manet.

Ad 1ºm. R. N. M. Ratio enim a priori, cur quædam sacramenta iterari non possint, immediata et proxima est character: ratio autem a priori, cur detur character, voluntas Christi est, per illum nos ad speciale munus perpetuo destinantis, quam voluntatem nobis insinuat Ecclesiæ traditio perpetua. Solemus quidem deinde etiam characterem a posteriori probare inde, quia sacramenta quædam iterari non possunt; sed citra vitium circuli, quia hæc probatio est ex diverso causarum genere, quo modo sæpe alias causa per effectum, hincque per causam probatur.

Ad 2ºm. R. N. Ant. Ad prob. R. 1º. Ratio hæc partialis est; interim tamen admittitur et *N. min.* Etsi enim Deo, et forte Beatis ad hoc non necessarius sit; cognoscitur tamen ab illis, sicque pro signo distinctivo servit, quod iis, qui salvantur ad gloriam, damnatis ad ignominiam cedit.

Quoad addita, disparitas est 1º. Quoad sacramenta antiqua, quia character tantum designat aptitudinem subjecti ad participanda, vel communicanda bona spiritualia; nulla vero talia bona conferebantur per sacramenta antiquæ Legis; hinc etsi circumcisio esset janua ad sacramenta et bona alia Legis veteris, ut est Baptismus in nova Lege; quia tamen solum inducebat ad legalia bona, quæ recipiebantur in corpore, Baptismus e contra inducat ad recipienda interna bona et spiritualia; Judæis sufficiebat character carnalis impressus in corpore, Christianis e contra conveniebat spiritualem in anima characterem imprimi. Deinde aliunde constat, sacramenta nostra et longe excellentiora esse antiquis et magis efficacia.

2º. Quoad summum Pontificatum; quia hic per se sacramentum non est; ergo nec characterem debet imprimere.

Ad 3ºm. R. N. min. Ad prob. N. rationem cum D. THOMA 3. p. q. 63. a. 6.; sed per ea tantum sacramenta imprimitur character, per quæ homo deputatur, vel potestatem accipit *ad agendum aliquid, vel recipiendum, quod pertinet ad cultum Dei*: atqui tria duntaxat hujusmodi sacramenta sunt; sic per Baptismum potestatem passivam, vel idoneitatem accipit recipiendi sacramenta cætera; per Ordinem, activam ea aliis ministrandi; per Confirmationem, potentiam fidei hostibus resistendi. Ad nihil vero ejusmodi deputatur homo in sacramentis aliis.

Ad 4ºm. R. N. min. Tonsura prima nec sacramentum est, nec repugnat, eam absolute iterari; quin olim illam iteratam fuisse in cujusvis susceptione ordinis MORINUS refert part. 3. Sac. Ordinat. Exercit. 15. Quod igitur nunc non iteretur, sola facit consuetudo Ecclesiæ. Matrimonium absolute sublato priori vinculo cum personis diversis iterari potest, quod satis est, ut characterem non imprimat. Benedictio abbatum ad sacramenta non pertinet, ejusque tota solemnitas, ac initerabilitas præcise habetur ab institutione Ecclesiæ, in cujus potestate non est, tribuere ritui alicui a se inducto vim imprimendi in anima tale spirituale signum indelebile.

Ad 5ºm. R. N. Ant. Ad prob. 1ºm. Disparitas est, quod gratia, etsi caractere nobilior, habeat sui contrarium, scilicet peccatum ipsam demeritorie destruens; sicut ergo liberum homini peccatum est; ita ei libera est conservatio gratiæ. At character nullum sui contrarium et destructivum habet; sed postquam essentialia sacramenti sunt posita, imprimitur inimpedibiliter, nullo postmodum peccato expellendus.

Ad prob. 2ºm. R. N. Cons. Sufficiens enim ratio permanendi in damnatis, est, quod his ad confusionem sit. Aliud est de habitibus illis, quia hi ad justificationis gratiam, hujusque augmentum a Deo ordinati sunt, suntque actuum supernaturalium principia, quorum damnati incapaces sunt; nihil tale characteri ex se non operativo convenit.

Ad prob. 3ºm. R. N. pariter Cons. Quia in Beatis saltem ornamento est; sicut, inquit Doctor Angel. hic q. 63. a. 5. ad 3., militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam, et in his, qui vicerunt, ad gloriam; in his, qui victi sunt, ad poenam.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL

DISSERTATIO II.

DE SACRAMENTORUM NOVE LEGIS CAUSIS INTRINSECIS ET EXTRINSECIS, ET SUBJECTO.

Intrinsecæ sacramentorum novæ Legis causæ eorum constitutiva sunt, materia et forma. Extrinsecæ efficiens, de qua potissimum agendum superest, est vel *principalis*, et institutrix dicitur, estque Christus; de qua jam actum Dissertat. I. cap. 1. art. 5.; vel *secundaria*, quæ ministerialis appellatur, sive efficiens proxima, estque sacramenti minister; deque hac sola deinceps, ac causa intrinsecæ; tum demum de subjecto hac Dissertatione II. de sacramentis in genere disseremus.

CAPUT I.

DE SACRAMENTORUM NOVE LEGIS CAUSIS INTRINSECIS, SIVE MATERIÀ ET FORMA.

Etsi sacramentum non sit proprie totum, vel compositum physicum ex partibus inter se physice unitis constans, sed totum, vel compositum morale, sicque unum quid analogice, quatenus scilicet constat ex pluribus, rebus et verbis, morali quadam unione sibi coherentibus, ac habentibus proportionem et similitudinem aliquam ad partes totius partim physici, partim artificialis; nihilominus ut quid simile composito physico a Theologis plerisque considerari solet; ac sicut in hoc constitutiva ejus materia et forma rationem causæ intrinsecæ sustinent, ita ad similitudinem in hoc composito morali, sacramento; 1º. enim ut in composito physico præcedit materia, et accedit forma; ita in sacramento verbum accedit ad elementum: 2º. Ut materia compositi physici ex se indeterminata et indifferens determinatur a forma; ita in sacramento indifferentiam elementi verbum determinat: 3º. Ut materia compositi physici est imperfecta, forma autem perfecta, utpote dans esse rei; ita in sacramento verba perfectiora sunt rebus, cum sint signa clariora longè et præstantiora. De rebus igitur ut materia, de verbis ut forma sacramenti hoc capite agemus.

ARTICULUS I.

AN OMNIA SACRAMENTA NOVÆ LEGIS CONSTENT REBUS UT MATERIA, ET VERBIS
UT FORMA?

103. *Præmitto.* Materia in sacramentis alia dici potest *ex qua*; alia *circa quam*. Prior est illa, ex qua ipsum constat sacramentum; posterior ea dicitur, circa quam sacramentalis versatur actio. Sic panis et vinum secundum substantiam in sacramento Eucharistiæ est materia circa quam, non ex qua, quia cum per consecrationem destruat panis et vini substantia, hæc nequit esse materia Eucharistiæ, ex qua constet, cum hæc debeat actu existere.

Porro materia ex qua alia *remota*, alia *proxima* est, saltem in quibusdam sacramentis. Sic materia remota Baptismi est aqua; proxima vero ablutio; et universim ea actio, per quam materia remota applicatur. Materia tamen remota ex qua, et materia circa quam, quæ etiam dici remota solet, sunt remotæ diverso modo; nam prior aliquo modo ipsam ingreditur compositionem sacramenti, non posterior; nam e. g. peccata in sacramento Pœnitentiæ, quæ sunt materia circa quam, sacramentum Pœnitentiæ non componunt.

Nomine rei tandem hic vel substantia aliqua sensibilis dicitur, ut aqua in Baptismo, chrisma in Confirmatione, etc.; vel saltem actus aliquis, aut actio sensibilis, prout contradistincta est a verbis, et per hæc determinabilis; ut ablutio in Baptismo, unctio in Confirmatione, actus pœnitentis in sacramento Pœnitentiæ. Verborum nomine intelliguntur vel verba formaliter talia, sive articulatae voces, quibus forma sacramenti exprimitur; vel æquivalentia, ut nutus, aliaque signa verbis oralibus æquivalentia.

104. *Dico.* Omnia novæ Legis sacramenta constant ex rebus et verbis, et quidem ceu materia et forma, ac ut intrinsecis et essentialibus. Ita communis est certa cum D. THOMA q. 60.

Pars 1^a. constat ex Concilio FLOR. in Decr. Union., ubi ait: *Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conscientis sacramentum, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia; quorum si aliquid desit, non perficitur sacramentum.*

Nititur hæc FLORENTINI decisio passim auctoritate Scripturæ sacræ, sacramentis singulis res et verba assignantis; Baptismo ad Ephes. 5. 26. *Mundans* (Ecclesiam) *lavacro aque in verbo vitæ*; et Matth. 18. *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Eucharistiæ Matth. 26., ubi panis ponitur cum verbis: *Hoc est corpus meum.* Confirmationi Actor. 8., ubi cum impositione manus oratio. Extremæ Unctioni Jac. 5. rursus unctio et oratio. Pœnitentiæ Joan. 20. *Quorum remisistis, etc.* De Ordine et Matrimonio nihil quidem in Scriptura sacra expressum legimus; at ex traditione habetur, quam explicuit FLORENTINUM. Ratio a priori voluntas Christi est, cujus congruentias quasdam proponit Doctor Angelicus q. 60. a. 6.

Pars 2^a. quod sacramenta nova constant rebus et verbis, ceu *materia* et *forma*, hinc patet, quia illud habet rationem materiæ, quod est determinabile et perfectibile ad certam speciem; illud vero rationem formæ, quod est determinativum et perfectivum alterius: sed in omnibus novæ Legis sacramentis res per verba determinantur; de se enim indifferentes sunt ad significanda plura, per verba vero determinantur ad unum: sic aqua, vel ejus affusio de se indifferens est, ut significet abluitionem, eamque a corporali macula, vel refrigerationem. At cum accedunt verba: *ego te baptizo*, determinatur ad significandam abluitionem, eamque spiritualem. Eodem modo se res habet in sacramentis cæteris. Unde S. AUG. Tract. 80. in Joan. n. 3. *Detrahe, inquit, verbum, et quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum.*

Pars 3^a. sequitur ex præcedenti; materia enim et forma sunt partes intrinsecæ, essentielles compositi cujusvis, sive naturalis et physici, sive moralis. Unde D. THOMAS in 4. dist. 1. q. 1. a. 3. ad 2. inquit universaliter: *Verba et res sunt de essentia sacramenti.* Item: *Sacramenta fiunt ex materia et forma, sicut Christus ex Verbo et carne.* Ac 3. p. q. 90. a. 2. in 0. ait, *quodlibet sacramentum distingui in materiam et formam, sicut in partes essentia.*

Dixi in Conclusionem: *et verbis*, h. e. formalibus, solo excepto Matrimonii sacramento, quod etiam per verba æquivalentia posse perfici inde suadet, quod Christus elevando Matrimonium ad dignitatem sacramenti illud reliquerit in statu contractus humani legitimi, qui non necessario verbis formalibus, sed et æquivalentibus, nutu, signis perfici et celebrari potest.

105. *Obj. I.* Ex CONCILIO 1^o. Concilium FLOR. non dicit, sacramenta componi rebus et verbis; sed tantum *perfici*; ergo non sequitur ex FLORENT. res et verba esse partes intrinsecas.

2^o. TRIDENT. Sess. 14. c. 3. actus pœnitentis, contritionem et confessionem, vocat *quasi* materiam sacramenti Pœnitentiæ; ergo non habent in hoc sacramento reipsa rationem materiæ.

Ad 1^{am}. R. D. *Ant.* Non dicit hoc explicite C. non implicite N. Non ideo dicitur, res et verba esse partes sacramentorum essentielles et intrinsecas, quia Concilium dicit, hæc illis perfici præcise; sed quia dicit, perfici rebus ut materia, et verbis ut forma; hæc vero sicut in composito physico, sic in morali essentialia sunt. Cur vero Concilium potius dixerit *perfici*, quam componi, ratio est; quia loquebatur non solum de rebus et verbis, sed etiam intentione ministri, quæ probabilius sacramentum non constituit; sed se habet tantum ut requisitum essenziale, quia, quidquid componit intrinsece compositum heterogeneum, debet esse, vel se habere ut materia, vel forma, ut patet inductione compositorum omnium tum naturalium, tum artificialium: atqui sacramentum est compositum heterogeneum; intentio autem ministri neque se habet ut materia, neque ut forma; est enim ipsa voluntas adhibendi materiam et formam, proinde has antecedens; ergo.

Ad 2^{am}. R. D. Vocat quasi materiam, quia non sunt quid entitative materiale, ut est materia in aliis sacramentis, e. g. aqua in Baptismo C.

quatenus non sunt quid incompletum, informe, ac determinabile ad significandam et causandam sacramentalem gratiam *N.*

106. *Obj. II.* in specie de sacramento Eucharistiæ: In sacramento Eucharistiæ fallere videtur conclusio; ergo.

Prob. Ant. 1º. Verba ministri, licet etiam in aliis sacramentis, præsertim tamen in Eucharistia habent rationem causæ efficientis sacramentum, ut colligitur ex Concilio Flor.: sed causa efficiens non constituit intrinsece suum effectum; ergo.

2º. Verba ministri hoc sacramentum conficientis non significant gratiam per hoc sacramentum conferendam, quia non ad recipientem, ut fit in sacramentis aliis, sed tantum ad significandum corpus et sanguinem Christi diriguntur; ergo nec intrinsece hoc sacramentum constituent.

3º. Etiam verbis desinentibus, et transeuntibus, Eucharistiæ sacramentum permanet; ergo hæc illius constitutiva esse non possunt.

4º. Eucharistia habet rationem cibi, servatur in ciborio, defertur ad ægros, manducatur: sed nihil eorum accommodari verbis potest; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. 1ºm. *R. D. M.* Sunt causa efficiens Eucharistiæ partialiter, vel denominative, et præcise quoad materiam suam proximam sumptæ *C.* sumptæ quidditative pro toto illo, quod est a Christo assumptum ad significandam sensibilibus realem corporis sui et sanguinis sub speciebus panis et vini præsentiam *N.* Eucharistia enim sic sumpta verba pro forma habet sibi essentiali et intrinseca. Causa igitur efficiens non potest quidem effectum suum constituere intrinsece; potest tamen effectui a se producto conjungi, cumque eodem constituere compositum, ut fit in physicis. Sic etiam, qui videt, simul est causa et pars hujus concreti, videns.

Ad 2ºm. *R. D. Ant.* Non significant gratiam, si præcise spectentur secundum significationem naturalem, et quam habent ab institutione hominum *C.* si secundum illam quam in hoc sacramento habent ex institutione Christi *N.* Secundum hanc etiam significant gratiam. De hoc plura, ubi de hoc sacramento in specie.

Ad 3ºm. *R. D. Ant.* Desinentibus verbis Eucharistiæ sacramentum permanet quidditative sumptum *N.* denominative sumptum *C.* Physice quidditative non manet sacramentum Eucharistiæ, sive secundum omnes prorsus partes; sed tantum manent species, corpus et sanguis Christi, quæ partes nobiliores denominantur sacramentum. Respondent etiam alii, manere verba, non physice quidem, sed moraliter.

Ad 4ºm. *R. D. Ant.* Habet rationem cibi, etc. sumpta denominative, secundum partem suam primariam corporis Christi *C.* sumpta quidditative, sive secundum se totam sumpta *N.* Quidditative sumpta autem est complexum, involvens insuper verba.

107. *Obj. III.* quoad sacramentum Pœnitentiæ. 1º. Sacramentum hoc non nisi verbis perficitur; ergo. *Prob. Ant.*; nam 1. significatio effectus sacramenti in hoc sacramento in absolute sita est, quæ verbis constat; hæc enim sola remissionem peccatorum significat, scilicet ut in judiciis aliis liberationem sola significat sententia judicis. 2. Si confessio et contritio

pœnitentis sint etiam hujus sacramenti partes; ergo et laici illius ministri essent; qui enim ponit partem sacramenti, ejus etiam minister est; sic enim in Matrimonio contrahentes ministri sunt: sed consequens est falsum; nam ad solos sacerdotes dictum fuit Joan. 20. *Quorum remisistis peccata*; ergo.

2º. Quin etiam confessio pœnitentis, quæ sacramenti hujus materia proxima dicitur, fit verbis; ergo.

Ad 1ºm. *R. N. Ant. Ad prob. 1ºm.* *R. D.* Significatio principalis effectus in hoc sacramento, et explicita, in absolute sita est *C.* tota *subd.* quæ habetur ab institutione humana *C.* quæ habetur ab institutione divina *N.* Colligitur ex *TRID.*, quod *Sess. 14. c. 3.* ait: *Docet præterea S. Synodus, sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: ego te absolvo, etc.* Igitur vis significandi gratiam principalis ac præcipua in forma continetur; non tamen omnis, si præsertim spectetur institutio Christi, qui et rebus, sive actibus pœnitentis hanc vim inesse, licet minus principaliter, voluit hoc ipso, quod eos voluerit esse sacramenti partes, ut eos vocat *TRID. ibid.* Aliud est de judiciis aliis, in quibus tantum significatio ex institutione humana, non ex divina habetur.

Ad prob. 2ºm. *R. N. seq.* Quia, ut quis sacramenti minister dicatur, non sufficit ponere aliquam sacramenti partem, materiam; sed necesse est, ut ponat formam, quam hic solus judex, sacerdos ponit; in omni enim sacramento qui minister est, concurrere debet nomine Christi secundum specificam rationem sacramenti; cum vero Pœnitentiæ sacramentum ad modum judicii institutum sit, specifica in eo concurrenti ratio est, ut concurrat more et modo judicis, quod facit sacerdos solus. In Matrimonio dispar est ratio, quia in hoc contrahentes ipsi materiam et formam simul ponunt, juxta dicta de hoc sacramento cap. 2. art. 5.

Ad 2ºm. *R. D. Ant.* Et hæc confessio fit verbis, ut est materia proxima adæquata hujus sacramenti *N.* tantum ut inadæquata *Tr.* Ad materiam adæquatam etiam dolor internus, sive contritio pertinet, ut constat ex *FLORENT. et TRID. citatis*; dolor vero internus per confessionem externam sensibilis redditur.

108. *Obj. IV.* 1º. Sacramenta antiqua non constabant simul verbis tanquam forma; ergo neque nova; hæc enim successerunt antiquis.

2º. Etiam sacramentum ex significatione ceu forma componitur; ergo non tantum verbis ut forma. *Prob. Ant.* Sacramentum enim est quoddam artefactum morale in genere signi; sed omne signum ad placitum ex re significante tanquam subjecto, et significatione tanquam forma componitur. Deinde sacramentum est signum ex instituto; ergo per aliquam formam constitui debet in ratione talis signi: sed alia assignari non potest, quam significatio; ergo.

3º. Materia et forma compositi debent uniri simul; sed in sacramentis novæ Legis res et verba non semper simul uniri debent; sic e. g. in Baptismo verba subinde nonnihil præcedunt, aut subsequuntur: item in Pœnitentia absolutio confessionem subinde tardius subsequitur.

Ad 1ºm. *R. C. Ant. N. Cons.* *Disparitas* est. De antiquis non habetur per fundamentum idem asserendi. Dicitur quidem *Levit. 4.* de sacrificio pro pec-

calo aliorum de populo, quod orare debeat sacerdos; at orationem hanc probabilius non habuisse rationem formæ, inde videtur evinci, quod similis oratio non requireretur in sacrificio, quod sacerdos offerebat pro seipso. Contrarium constat ex dictis de sacramentis novis. Rationem additam pariter *D.* Successerunt antiquis, sed ratione significandi clariore et perfectiore *C.* eadem *N.* Illa antiqua umbræ erant; nostra autem lux sunt.

Ad 2^{am}. *R. D. Ant.* Sacramentum integre et reduplicative sumptum, ut signum, ex sacramentali significatione ceu forma, rebus vero et verbis ceu materia componitur *C.* specificative sumptum *N.* Primum solum evincitur ratione probationis. At specificative sumptum rebus ut materia, verbis ut forma consistit. Nimirum sicut in quovis artefacto alio, ut statua, potest considerari duplex compositio; una in ipso ligno ex materia et forma ligni, ex quibus compositum est lignum naturale; altera ex toto ligno et forma artificiali statuæ; sic quoque in sacramento.

Ad 3^{am}. *R. D. M.* Materia et forma compositi physici debent uniri simul, ac quidem physice *C.* quia unio physica esse non potest sine actuali coexistentia partium unitarum: compositi moralis *subd.* debent uniri simul simultate physica *N.* morali *C.* Hæc autem moralis unio in morali tantum simultate, sive propinquitate tali consistit, ut secundum moralem æstimationem, et communem usum actionum similium censeantur esse simul. Hæc tamen unio et simultas moralis non est eadem in sacramentis omnibus: In Eucharistia simultas illa est maxima: In Baptismo, Confirmatione, Ordine et Extrema Unctione res non debet finire ante inceptionem verborum, nec contra; falsa enim alias foret ministri actio: In Matrimonio, ut in contractibus: In Pœnitentia, ut in iudicio humano accusatio tempore præcedit absolutionem, et promissio ac traditio acceptionem; modo in his sacramentis prudenter censeatur forma cadere super materiam, et fieri unum. Quænam vero mutatio materiæ aut formæ obstet sacramenti valori, Theologia Moralis pertractat.

ARTICULUS II.

UTRUM VERBA SACRAMENTORUM SINT PROMISSORIA ET CONCIONATORIA, AN CONSECRATORIA?

109. *Præmitto.* Quæstio hæc cum altera controversia de sacramentorum causalitate connectitur; hic vero velut proprio in loco, scholarum more, pertractanda est. Dupliciter vero potest intelligi: 1^o. an in omni sacramentorum collatione adhiberi debeat et præmitti ceu essentialis sacramenti pars, concio aliqua divinæ promissionis explicativa: 2^o. an verba, quæ rationem formæ in sacramentis habent, promissoria sint et concionatoria, non autem consecratoria? Utrumque a Protestantibus asseri videtur; primum quidem non æque a singulis, sicut secundum.

Verba autem, quæ in sacramentis formæ munere funguntur, vocant 1^o. *promissoria*, vel quod promissiones divinas in se contineant; vel et maxime, quod illas factas revocent in memoriam, earumque quasi sigilla sint. 2^o. *Concionatoria* appellant, quod alta voce prolata excitent justificationis a Deo promissæ fidem in audientium mentibus, quæ fides deinde sola

justificationis causa sit, uti dictum de causalitate sacramentorum. 3^o. *Consecratoria* autem hoc uno sensu dici posse concedunt, quod rem in sacramentis a profano usu ad religiosum et sacrum transferant; nullatenus vero quod simul efficiant id, quod significant, nimirum gratiam. In quo ultimo capitalis eorum a Catholicis differentia intelligitur. Adultis enim necessaria rerum illarum scientia nondum imbutis concionem, h. e. instructionem adhiberi debere, non quidem quasi pars esset sacramenti, facile permittunt Catholici, juxta illud: *docete, baptizantes.* Pariter posse verba in sacramentis dici divinarum promissionum sigilla et pignora; illa etiam aliquo sensu concionis vices subire excitando objective fidem, pietatem, ut suo loco ex Catechismo Romano observavimus; ac tandem verba res a profano usu transferre, ut, si in his solis controversia hæreret, hæc tota esset de solo nomine. At præter hæc plus exigunt Catholici, scilicet verba in sacramentis esse præcipue consecratoria, quatenus simul vere efficiunt, scilicet gratiam, quam significant.

110. *Dico I.* Ad nullius sacramenti collationem tanquam pars essentialis præmitti vel adhiberi concio debet, quæ sit divinarum promissionum, tum quarumvis, tum de sacramentorum institutione, vel effectu explicatio.

Prob. I. Ex *S. SCRIPTURA*, quæ dum sive de Baptismo, sive Eucharistia loquitur, nusquam mentionem facit habendæ concionis; quin officium baptizandi ab officio prædicandi, vel concionandi distinguit, ut, dum 1. Cor. 1. 17. ait Apostolus: *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare.* Et vero si verba concionatoria essent in sacramentis, instituta ad excitandam divinæ promissionis fidem, pro forma potius illa adhibenda essent. Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, etc.* ac in Eucharistia: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, etc.* quam ista: *Ego te baptizo in nomine Patris, etc.*: *Hoc est corpus meum.* Cum enim hæc divinam promissionem explicite non contineant, sed potius priora; hæc magis præ illis ad excitandam fidem facerent.

Prob. II. Certum est, Baptisma hæreticorum, etsi quoad mysterium *SS. Trinitatis* errarent in fide; si tamen formam proferrent integram, semper ab Ecclesia agnita fuisse validum, nec tales baptizatos transeuntes ad Ecclesiam Catholicam fuisse rebaptizatos, ut constat ex Can. 8. et 49. Concilii *NICÆNI I.* et *S. AUGUSTINO L. 3.* de Bapt. contra Donatistas c. 13. dicente, integrum esse sacramentum, si Evangelicis verbis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti fuerit consecratum, sive a Marcione, sive Ario, sive Eunomio, sive Valentino; qui singuli de *SS. Trinitate* sentiebant hæretice, ac proinde circa formam Baptismi; ergo dicendum, vel nullam essentialiter ante sacramentum concionem requiri; vel dicendum, etiam concionem hæreticam: et blasphemam fuisse partem essentialem sacramenti, quod sine blasphemia nova dici non potest.

Prob. III. Recte et bene adversariorum consensu baptizantur infantes et amentes: sed his nec adhibetur concio, nec adhiberi potest, qua in ipsis justificationis promissæ excitetur fides; ergo vel horum Baptismus esset invalidus, vel illa concio non est de sacramenti essentia.

Respondet Calvinus 1^o. Etsi Baptismus tunc non prosit infantibus, profutu-

calo aliorum de populo, quod orare debeat sacerdos; at orationem hanc probabilius non habuisse rationem formæ, inde videtur evinci, quod similis oratio non requireretur in sacrificio, quod sacerdos offerebat pro seipso. Contrarium constat ex dictis de sacramentis novis. Rationem additam pariter *D.* Successerunt antiquis, sed ratione significandi clariore et perfectiore *C.* eadem *N.* Illa antiqua umbræ erant; nostra autem lux sunt.

Ad 2^{am}. *R. D. Ant.* Sacramentum integre et reduplicative sumptum, ut signum, ex sacramentali significatione ceu forma, rebus vero et verbis ceu materia componitur *C.* specificative sumptum *N.* Primum solum evincitur ratione probationis. At specificative sumptum rebus ut materia, verbis ut forma consistit. Nimirum sicut in quovis artefacto alio, ut statua, potest considerari duplex compositio; una in ipso ligno ex materia et forma ligni, ex quibus compositum est lignum naturale; altera ex toto ligno et forma artificiali statuæ; sic quoque in sacramento.

Ad 3^{am}. *R. D. M.* Materia et forma compositi physici debent uniri simul, ac quidem physice *C.* quia unio physica esse non potest sine actuali coexistentia partium unitarum: compositi moralis *subd.* debent uniri simul simultate physica *N.* morali *C.* Hæc autem moralis unio in morali tantum simultate, sive propinquitate tali consistit, ut secundum moralem æstimationem, et communem usum actionum similium censeantur esse simul. Hæc tamen unio et simultas moralis non est eadem in sacramentis omnibus: In Eucharistia simultas illa est maxima: In Baptismo, Confirmatione, Ordine et Extrema Unctione res non debet finire ante inceptionem verborum, nec contra; falsa enim alias foret ministri actio: In Matrimonio, ut in contractibus: In Pœnitentia, ut in iudicio humano accusatio tempore præcedit absolutionem, et promissio ac traditio acceptionem; modo in his sacramentis prudenter censeatur forma cadere super materiam, et fieri unum. Quænam vero mutatio materiæ aut formæ obstet sacramenti valori, Theologia Moralis pertractat.

ARTICULUS II.

UTRUM VERBA SACRAMENTORUM SINT PROMISSORIA ET CONCIONATORIA, AN CONSECRATORIA?

109. *Præmitto.* Quæstio hæc cum altera controversia de sacramentorum causalitate connectitur; hic vero velut proprio in loco, scholarum more, pertractanda est. Dupliciter vero potest intelligi: 1^o. an in omni sacramentorum collatione adhiberi debeat et præmitti ceu essentialis sacramenti pars, concio aliqua divinæ promissionis explicativa: 2^o. an verba, quæ rationem formæ in sacramentis habent, promissoria sint et concionatoria, non autem consecratoria? Utrumque a Protestantibus asseri videtur; primum quidem non æque a singulis, sicut secundum.

Verba autem, quæ in sacramentis formæ munere funguntur, vocant 1^o. *promissoria*, vel quod promissiones divinas in se contineant; vel et maxime, quod illas factas revocent in memoriam, earumque quasi sigilla sint. 2^o. *Concionatoria* appellant, quod alta voce prolata excitent justificationis a Deo promissæ fidem in audientium mentibus, quæ fides deinde sola

justificationis causa sit, uti dictum de causalitate sacramentorum. 3^o. *Consecratoria* autem hoc uno sensu dici posse concedunt, quod rem in sacramentis a profano usu ad religiosum et sacrum transferant; nullatenus vero quod simul efficiant id, quod significant, nimirum gratiam. In quo ultimo capitalis eorum a Catholicis differentia intelligitur. Adultis enim necessaria rerum illarum scientia nondum imbutis concionem, h. e. instructionem adhiberi debere, non quidem quasi pars esset sacramenti, facile permittunt Catholici, juxta illud: *docete, baptizantes*. Pariter posse verba in sacramentis dici divinarum promissionum sigilla et pignora; illa etiam aliquo sensu concionis vices subire excitando objective fidem, pietatem, ut suo loco ex Catechismo Romano observavimus; ac tandem verba res a profano usu transferre, ut, si in his solis controversia hæreret, hæc tota esset de solo nomine. At præter hæc plus exigunt Catholici, scilicet verba in sacramentis esse præcipue consecratoria, quatenus simul vere efficiunt, scilicet gratiam, quam significant.

110. *Dico I.* Ad nullius sacramenti collationem tanquam pars essentialis præmitti vel adhiberi concio debet, quæ sit divinarum promissionum, tum quarumvis, tum de sacramentorum institutione, vel effectu explicatio.

Prob. I. Ex *S. SCRIPTURA*, quæ dum sive de Baptismo, sive Eucharistia loquitur, nusquam mentionem facit habendæ concionis; quin officium baptizandi ab officio prædicandi, vel concionandi distinguit, ut, dum 1. Cor. 1. 17. ait Apostolus: *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare*. Et vero si verba concionatoria essent in sacramentis, instituta ad excitandam divinæ promissionis fidem, pro forma potius illa adhibenda essent. Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, etc.* ac in Eucharistia: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, etc.* quam ista: *Ego te baptizo in nomine Patris, etc.*: *Hoc est corpus meum*. Cum enim hæc divinam promissionem explicite non contineant, sed potius priora; hæc magis præ illis ad excitandam fidem facerent.

Prob. II. Certum est, Baptisma hæreticorum, etsi quoad mysterium *SS. Trinitatis* errarent in fide; si tamen formam proferrent integram, semper ab Ecclesia agnita fuisse validum, nec tales baptizatos transeuntes ad Ecclesiam Catholicam fuisse rebaptizatos, ut constat ex Can. 8. et 49. Concilii *NICÆNI I.* et *S. AUGUSTINO L. 3.* de Bapt. contra Donatistas c. 43. dicente, integrum esse sacramentum, si Evangelicis verbis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti fuerit consecratum, sive a Marcione, sive Ario, sive Eunomio, sive Valentino; qui singuli de *SS. Trinitate* sentiebant hæretice, ac proinde circa formam Baptismi; ergo dicendum, vel nullam essentialiter ante sacramentum concionem requiri; vel dicendum, etiam concionem hæreticam: et blasphemam fuisse partem essentialem sacramenti, quod sine blasphemia nova dici non potest.

Prob. III. Recte et bene adversariorum consensu baptizantur infantes et amentes: sed his nec adhibetur concio, nec adhiberi potest, qua in ipsis justificationis promissæ excitetur fides; ergo vel horum Baptismus esset invalidus, vel illa concio non est de sacramenti essentia.

Respondet Calvinus 1^o. Etsi Baptismus tunc non prosit infantibus, profutu-

rum tamen suo tempore, cum ad rationis usum pervenerint, ut significationem possint intelligere. Verum

Contra est 1°. Si concio est de essentia Baptismi, deberet ab infantibus actu percipi, sicut eosdem aqua debet attingere. 2°. Multi infantes moriuntur antequam ad rationis usum perveniant, ut proinde ex habita concione nec quidquam utilitatis consequi, nec intelligere significationem possint.

Respondet 2°. Concionem, si non prosit infantibus, saltem prodesse adstantibus. Sed

Contra est 1°. Quod fieri possit, ut præter baptizantem et baptizandum nemo alius præsens sit. 2°. Sacramenta non celebrantur ob circumstantes, sed ad utilitatem suscipientium. 3°. Manebit igitur, parvulum ipsum ex tali Baptismo nihil fructus percipere, quod omnium hominum rationem ferit. Item manebit hoc alterum, infantes inutiliter baptizari. Similia vide alia de Causal. Sacrament.

111. *Dico II.* Verba sacramentorum, quibus forma constat, sunt vere consecratoria, sic, ut consecrent, et sanctificent elementum vel rem, ac etiam efficiant id, quod significant, sive gratiam.

Prob. I. Auctoritate S. SCRIPTURÆ, et PATRUM, a quibus constanter verba sacramentorum vocantur consecratoria, nunquam promissoria, aut concionalia. Sic 1. Cor. 10. 16. Eucharistiam vocat *benedictionis* Apostolus: *Calice benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Sic Act. 22. 16. Baptismus conferri dicitur *invocatione* nominis Christi: *Exurge, baptizare, et ablue peccata tua invocato nomine ipsius, scilicet Christi.* Sed per verbum benedictionis, invocationis, non aliud intelligitur, quam verbum consecrationis. Hinc S. AMBROS. L. 4. de Sacram. c. 4. n. 14. inquit, *per consecrationem de pane fieri carnem Christi.* S. GREGOR. NYSS. orat. Catech. c. 37. (opp. t. 3. p. 104. C.) *Dei verbo sanctificatum panem, et in Dei Verbi corpus credo transmutari.* S. AUG. L. 3. de Bapt. contra Donatistas c. 10. n. 15. : *Baptismus Christi, ait, verbis Evangelicis consecratur.* Et L. 5. c. 20. assërit ad verba ministri, Deum oleum sanctificare; et paulo infra, a Deo exaudiri deprecantem vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur. S. CYRIL. HIEROSOL. Catech. 3. n. 3. ait, *aquam simplicem per Spiritum sanctum, Christi et Patris invocationem, sanctitatem consequi.* Nemo vero unquam promissionis, vel concionis usus nomine reperitur.

Prob. II. Eadem ratione, qua Conclusio præcedens, sumpta tum ex Baptismo hæreticorum, formam servantium, valido semper habito in Ecclesia; tum a Baptismo infantium. Quibus adde: ab ipsis adversariis validum haberi Baptisma Catholicorum, etsi hi concionalibus non utantur verbis, nec de concione, ceu essentiali aliquo sacramenti cogitent; sed hi rebaptizandi essent, si quando ad castra adversariorum transeant, si verba concionalia essent de essentia sacramenti.

112. *Obj. I.* Ex S. SCRIPTURA. 1°. Christus Matth. ult. 19. præcepit Apostolis, docere gentes, et baptizare: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti;* ergo Baptismum prædicatio, vel concio præire debet,

2°. 1. Petr. 3. inquit S. PETRUS: *Vos nunc similis formæ salvos fecit Baptisma; non carnis depositio sordium, sed bonæ conscientie interrogatio in Deum.* Ubi, dum interpres latinus vertit *interrogatio*, textus græcus habet *stipulatio*, quæ vox pactum significat, quod scilicet baptizatus inquit cum Deo; igitur verba sacramentalia verba pacti, vel promissionis sunt.

3°. Ad Ephes. 5. 25. ait Apostolus: *mundans (Ecclesiam) lavacro aquæ in verbo vitæ;* sed hoc verbum vitæ non aliud est, quam concionis, ipso ita interpretante HIERON. Comment. in epist. ad Ephes., per verbum vitæ doctrinam intelligi; ergo.

Ad 1^{um}. R. D. Cons. Præire debet concio tanquam pars, vel essentielle requisitum Baptismi N. tanquam præparatio ad Baptismum cum fructu percipiendum C. Doctrina et instructio præire debet Baptismum respectu adultorum, non tanquam essentielle quid sacramenti, cum apud infantes non habeat locum; sed quia adulti rerum fidei notitia prius imbuendi, sicque ad Baptismum præparandi sunt.

Ad 2^{um}. R. N. Cons. Verus enim Apostoli sensus est, quod Baptismus salvos faciat, quos abluit; non equidem sordes abluendo corporis, quod tantum in Lege veteri baptismata poterant; sed abluendo sordes animæ, quam mundationem interiori exprimit per conscientie bonæ interrogationem; vel, si ita contendas, per stipulationem, quia baptizatus, quasi inquit cum Deo pacto, hunc sibi, sequæ Deo obstringit, cum Baptismi susceptio sit quædam totius Christianæ Legis servandæ professio, sicut olim circumcisio Legis veteris. Vide etiam de hoc textu dicta num. 47.

Ad 3^{um}. N. min. Per verbum vitæ Apostolus invocationem SS. Trinitatis intelligit, juxta illud: *baptizantes eos in nomine Patris, etc.;* non vero illud: *docete;* sicque hunc locum exponunt S. CHRYSOST., THEOPHYLACT. apud BELLARM. hic, solo excepto HIERON., qui vero loc. cit. fatetur ipse, se hæc non de sacramento Baptismi, sed in sensu tropologico de qualibet purgatione loqui, quæ quomodocumque haberi per doctrinam potest.

113. *Obj. II.* Ex SS. PATRIBUS. 1°. S. AUG. Tract. 80. in Joan. n. 3. in illa Christi verba: *Jam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis,* diserte inquit: *Quare non ait, mundi estis propter Baptismum, quod loli estis, sed ait, propter verbum, quod locutus sum vobis, nisi quia et in aqua verbum mundat? detrahe verbum, et quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum;* ergo juxta S. Patrem tota vis mundandi in Apostolis fuit a verbo concionis a Christo habitæ; estque adhuc.

2°. Tract. eod. ibid. Unde, inquit, *ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, et cor abluat, nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur;* atqui fides ex concione habetur; unde subdit: *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, ait Apostolus; quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Jesus, etc.;* quæ rursus verbum concionale denotant.

3°. S. AMBROS. L. de Mysteriis c. 4. n. 14. *Aqua, ait, sine prædicatione Dominicæ crucis ad nullos usus futuræ salutis est... Sicut ergo in illum fontem Moyses misit lignum... ita et in hunc fontem sacerdos prædicationem Dominicæ crucis mittit, et aqua fit dulcis ad gratiam;* ergo.

Ad 1^{um}. R. N. Cons. Apposite enim S. Pater notat, Christum dixisse:

vos mundi estis propter verbum, et non propter Baptismum, quia in omni mundatione vis mundandi a verbo oritur: nam si mundatio fiat extra sacramentum, debet adesse fides actualis; fides autem ex auditu; auditus autem per verbum Christi. Rom. 10. 17. Si vero in sacramento fiat, necesse est, accedat verbum consecrationis. S. Aug. igitur hoc Tract. generatim loquitur de omni verbo, per quod mundatio fit; hinc pro utroque verbo S. Scripturæ colligit testimonia tum pro concionali, tum sacramentali, vel consecratorio. Per verbum vero, quod in aqua mundat, consecratorium intelligit, 1º. quia ait, per hoc verbum ipsam aquam consecrari; hoc enim important clare: *detrahe verbum, et quid est aqua, nisi aqua?* Concio etenim, etsi in audientium mente operari fidem possit, in ipsa tamen nihil operatur; unde et juxta adversarios ideo requiritur concio, vel verbum concionale, ut excitetur fides. 2º. Quia ait, verbum hoc ad elementum accedere; sed juxta adversarios concio præcedere debet.

Ad 2^m. R. Explico 1^m. tectum cum D. Non quia dicitur, sed quia creditur actu et formaliter N. quia creditur objective C. Non hoc vult S. Doctor, nullam vim inesse verbis sine fide actuali, cum contra Donatistas multis probet, valere Baptisma sine fide datum, et sine fide receptum; sed, ut ex contextu patet, scopus S. Aug. est, docere, quod verbum vim mundandi in Baptismo non habeat a solo sono, sed ob mysterium fidei, quod sua significatione exprimit, scilicet invocationem SS. Trinitatis. Unde sensus est: *non quia dicitur*, h. e. secundum exteriorem sensibilem vocis sonum; sed *quia creditur*, h. e. secundum sensum verborum, qui sola fide percipitur et tenetur; ita enim statim S. Doctor explicat semetipsum, rationem subdens; *nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.*

Ad alterum tectum R. Hæc revera iterum verbum concionale denotant; sed falsum, quod hoc ibi exigat Baptismum; nam, ut dictum, eod. Tractatu 80. in Joan. de verbo generaliter loquitur, modo de concionali, modo de sacramentali et consecratorio, ut ostendat, mundationem omnem a verbo oriri; quin tamen sit in verbis S. Doctoris æquivocatio; quia utriusque verbi characteres sic semper distincti sunt, ut nullus possit decipi. Quare dum sic tandem concludit: *Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait. Jam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis*, hæc Christi verba non restringit præcise ad sermonem post ultimam cœnam habitum; sed intelligit de verbo generatim, ut sensus sit: vos mundi estis propter verbum meum, sive quod me concionante audivistis, sive quo in Baptismo mundati estis.

Ad 3^m. R. N. Cons. Per prædicationem enim Dominicæ crucis S. Ambros. verbum consecratorium intelligit, nullatenus concionatorium; alioquin non ibid. dixisset: *In hunc fontem sacerdos prædicationem Dominicæ crucis mittit*; concio enim non ad fontem sed ad audientes dirigitur. Hæc igitur Dominicæ crucis prædicatio est invocatio SS. Trinitatis, quæ, ut applicatur Baptismo, crucis efficacitatem commendat. Unde ipse Ambrosius de sacram. L. 2. c. 3. n. 14. *Venit sacerdos, inquit, precem (non concionem) dicit ad fontem, invocat Patris nomen, præsentiam Filii et Spiritus sancti: utitur verbis cœlestibus. Cœlestia verba quæ? Christi sunt, quod baptizemus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Et de mysteriis c. cit. n. 8. *Quid vidisti? Aquas utique, sed non solas... summum sacerdotem interrogantem et consecrantem (non concionantem).* Et vero, admissa adversariorum

sententia semper ante Baptismi collationem præire deberet concio de S. Christi cruce, quod nec unquam fecit Ecclesia; nec ipsi suslinebunt cultus ac laudis S. crucis minime amici.

114. Obj. III. EX RATIONE. 1º. Sacramenta sunt signa sacra, quæ in cognitionem alterius rei sacræ debent suscipientem deducere: sed hoc fieri nequit, nisi per verba concionalia excitetur fides; ergo. 2º. In infantibus reipsa excitatur fides; ergo non tenet argumentum petitum a Baptismo infantium. Prob. Ant.; nam 1. ait Aug. serm. 14. de verb. Apost. (al. serm. 294. c. 18. n. 17.): *Absit ut ego dicam, non credentes infantes.* 2. quia alias patrini mentirentur, dum nomine infantis respondent: *Credo*; ergo credunt infantes miraculose, ut ait Lutherus; ad hoc elevati, sicut S. Joannes Baptista in matris utero.

Ad 1^m. R. Sunt signa sacra, quæ debent suscipientem deducere in cognitionem alterius actu N. potentia C. Sacramenta enim sunt signa præcipue practica, quæ efficiunt id, quod significant, etiam sine rei significatæ notitia, ut constat ex Baptismo infantium et amentium, aut collato in periculo mortis etiam adulto petenti, quando nondum debite instructus est. Unde et Ecclesia instructionem et doctrinam præmisit respectu adulatorum solum præparationis causa.

Ad 2^m. R. N. Ant. Ad prob. 1^m. R. S. Doctor ait credentes infantes nomine et actu proprio N. alieno C. Statim namque addit Augustinus: *Jam superius disputavi, credit in altero, qui peccavit in altero.*

Ad prob. 2^m. R. N. Ant. Nec enim mentiuntur patrini; sicque respondendo non intendunt significare, quod infantes credant actu proprio, sed alieno; scilicet ut S. Aug. serm. 10. de verb. Apost. (al. serm. 176. n. 2.) ait: *Accommodat mater Ecclesia (infantibus) aliorum pedes ut veniant; aliorum cor ut credant; aliorum linguam ut fateantur.* Illatio proinde Lutheri inane commentum est.

ARTICULUS III.

AN MATERIE ET FORMÆ SACRAMENTORUM OMNIUM NOVÆ LEGIS SINT A CHRISTO DETERMINATÆ? ET QUOMODO?

115. Præmitto. Præsens controversia inde potissimum nata est, quod Ecclesia pro variis temporibus videatur diversis usæ ritibus fuisse, ac præsertim, quod sacramentum Ordinis alio ritu conferatur a Græcis etiam Catholicis, quam Latinis; unde videtur consequi, quod vel Christus non determinavit sacramentorum omnium materiam et formam, vel in his quædam immutavit Ecclesia. At

116. Dico I. Christus aliquo modo determinavit sacramentorum omnium materiam et formam. Est certa Theologorum omnium sententia.

Prob. I. Ex S. Scriptura, quæ, ut dictum Dissertat. præced. c. 1. a. 3., pro singulis sacramentis assignat aliquem ritum externum; ergo.

Prob. II. Ex perpetua traditione Ecclesiæ, et doctrina SS. Patrum non alium unquam sacramentorum auctorem asserentium, quam Christum;

quos retuli Dissert. I. c. 4. a. 5. Unde hoc ducitur argumentum : Christus est auctor sacramentorum novæ Legis; sed auctor compositi ille proprie dicitur, qui hujus materiam et formam instituit; et determinat; ergo.

117. *Dico II.* Non tamen determinavit sacramentorum omnium materias et formas eodem modo, sed alias magis specificè, alias magis genericè.

Prob. In quibusdam sacramentis determinavit materiam quoad speciem infimam, et verba formæ quoad significationem plane singularem, in aliis vero quoad speciem subalternam, et quoad genus; formam autem quoad significationem latiore; ergo. *Prob. Ant.* Sic in Baptismo pro materia remota determinavit aquam elementarem ablutioni aptam, juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*: quæ est materiæ in specie infima determinatio. Pariter in hoc sacramento determinavit verba, quibus explicitè significetur persona, quæ baptizatur; et ablutio facta a ministro cum expressa invocatione SS. Trinitatis, juxta illud Matth. ult. *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* E contra pro materia remota sacramenti Eucharistiæ instituit speciem subalternam, panem triticeum, et vinum de vite; sive deinde panis sit azymus, sive fermentatus; sive sit vinum album, sive rubrum, Rhenanum, Franconicum, Burgundicum. In sacramento Ordinis, juxta ea, quæ de sacramento hoc in specie dixi, actionem determinavit externam magis genericam, per quam significetur collatio potestatis sacræ. In sacramento Matrimonii sufficere voluit verba, non tamen formalia, sed etiam virtualia; in cæteris vero sacramentis sex verba formalia requisivit; hæcque subinde in significatione latiore, ut in sacramento Ordinis; subinde strictiore, ut in Baptismi sacramento. Quin in sacramentis pluribus formam aliqua verborum phrasi determinatam a Christo non accepimus; sed ex divini auctoris institutione solum in genere quædam tradita est, ut in Pœnitentia verba remissionem peccati significantia; in Matrimonio expressiva consensus mutui; in Extrema Unctione oratio. Christus nimirum egisse videtur cum Apostolis modo, quo princeps agit cum ministris et legatis, quibus hic quidem certum negotium conficiendum determinat, verba vero in ipso adhibenda negotio in specie non præscribit.

118. *Obj.* Christus omnium sacramentorum materias determinavit in specie; ergo non alias magis specificè, alias magis genericè.

Prob. Ant. 1º. Quia nullum est ex septem novæ Legis sacramentis, cui non expressa ac determinata materia assignetur a S. Scriptura, ut constat inductione; nam de Baptismo imprimis et Eucharistia hoc inter omnes convenit non solum quoad materiam, sed et formam; cæteris vero quinque, etsi non æque forma, materia tamen assignatur specificè; Confirmationi impositio manus Actor. 8. *Tunc imponebant manus super illos*: Ordinationi tum diaconorum impositio manus Actor. 6. *Orantes imposuerunt eis manus*, tum presbyterorum, et episcoporum 1. ad Tim. 4. *Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi... cum impositione manuum presbyterii*: Extremæ Unctioni oleum Jac. 5.: sacramento Pœnitentiæ confessio Joan. 20.: Matrimonio demum unio viri cum muliere, sive mutuus utriusque consensus. Ergo si quid materiæ accesserit Ecclesiæ usu, ut traditio

instrumentorum in Ordine, ad partes accidentales, vel ad summum integrales tantum pertinet; vel Ecclesia aliquid immutavit in substantialibus.

2º. Christus immediate ac per se singula Legis novæ sacramenta instituit, ut colligitur ex Concilio TRID. Sess. 7. Can. 1.; sed si Ecclesia determinasset in aliquo materiam in specie, non Christus illud instituisse dici proprie posset, sed tantum mediate per Ecclesiam; et hæc potius instituisse dicenda esset.

3º. Juxta TRID. Sess. 21. c. 2. Ecclesia nihil mutare potest quoad sacramentorum substantialia, seu partes essentielles; ergo nec determinare in specie materiam.

R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. R. N. *Cons.* Non enim omnia, quæ ad sacramenta pertinent, in Scripturis expressa sunt, sicut nec omnium sacramentorum formæ; sed multa habentur ex traditione Ecclesiæ. Sic Apostoli leguntur Confirmationis sacramentum contulisse impositione manus; at ut dicemus suo loco ex SS. Patribus, non exclusa chrismatizatione. Pariter dum Apostoli sacramentum Ordinis contulerant impositione manuum, non ideo hac usi sunt, quod eam Christus ipse in specie determinasset, sed, ut mox dicemus, cum Christus voluerit hoc sacramentum administrari per signum aliquod vel ritum, quo significaretur collatio potestatis sacræ, Apostoli tanquam signum hujus potestatis expressivum determinarunt impositionem manuum, ritum jam olim in Lege veteri usitatum.

Ad prob. 2^{am}. R. D. *Ant.* Christus per se instituit sacramenta singula, pro singulis determinando materiam in specie N. sic enim certo singulis non determinavit formas; saltem determinando in genere materias C. Hoc jam sufficit, ut Christus dicatur instituisse per se singula, quod requisiverit aliquod signum in genere expressivum effectus, ac ejus deinde determinationem specificam reliquerit Ecclesiæ; hoc ipso enim, quod signo a se determinato in genere, et in specie determinando ab Ecclesia annexerit gratiam ipse, vere ipse solus dici debet instituisse sacramenta; hoc enim proprie est sacramenta instituire, signo alicui dare vim conferendi gratiam, non vero quomodocumque materialiter signum eligere.

Ad prob. 3^{am}. R. N. *Cons.* Quia semper salva manet sacramenti substantia, quoad servatur Christi institutio; servatur vero hæc, si signum a Christo in genere requisitum pro concessa sibi ab eodem libertate hoc determinet in specie, ut signum sit idoneum ad exprimendum effectum; unde, etsi hoc signum spectatum materialiter diversum sit a signo alio in specie pariter expressivo effectus; est tamen idem formaliter, quod satis est, ut salva dicatur remanere substantia. ®

119. *Dico III.* Etsi Ecclesia possit determinare, mutare accidentales quosdam sacramentorum ritus; nequit tamen immutare eorum materias et formas quoad substantiam, sive sub ea ratione, sub qua eas Christus instituit.

Prob. Ex Concilio TRID. Sess. 21. c. 2., ubi docet, hanc potestatem perpetuo fuisse in Ecclesia, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati magis expedire judicaret; per hæc: *salva illorum substantia*, clare indicat, non posse Ecclesiam mutare, quæ de sacramentorum substantia sunt, materias

nimirum et formas, quatenus eas Christus determinavit. Accedit, quod sacramenta vim suam omnem significandi et causandi præcise a Christo institutore habeant, qui illam materiis et formis, quantum has determinavit, annexuit; ergo ut determinatæ ab eo sunt, remanere debent, ne secus vim a Deo acceptam deperdant.

120. *Obj.* Ecclesia in variis mutavit materias et formas, adeoque substantialia; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Nam Baptismus olim conferebatur ab Apostolis solo invocato nomine Jesu, ut constat ex Actor. 2. et 8.; hodie vero non valet, nisi collatus invocatione trium divinarum personarum singillatim expressa. Item olim conferebatur per trinam immersionem, non sic hodie.

2^o. Apostoli sacramentum Confirmationis sola olim manus impositione contulerunt, Actor 8.; nunc vero etiam confertur unctione chrismatis, cui quidem Græci ultra triginta immiscent aromatum species. Pariter forma sacramenti Pœnitentiæ, ut vult MORINUS, in primitiva Ecclesia erat deprecatoria, jam vero est judicativa et absoluta.

3^o. In Ecclesia latina sacerdos ordinatur per traditionem simul instrumentorum, calicis cum vino, et patenæ cum hostia sub hac forma: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, etc.*: postea per impositionem manuum Episcopi cum forma: *Accipe Spiritum sanctum; quorum remiseras, etc.*; quarum forma prior exhibet potestatem in corpus Christi verum, sive consecrandi; altera in corpus Christi mysticum, sive absolvendi; olim vero per solam impositionem manuum peragebatur ordinatio, eaque tantum adhuc hodie utuntur Græci cum hac forma: *Divina gratia, quæ semper infirmam sanat, et quæ desunt, supplet, promovet venerabilem diaconum in presbyterum.* Idem argumentum circa diaconatum valet. Certum vero est, valuisse olim ordinationem istam, valereque etiamnum apud Græcos.

4^o. Non mansit eadem materia in sacramento Matrimonii; ergo. *Prob. Ant.* Olim ante TRID. valuit contractus clandestinus; sed hunc invalidavit idem Concilium.

R. N. *Ant.* vel D. Mutavit materialiter et accidentaliter C. formaliter et substantialiter N.

Ad prob. 1^{am}. R. *quoad 1^{am} part. N.* collatum fuisse Baptismum solo invocato Jesu nomine; sed dum baptizati dicuntur in nomine Jesu, idem sonat, ac Baptismo ab eodem instituto, vel auctoritate Christi, aut virtute; quod enim Apostoli conferendo Baptismum expresserint personas, ex Actor. 19. intelligere est, ubi, cum Ephesii dicerent: *neque si Spiritus sanctus est, audivimus*, quærebat ex iis Apostolus: *in quo ergo baptizati estis?* Ergo tunc baptizabantur in nomine Spiritus sancti; alioquin enim non recte collegisset Apostolus, eos ex Baptismo Spiritum sanctum scire debuisse. Sed de hoc plura, ubi de Baptismo in specie. *Quoad 2^{am} part. R.* Ritus immersionis et infusionis non nisi accidentaliter discrepant; cum utroque modo habeatur vera ablutio, quam solam requisivit Christus.

Ad prob. 2^{am}. R. *quoad 1^{am} part. N. Ant.* Ut enim testantur DIONYS. AREOP., CLEMENS ROM., TERTUL., CYPRIAN., CORNELIUS, aliique relati a BELLARMI. de Confirm. L. 2. c. 8. Apostoli simul adhibuerunt chrisma, usi unctione chrismatis, ut nunc Ecclesia; hæc proinde, ut paulo ante dictum, Actor. 8.

non excluditur. *Quoad 2^{am} part.* pariter N. Ass. quod non sufficienter probatur a MORINO. Sed etiam de utroque hoc sacramento plura suo loco leges, cum hæc ex instituto pertractare nondum hujus loci sit.

Ad prob. 3^{am}. R. N. *Cons.* Neque impositio manuum juxta dicta ante determinate, nec traditio instrumentorum determinate fuit designata a Christo pro materia; sed in genere ritus externus, quo significaretur sacræ potestatis collatio. Similiter pro forma Ordinum non fuerunt instituta hæc vel illa determinata verba, sed aliqua collationem ejusdem potestatis significantia. Cum igitur varii ritus possint esse ita significativi, potest Ecclesia pro libertate a Christo accepta, quem voluerit, determinare. Hinc Apostoli elegerunt solam manuum impositionem, eamque solam retinuit Ecclesia Græca; Latina vero ad majorem collatæ potestatis expressionem impositioni manuum addidit traditionem instrumentorum cum verbis potestatem consecrandi clarius significantibus. Ex quo patet, materiam Latino-rum et Græcorum non differre formaliter et substantia, sed materialiter tantum et physice, cum utraque prædicatum, quod Christus in genere instituit, ac in materia Ordinis reperiri voluit, scilicet esse ritum significativum potestatis sacræ, participet.

Utrum vero, si Latinus ordinaretur ritu græco, aut Græcus ritu latino, valida sit ordinatio, incertum plane est et controversum. Affirmant SUAREZ, VASQUEZ, aliique magno numero, quod, cum una sit Ecclesia, sacramenta ubique esse debeant uniformia, ac proinde materia Ordinis apud Latinos et Græcos non sit diversa in substantia. Negant nihilominus alii, quod signa illa per legem et consuetudinem amiserint vim significativam potestatis; cum enim sint signa ad placitum, ex lege et consuetudine vim significandi amittere et mutare possunt. Nec tamen idcirco, aiunt patroni hujus sententiæ, sunt religiones, aut sacramenta moraliter et formaliter diversa; quia sunt quidem signa diversa materialiter et physice in diversa Ecclesia particulari; sed habent tamen respective ad diversam illam Ecclesiam vim significandi eandem. Nec hoc rarum est, inquit, quod signum materialiter idem respectu diversorum populorum non significet idem, sed diversa; sic enim detectio capitis apud Europæos honoris est, apud Sinenses contemptus.

Ad prob. 4^{am}. R. D. *Ant.* Non mansit eadem materia formaliter et substantialiter N. materialiter C. Christus pro materia hujus sacramenti non designavit hanc vel illam contrahendi rationem in specie, sed solum in genere contractum legitimum, h. e. legi a legitimo magistratu conformem; Ecclesiæ vero, cujus dispositioni, ceu magistratus legitimi, hic contractus subest, postquam ad sacramenti dignitatem subvectus fuit, integrum reliquit, liberumque annectendi condiciones pro exigentia temporis; hanc vel illam in specie contrahendi rationem pro legitima statuendi; cum igitur Ecclesia sustulerit legitimitatem ex contractu clandestino, ac solum legitimum declararit contractum publicum, non mutavit quidquam in eo, quod determinaverat Christus.

CAPUT II.

DE CAUSA SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS EFFICIENTE MINISTERIALI,
SIVE MINISTRO.

Perutiles æque, ac graves hic controversiæ occurrunt, quæ qualitatem ministrorum attinent; de eorum probitate, fide, intentione; quas nunc ordine pertractabimus.

ARTICULUS I.

QUIS SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS MINISTER SIT?

Præmitto. Lutherus L. de Miss. priv. etiam angelos, bonos et malos posse legitime sacramenta conficere: Calvinus contra in Antidoto Concilii Trid. ad Can. 10. Sess. 7. eos, qui tantum legitime vocati sunt, habere sacramenta ministrandi facultatem, adeo tuetur severe, ut ne quidem urgente necessitate velit competere laicis, præsertim feminis, potestatem conferendi Baptismi.

121. *Dico I.* Solus homo, ac quidem viator de lege Dei ordinaria, non vero angelus, sive bonus, sive malus, nec anima separata a corpore, minister sacramentorum est.

Prob. Auctoritate S. SCRIPTURÆ, quæ non aliis, quam hominibus, iisque viatoribus datam a Christo facultatem ministrandi, sive conficiendi sacramenta refert. Ad solos enim viatores homines dixit Christus Matth. 28. 19. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos.* Joan. 20. 22. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata.* Luc. 22. 19. *Hoc facite in meam commemorationem.* Ita et Apostolus 1. ad Cor. 4. 1. non alios ministros, quam homines designat: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.* Ac ad Hebr. 5. 1. *Omnis, inquit, pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; qui condolare possit iis, qui ignorant et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate.* Hæc soli homini viatori conveniunt.

Et vere hic excludi omnes, qui homines viatores non sunt, insuper ex traditione constat. Superfluum foret, in re obvia et aperta congerere SS. Patrum sententiâs. S. CHRYSOST. hic sufficiat L. 3. de sacerdotio (opp. t. 1. p. 383. B.) inquit: *Qui terram incolunt, in eaque commorant, ad ea, quæ in caelis sunt dispensanda, commissi sunt; potestatemque acceperunt, quam neque angelis, neque archangelis dedit Deus. Neque enim illis dictum est: quæcumque ligaveritis,*

122. *Dices 1º.* Etiam angeli ministrasse sacramenta leguntur, aliæque obisse officia sacerdotum propria; ergo non solus homo viator minister est sacramentorum.

Prob. Ant. Sic NICEPHORO teste L. 11. c. 20. S. AMPHILOCHIUS ab angelis Iconii episcopus consecratus fuit, hancque consecrationem ratam cæteri episcopi habuerunt. Teste CLEMENTE VIII. in Bulla canonizationis S. Agnetis de Monte Politiano, angelus ei sæpius S. Eucharistiam præbuit. Simile factum de S. CATHARINA Senensi, et S. STANISLÃO Kostka Soc. Jesu Viennæ in ædibus hospitis Lutherani infirmo, refert historia. Teste PETRO de Natalibus L. 8. c. 130. et MOLANO, S. Michaelis Basilica ab ipsomet Archangelo consecrata fuit.

R. D. Ant. Leguntur angeli ministrasse, confecisse sacramenta ex concessione divina extraordinaria *Tr.* ordinaria, de qua sola procedit Conclusio N. Posse ex concessione extraordinaria ministrari sacramenta ab angelis, atque animabus beatis separatis a corpore, docet Doctor Angel. 3. p. q. 69. a. 7. ad 2., cumque eo alii; cum in hoc, utpote quod a divino pendet arbitrio, non sit repugnantia. Hinc et inferunt: si quem baptizasset angelus, non esse rebaptizandum, modo constet, fuisse angelum bonum. Nihilominus sacramentum ex jussione divina speciali confectum ab angelo, etsi habeat effectum, quem sacramentum novæ Legis, non tamen esset cum hoc ejusdem rationis; 1º. quia sacramenta, ut sunt de facto instituta, constant rebus et verbis (excepto Matrimonio, ejus tamen aliunde incapaces sunt angeli) formalibus, h. e. vocibus articulatis, ore vitaliter prolatis; sed talia verba non sunt soni ab angelo formati in aere. 2º. Quia de lege ordinaria homo viator minister est, et quidem qui ad sacramenta quinque alia, præter Baptismum et Matrimonium, ministranda specialiter esse consecratus debet.

123. *Dices 2º.* Quidquid potest minister inferior, etiam competit superiori: sed juxta Dionys. de cælesti Hier. c. 6. angeli sunt ministri homine superiores, et quidem teste Apostolo ad Hebr. 1. in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis; ergo.

R. D. M. Illud competit etiam superiori in eo genere, in quo est superior C. in alio genere N. Sic D. *min* et N. *Cons.* Angeli sunt ministri superiores homine 1º. quoad naturam; 2º. quoad functiones alias, custodiam et illuminationem hominum, præsertim Ecclesiæ ministrorum, quos singulariter protegunt; non autem quoad potestatem conficiendi sacramenta superiores sunt.

124. *Dices 3º.* Si sacerdos defunctus prodigiose excitatus rediret ad vitam, esset legitimus sacramenti minister; ergo etiam talis erit sacerdotis beati anima. *Prob. Cons.* Ideo enim primum; quia in sacerdote resuscitato manet idem character: sed hic etiam permanet in anima sacerdotis beati; ergo.

R. C. Ant. N. Cons. Ad prob. R. D. M. Ideo tantum, quia character manet N. simul quia resuscitatus sacerdos est verus homo viator C. Sed hoc ultimum deest animæ sacerdotis beati, separatæ a corpore; at vero ex dictis de lege ordinaria solus homo viator sacramentorum minister a Christo determinatus est.

123. *Dices 4^o.* Valor et efficacia sacramentorum non dependet a qualitate ministri, sed a sola Christi institutione; ergo modo hæc servetur, validum erit sacramentum, a quocumque conferatur, sive ab homine, sive angelo, eoque sive bono, sive malo. Deinde, ut Lutherus ait, membra dæmonis, sive peccatores possunt conficere valide sacramenta; ergo et dæmon ipse.

R. *Ad 1^{um}. D. Ant.* Valor sacramentorum non dependet a qualitate accidentali ministri, ut est probitas, status gratiæ C. a qualitate essentiali N. Sed ex dictis de lege ordinaria qualitas hominis viatoris requiritur ad sacramenti confectionem essentialiter, quia Christus sic instituit. *Quoad 2^{um}. N. Cons.* quia peccatores sunt ministri Christi, non quia tales peccatores sunt, sed quia homines viatores; hocque requisivit ad confectionem sacramenti, non vero ministri probitatem, ut plenius patebit ex Art. seq.

126. *Dico II.* Non tamen quilibet viator homo est minister sacramenti cujuslibet. Est de fide, ut constat ex TRID. Sess. 7. Can. 10., ubi damnat Lutheri hac in re doctrinam: *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.*

. *Ratio* est, quia licet omnis homo viator, ratione utens, etiam hæreticus, paganus, Judæus possit quidem baptizare valide, supposita debita intentione, ut constat ex Decr. EUGENI IV. in concilio FLOR., soli tamen baptizati conficere possunt Sacramentum Matrimonii, reliqua autem a solis ministris ad id specialiter deputatis et consecratis conficiuntur valide, ita ut minister Extremæ Unctionis et Eucharistiæ sit quivis sacerdos; Pœnitentiæ sacerdos jurisdictionem habens; Confirmationis et Ordinis episcopus consecratus; his enim solis a Christo hæc potestas collata est, etsi non ubique cum æquali restrictione; nam etiam sacerdos simplex, ut suo loco dicemus, ex delegatione summi Pontificis conferre potest sacramentum Confirmationis; et juxta multorum sententiam, subdiaconatum et diaconatum; contra in nullo casu, qui non est sacerdos, valide conficere potest sacramenta Eucharistiæ, Pœnitentiæ et Extremæ Unctionis.

Ratio a priori omnium voluntas Christi est, Scriptura et Traditione nobis intimata, quod sic breviter, quantum pro hoc loco satis, ostenditur; nam opportunior de hoc disserendi uberius locus erit, ubi de singulis sacramentis in specie.

1^o. Juxta S. Scripturam in Ecclesia diversa officia diversis committuntur, ut non sit schisma in corpore, 1. ad Cor. 12. Hinc in Ecclesia Christus quosdam constituit Apostolos, quosdam Pastores, quosdam Doctores, scilicet *in opus ministerii in edificationem corporis Christi*, ad Ephes. 4. Neque quisquam hunc honorem sibi sumit, h. e. sumere potest, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron, ad Hebr. 5. Sed si omnes fideles haberent potestatem ministrandi, conficiendi sacramentum quodlibet, nullum esset inter Ecclesiæ membra discrimen; omnes haberent eundem actum, idem officium; non evitaretur schisma in Christi corpore. Deinde non omnibus fidelibus, sed solis Apostolis dictum fuit Joan. 20. *Quorum remisistis peccata. Matth. 18. Quaecumque solveritis... ligaveritis.*

2^o. Ex Traditione, qua constat, nunquam in Ecclesia ad sacramenta ministranda vel conficienda, excepto Baptismo, admissos fuisse alios, præ-

terquam ordinatos et specialiter consecratos. Hinc in Concilio ALEXANDR. invalida declarata fuit Ischyre ordinatio, quia Colluthus qui eum ordinaverat, non fuerat episcopus, ut refert S. ATHAN. Apol. contr. Arian. n. 75. Hinc et Osius Cordubensis, ut rursus refert ATHANASIUS Hist. Arian. n. 44., ad Constantium imperatorem dicebat libere: *Ne te immisceas rebus Ecclesiasticis; nec nobis his de rebus præcepta mandes, sed a nobis potius ediscas: Tibi Deus Imperium tradidit, nobis Ecclesiastica concedidit.* Plures Patrum textus vide, ubi de sacramentorum ministris in specie.

127. *Dices 1^o.* Textus supra ex S. Scriptura deprompti non loquuntur de potestate, sed solum de hujus potestatis usu; ergo iis non obstantibus possunt homines omnes conficere et ministrare sacramenta.

R. *N. Ant.* Nam Apostolus de eo loquitur, quod Apostoli acceperant a Christo, et Aaron a Deo: sed hi potestatem acceperant; idque confirmat Apost. ad Hebr. 5. exemplo Christi, dicens: *Non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sicut ergo Christus non usum tantum accepit a Deo, sed potestatem; ita et alii.

128. *Dices 2^o.* Omnes fideles dicuntur sacerdotes; nam 1. Petr. 2. omnes vocantur *genus electum, regale sacerdotium.* Item Christus in ultima cœna ad omnes dixit Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem;* ergo.

R. *D. Ant.* Dicuntur sacerdotes vere et proprie tales, pari potestate præditi N. improprie, metaphorice, quatenus offerunt Deo hostias spirituales laudis, bona opera C. Ita S. Petrus seipsum explicat ibid. v. 5. *Ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerite spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum.* Alterum solos respicit Apostolos, quos Christus vult et jubet, ad sui memoriam facere, seu consecrare, ut viderant fecisse ipsum. Verum ne idem bis repetamus, vide, quæ huc porro reduci possent, quibus ex instituto probavimus, Ordinem sacrum hierarchicum ministrorum Ecclesiæ a statu laico penitus jure divino distinctum, cum solutione argumentorum Protestantium Tract. de Sacram. Ordin. Dissert. I. cap. 1. per totum.

ARTICULUS II.

AN AD SACRAMENTI VALOREM REQUIRATUR FIDES MINISTRI?

Controversia hæc gravissime quondam circa an. 256. S. CYPRIANUM Afrum, Carthaginis episcopum, FIRMILIANUM Cæsareensem, cæterosque Africanos, ac Orientales episcopos colliserat cum S. STEPHANO summo Pontifice. Contendebant illi, Baptismum ab hæretico, vel schismatico collatum (multo magis ab infideli, vel Judæo) nullum esse, ac proinde ita baptizatos, dum ad Ecclesiam Catholicam redeunt, rebaptizandos esse, contra ac volebat S. STEPHANUS S. P. Unde ipsis rebaptizantium nomen adhæsit, etsi non solum Baptismum a ministro hæretico vel schismatico datum; sed et sacramenta

123. *Dices 4^o.* Valor et efficacia sacramentorum non dependet a qualitate ministri, sed a sola Christi institutione; ergo modo hæc servetur, validum erit sacramentum, a quocumque conferatur, sive ab homine, sive angelo, eoque sive bono, sive malo. Deinde, ut Lutherus ait, membra dæmonis, sive peccatores possunt conficere valide sacramenta; ergo et dæmon ipse.

R. *Ad 1^{um}. D. Ant.* Valor sacramentorum non dependet a qualitate accidentali ministri, ut est probitas, status gratiæ C. a qualitate essentiali N. Sed ex dictis de lege ordinaria qualitas hominis viatoris requiritur ad sacramenti confectionem essentialiter, quia Christus sic instituit. *Quoad 2^{um}. N. Cons.* quia peccatores sunt ministri Christi, non quia tales peccatores sunt, sed quia homines viatores; hocque requisivit ad confectionem sacramenti, non vero ministri probitatem, ut plenius patebit ex Art. seq.

126. *Dico II.* Non tamen quilibet viator homo est minister sacramenti cujuslibet. Est de fide, ut constat ex TRID. Sess. 7. Can. 10., ubi damnat Lutheri hac in re doctrinam: *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, et omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.*

Ratio est, quia licet omnis homo viator, ratione utens, etiam hæreticus, paganus, Judæus possit quidem baptizare valide, supposita debita intentione, ut constat ex Decr. EUGENI IV. in concilio FLOR., soli tamen baptizati conficere possunt Sacramentum Matrimonii, reliqua autem a solis ministris ad id specialiter deputatis et consecratis conficiuntur valide, ita ut minister Extremæ Unctionis et Eucharistiæ sit quivis sacerdos; Pœnitentiæ sacerdos jurisdictionem habens; Confirmationis et Ordinis episcopus consecratus; his enim solis a Christo hæc potestas collata est, etsi non ubique cum æquali restrictione; nam etiam sacerdos simplex, ut suo loco dicemus, ex delegatione summi Pontificis conferre potest sacramentum Confirmationis; et juxta multorum sententiam, subdiaconatum et diaconatum; contra in nullo casu, qui non est sacerdos, valide conficere potest sacramenta Eucharistiæ, Pœnitentiæ et Extremæ Unctionis.

Ratio a priori omnium voluntas Christi est, Scriptura et Traditione nobis intimata, quod sic breviter, quantum pro hoc loco satis, ostenditur; nam opportunior de hoc disserendi uberius locus erit, ubi de singulis sacramentis in specie.

1^o. Juxta S. Scripturam in Ecclesia diversa officia diversis committuntur, ut non sit schisma in corpore, 1. ad Cor. 12. Hinc in Ecclesia Christus quosdam constituit Apostolos, quosdam Pastores, quosdam Doctores, scilicet *in opus ministerii in edificationem corporis Christi*, ad Ephes. 4. Neque quisquam hunc honorem sibi sumit, h. e. sumere potest, nisi qui vocatur a Deo tanquam Aaron, ad Hebr. 5. Sed si omnes fideles haberent potestatem ministrandi, conficiendi sacramentum quodlibet, nullum esset inter Ecclesiæ membra discrimen; omnes haberent eundem actum, idem officium; non evitaretur schisma in Christi corpore. Deinde non omnibus fidelibus, sed solis Apostolis dictum fuit Joan. 20. *Quorum remisistis peccata. Matth. 18. Quaecumque solveritis... ligaveritis.*

2^o. Ex Traditione, qua constat, nunquam in Ecclesia ad sacramenta ministranda vel conficienda, excepto Baptismo, admissos fuisse alios, præ-

terquam ordinatos et specialiter consecratos. Hinc in Concilio ALEXANDR. invalida declarata fuit Ischyre ordinatio, quia Colluthus qui eum ordinaverat, non fuerat episcopus, ut refert S. ATHAN. Apol. contr. Arian. n. 75. Hinc et Osius Cordubensis, ut rursus refert ATHANASIUS Hist. Arian. n. 44., ad Constantium imperatorem dicebat libere: *Ne te immisceas rebus Ecclesiasticis; nec nobis his de rebus præcepta mandes, sed a nobis potius ediscas: Tibi Deus Imperium tradidit, nobis Ecclesiastica concedidit.* Plures Patrum textus vide, ubi de sacramentorum ministris in specie.

127. *Dices 1^o.* Textus supra ex S. Scriptura deprompti non loquuntur de potestate, sed solum de hujus potestatis usu; ergo iis non obstantibus possunt homines omnes conficere et ministrare sacramenta.

R. *N. Ant.* Nam Apostolus de eo loquitur, quod Apostoli acceperant a Christo, et Aaron a Deo: sed hi potestatem acceperant; idque confirmat Apost. ad Hebr. 5. exemplo Christi, dicens: *Non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sicut ergo Christus non usum tantum accepit a Deo, sed potestatem; ita et alii.

128. *Dices 2^o.* Omnes fideles dicuntur sacerdotes; nam 1. Petr. 2. omnes vocantur *genus electum, regale sacerdotium.* Item Christus in ultima cœna ad omnes dixit Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem;* ergo.

R. *D. Ant.* Dicuntur sacerdotes vere et proprie tales, pari potestate præditi N. improprie, metaphorice, quatenus offerunt Deo hostias spirituales laudis, bona opera C. Ita S. Petrus seipsum explicat ibid. v. 5. *Ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerite spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum.* Alterum solos respicit Apostolos, quos Christus vult et jubet, ad sui memoriam facere, seu consecrare, ut viderant fecisse ipsum. Verum ne idem bis repetamus, vide, quæ huc porro reduci possent, quibus ex instituto probavimus, Ordinem sacrum hierarchicum ministrorum Ecclesiæ a statu laico penitus jure divino distinctum, cum solutione argumentorum Protestantium Tract. de Sacram. Ordin. Dissert. I. cap. 1. per totum.

ARTICULUS II.

AN AD SACRAMENTI VALOREM REQUIRATUR FIDES MINISTRI?

Controversia hæc gravissime quondam circa an. 256. S. CYPRIANUM Afrum, Carthaginis episcopum, FIRMIANUM Cæsareensem, cæterosque Africanos, ac Orientales episcopos colliserat cum S. STEPHANO summo Pontifice. Contendebant illi, Baptismum ab hæretico, vel schismatico collatum (multo magis ab infideli, vel Judæo) nullum esse, ac proinde ita baptizatos, dum ad Ecclesiam Catholicam redeunt, rebaptizandos esse, contra ac volebat S. STEPHANUS S. P. Unde ipsis rebaptizantium nomen adhæsit, etsi non solum Baptismum a ministro hæretico vel schismatico datum; sed et sacramenta

alia iteranda vellent. At quoniam historiae hujus controversiae frequens est apud Theologos usus, operæ pretium censui, si ejusdem epitomen aliquam criticam præmitterem.

§. I.

ORIGO CONTROVERSIE REBAPTIZANTIUM.

129. Baptizatos ab hæreticis et schismaticis rebaptizandos esse, jam ante CYPRIANI ætatem statuerant Concilia ICONIENSE et SYNADENSE in Phrygia Asiæ minoris provincia, ut refert DIONYS. ALEXANDRIN. epist. 3. ad Philemonem. In Africa etiam AGRIPPINUS Carthaginiensium Episcopus, et CYPRIANI antecessor in habita aliquot episcoporum Synodo idem statuerat, ipso testante CYPRIANO epist. ad Jubaian. n. 74. dicens: *Apud nos non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi jam anni sunt, et longa ætas, ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint.* Ubi observandum tempus, quod CYPRIANUS multos annos, longam ætatem dicit, a S. AUG. L. 4. de Baptismo contra Donat. c. 6. ad annos paucos contrahi; cum enim Concilium Africanum sub Agrippino nonnisi an. 217. vel juxta alios an. 215. fuerit habitum; conficitur, ab eo AGRIPPINI statuto usque ad an. 236., quo CYPRIANUS epistolam ad Jubaianum dedit, vix ultra 40. annos intercedere. Anno vero 236. CYPRIANUS consultus a Januario, aliisque Numidiæ episcopis de hæreticorum et schismaticorum Baptismo, ipse eadem in causa Synodum Carthagine celebravit episcoporum 31., quibuscum deinde respondet (ep. 70.), quæstionemque sibi propositam solvit, asserendo extra Ecclesiam Catholicam non posse dari vera sacramenta; hinc necessario rebaptizandos, vel potius cum antea nihil habuissent, simpliciter baptizandos esse, quicumque in hæresi, aut schismate aqua profana et adulterina tincti fuerint. Paulo post rursum a QUINTO Mauritaniae episcopo eadem de re consultus numerosius celebravit Concilium episcoporum 71. an. 256., in quo confirmata superior ad JANUARIUM responsio: tum duo Legati episcopi destinati Romam ad S. STEPHANUM S. P., quibus ad eundem data a CYPRIANO epistola (inter Cyprianicas 72.) plena humanitatis et reverentiæ in summum Pontificem, ac rationum, quibus sperabat, facile fore, ut accederet Pontifex.

§. II.

Gesta S. Stephani cum Legatis Cypriani, et Episcopis Afris, tum Firmiliano et huic adherentibus Episcopis Orientalibus.

130. Ut primum Legati pervenere Romam, quasi signo dato vehemens erupit controversia, summa deinceps ingeniorum contentione agitata. STEPHANUS enim doctrinæ antiquæ et traditionis, ac fidei tenax, summopere indignatus Legatis, eos nec amplexu, nec aspectu dignatus repulit; quin voluit, ne quis Romæ eos hospitio exciperet. Litteras deinde ad CYPRIAN. dedit non parum acerbis, quibus illud inculcabat, ut refert CYPRIAN.

epist. 14. ad Pompeium n. 7. *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad vos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in penitentiam; etiam CYPRIANO, ejusque episcopis excommunicationem minitans, nisi resipiscerent. Similis argumenti quoque litteras ad FIRMIL. Cæsareensem dedit, qui cum episcopis Ciliciæ, Cappadociæ, aliisque Orientalibus erat CYPRIANI in errore socius.*

131. Sunt, qui præter acatholicos cum LAUNOIO, DUPINIO, aliisque ex hoc STEPHANI responso eum ipsum arguunt, velut qui ipse in errorem oppositum lapsus sit, approbans hæreticorum Baptisma, non eorum solum, qui Baptismi formam servarent, sed eorum etiam, qui eam adulterabant; 1º. quia ait STEPHANUS in decreto suo: *Si quis a quacumque hæresi venerit, non esse rebaptizandum; attamen hæreticorum plures adulterabant formam.* 2º. Quia hoc sensu ita responsum fuisse a STEPHANO testari CYPRIANUS videtur ep. 74. ad Pompeium n. 7. hoc exprobens STEPHANO, quod usque adeo recipiat baptismum Marcionis, Valentini, Appelletis: *In tantum, inquit, Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis Baptismo, item Valentini et Appelletis, et cæterorum blasphemantium in Deum Patrem contendat filios nasci, et illic in nomine Jesu Christi dicat remissionem peccatorum dari, ubi blasphematur in Patrem, et in Dominum Deum Christum: sed illi hæretici in nomine SS. Trinitatis non baptizabant; quoad hoc enim mysterium errabant in fide, erantque hæretici; ergo, 3º. Quia BENEDICTUS XII. teste EMMERICO in Directorio Inquisitorum n. 2. q. 17. refert, STEPHANUM et CYPRIAN. incidisse in errores oppositos, quos correxit Concilium Nicæn. I. generale.*

132. At prorsus immerito; nam STEPHANUM per hæc: *ex quacumque hæresi, etc.* in suo decreto non eos comprehendisse hæreticos, qui formam, sive expressam SS. Trinitatis invocationem in Baptismo non retinerent; 1º. ex FIRMIL. et CYPRIANO perspicuum fit; ex priore, quia FIRMIL. epist. ad Cyprian. de STEPHANI decreto n. 9. ait: *Illud quoque absurdum quod non putant querendum esse quis sit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus sit gratiam consequi poterit invocata (N. B.) trinitate nominum Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Ex altero, quia idem asserit CYPRIAN. epist. ad Pompeium n. 5. loquens de STEPHANO: *Aut si effectum Baptismi majestati nominis (scilicet invocationi SS. Trinitatis) tribuunt, ut qui in nomine (sive auctoritate) Jesu Christi, ubicumque et quomodocumque baptizantur, innovari et sanctificari judicentur;* ergo utroque STEPHANI quidem adversario teste, ejus decretum de omnibus loquitur hæreticis, at formam retinentibus, ut ratum velit Baptisma, quicumque hæreticus contulerit, modo formam servavit. 2º. Ex S. AUG. qui passim in Libris contra Donatist. ait, a STEPHANO antiquam Ecclesiæ consuetudinem vindicatam fuisse; at nunquam ea Ecclesiæ fuit consuetudo, ut baptizatos ab hæreticis formam non servantibus reciperet, sine Baptismi collatione nova; ergo. 3º. Inde, quia tota STEPHANUM inter et rebaptizantes controversia nonnisi de fide ministri fuit, nullatenus de Baptismi forma, ut constat ex rebaptizantium argumentis, quæ infra referemus; ergo decretum STEPHANI tantum fidem ministri, non formam sacramenti respicit. 4º. Ex ipsis STEPHANI verbis supra relatis; unde sic subsumo;

sed est, et fuit semper in Ecclesia traditum, non promiscue omnium hæreticorum Baptisma, sed illud solum fuisse validum habitum, quod sub legitima forma, etsi ab hoc, vel illo hæretico collatum; igitur particulæ illæ: *ex quacumque hæresi limitantur per has sequentes: quod traditum est.* Nec quidquam valent momenta contraria; nam

Ad 1^{um}. ex dictis patet responsio.

Ad 2^{um}. R. N. Ant. *Ad prob. N. min.* sumptam universaliter; omnes scilicet relatos hæreticos corrupisse formam, sic, ut nullus ex qualibet secta baptismum conferret forma a Christo præscripta. Nec refert, quod hæreticorum varii in fide circa Trinitatem errarent; nam hoc non obstante eorum multi baptizabant in nomine Trinitatis, ut ex secutis postea Arianis palam fit; qui etsi Filium creaturam ac Patre minorem dicerent, passim tamen, quin eorum plurimi sub expressa trium personarum invocatione baptizabant; unde et eorum baptisma validum habuit Concilium generale I. NICENUM.

Ad 3^{um}. R. BENEDICT. XII. ita scripserat de re meri facti, cum adhuc Cardinalis esset, ut proinde ejus auctoritas prævalere haud possit momentis aliis gravioribus, quæ eum fugisse videntur, cum eorum nullum attingat.

§. III.

Gesta a S. Cypriano et Firmiliano post Stephani Papæ Responsum.

133. Ut ut ponderosis sententiis, minisque usus esset S. Pontifex CYPRIANO et FIRMIL. scribens, neuter tamen a sua dimotus opinione fuit, ut videre est ex litteris, quas CYPRIANUS ad STEPHANUM, FIRMILIANUS ad CYPRIANUM dedit, plenis utrinque et nimio contentionis æstu, et sententiis minus decentibus, quam oportuisset uti de S. Pontifice. Ac CYPRIANUS quidem eo ipso adhuc labente 256. ne videretur acquievisse STEPHANO, aliud ex Africa, Mauritania, Numidia episcoporum 78. Concilium, præter magnum presbyterorum, et diaconorum numerum et partem plebis coegit Carthagine, in quo episcopi, ne uno quidem excepto, omnes sententiam dixerunt, uti in Conciliis superioribus ad mentem CYPRIANI; tamque multis, ac, quantum apparebat, validis argumentis suam fulciebat sententiam CYPRIANUS, ut S. AUG. fateretur L. 3. de Bapt. contra Donatist. c. 4. se iis victum fuisse, nisi eum revocasset Ecclesiæ auctoritas. Hinc et est, quod S. AUG. dubitaret aliquando, an CYPRIANUS unquam errorem abjecerit: *Fortasse*, inquit L. 2. de Baptism. contr. Donatist. c. 4., *factum est, sed nescimus*; quanquam eo non obstante S. AUG. videatur inclinare ad alterum, quod revera CYPRIANUS mutavit mentem, ut infra dicitur: Sed et FIRMILIANUM in sua perstivisse sententia DIONYS. ALEXANDRIN. inquit in epist. 1^a. ad Xystum S. P. n. 1.; tum ex S. BASILIO M. deprehenditur, qui, cum post centum et amplius annos in Cesarensi sede FIRMILIANO successisset, rebaptizabat hæreticos, moremque Ecclesiæ suæ, atque aliarum, epist. canonica 1^a. ad Amphilochium canone 1. (opp. t. 3. p. 269. B. 270.) exemplo CYPRIANI et FIRMILIANI propugnabat. Hinc ex obfirmata utriusque præsulis opinione nata quæstio: *utrum tandem STEPHANUS Papa utrumque excommunicavit? De qua nunc*

§. IV.

Utrum tandem Stephanus Papa in Cyprianum et Firmilianum excommunicationis tulerit sententiam?

134. Quoad CYPRIANUM affirmat BARONIUS, non quoad FIRMILIAN. Contra Rigaltius, Tillemont, aliique de utroque affirmant, his fere moti momentis 1^o. Quia id FIRMILIANUS ipse non obscure innuit epist. ad Cyprianum n. 24. 25. dicens, *Stephanum ab Ecclesiæ Catholice pace discedere ausum: rupisse pacem: se a tot gregibus scidisse*; sed hæc plus indicant, quam excommunicationem solum intentatam. 2^o. CYPRIAN. quoque epist. ad Pompeium n. 2. ait, *Stephanum fuisse unitatis oblitum*. 3^o. Idem in Præfat. ad Concilium Carthaginense habitum an. 256. post responsum Stephani ait (Labb. t. 2. p. 786. E.), posse unumquemque sentire libere, quod vellet, quia nullus est, qui se episcoporum episcopum constituat, et cæteros terrore tyrannico ad suum sensum adigat, hisce STEPHANUM indigitans.

135. At aliter plerique alii sentiunt, BELLARMIN. L. 1. de Concil. c. 10., VALESIIUS in not. ad cap. 5. L. 7. Euseb., NATAL. ALEX., et cæteri. Ac merito. Nam 1^o. EUSEB. L. 7. Hist. c. 3., S. HIERON. in Dial. contr. Luciferian. n. 25. et alii referentes hoc dissidium, nihil unquam de lata aliquando excommunicatione meminerunt; ne quidem S. AUG. etsi hic opportunitatem haberet illius in rem suam mentionem faciendi; cum enim constanter Donatistæ Catholicis exemplum CYPRIANI opponerent, qui hæreticos rebaptizasset; Catholici et præsertim AUG., dum contra Donatistas disputabat, non omisisset reponere, CYPRIANUM ideo excommunicatum fuisse, si ita se res habuisset; attamen de excommunicatione lata, nec AUG. nec ullus alius verbulo meminit. 2^o. S. CYPRIAN. ipse epist. ad Pompeium n. 8. de STEPHANO inquit, *Sacerdotes Dei veritatem Christi et Ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat*, quod solum excommunicationis comminationem indicat, non executionem. 3^o. Clariora quoque S. AUG. verba sunt, quam ut ullo modo eludi possint; nam L. 5. de Bapt. contr. Donatistas c. 25. de STEPHANO et CYPRIANO inquit: *Ita quamvis commotius, sed tamen fraterne indignarentur; vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos schismatis malum oriretur*. Rursum L. de unico Bapt. contr. Petilian. n. 23. *Cum ergo Stephanus non solum non rebaptizaret hæreticos, verum etiam hoc facientes, vel ut fieret decernentes, excommunicandos esse censeret... tamen cum eo Cyprianus in unitatis pace permansit... nec ulla facta est a Cypriano, et eis qui pariter de Baptismo sapiebant, ab illorum communionem divisio*; ergo et nulla lata fuit excommunicatio. 4^o. Cum utroque præsulæ cæteri omnes per orbem christianum episcopi fuerunt semper communionem conjuncti, ac SIXTUS STEPHANI successor cum CYPRIANO communionem habuit, planeque egit pacifice. Etsi igitur intentarit utriusque præsulis excommunicationem STEPHANUS, non tamen tulit; verosimiliter ad preces DIONYSII ALEXANDRINI, qui, teste EUSEBIO L. 7. c. 4. pro FIRMILIANO præsertim, ac cæteris per Ciliciam, Cappadociam, ac finitimas provincias episcopis, ne eos a communionem Ecclesiæ præcideret, intercesserat.

136. Neque evincunt aliquid momenta contraria. Nam *quoad 1^{um}*, permissio gratis, genuinam esse hanc FIRMILIANI epistolam, nihil meretur fidei, utpote a viro scripta perquam subirato, ac æstu nimio contra STEPHANUM, atque idcirco res supra verum exaggerante, excommunicationem intentatam pro lata jam venditante. Neque inepte etiam hunc præsuem locutum quis dixerit de facto STEPHANI adeo austere CYPRIANI legatos habentis, ut nollet cum iis agere, eos a quoquam sub tectum recipi, quæ erat species excommunicationis minoris, sive communionis specialis privatio, olim perquam usitata; sed nondum erat a corpore Ecclesiæ Catholicæ præcisio. Quin ad hoc potius factum alludi a FIRMILIANO colligi videtur a sequentibus; dum postea refert Stephanum *noluisse legatos episcopos... ad sermonem saltem colloqui communis admittere... præcepisse fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax et communio, sed et tectum, et hospitium negaretur*. Hanc igitur privationem a communione illa speciali amicitie et fraternitatis, ac quod in legatis factum interpretaretur de episcopis aliis, quorum vices gerebant legati, hoc adeo exaggeravit. Dixi: *permissio gratis, etc.* nam genuinam esse hanc epistolam, alii vehementer dubitant; tum quia illam ignoravit AUG., tum quod primum Morellus Calvinista eam, nescitur unde, produxit.

Quoad 2^{um}. S. CYPRIAN. non ea dixit de unitate communionis, sed Baptismatis, culpans STEPHANUM, quod unitatem Baptismatis in Ecclesia violaret; putabat enim CYPRIANUS, ita unicum esse Baptisma, ut in sola Ecclesia Catholica verum et ratum esse posset. Patet responsio ex contextu: *Præcipit, inquit de Stephano, nihil aliud innovari, nisi quod traditum est, quasi is innovet, qui unitatem tenens unum Baptisma uni Ecclesiæ vindicat, et non ille utique qui unitatis oblitus mendacia et contagia profanæ tinctionis usurpat.*

Quoad 3^{um}. R. 1^o. Hæc verba intellecta in sensu obvio optime referri possunt ad præsentem episcopos, quorum nullus se dicat episcopum episcoporum, nec alios terrendo conetur in suas partes pertrahere. Sed

R. 2^o. Esto quod spectent STEPHANUM; iis non excommunicationem actulam, sed ferendæ minas suggillat.

§. V.

An S. Cyprianus, eique adherentes Episcopi controversiam hanc putarint pertinere ad fidem?

137. CYPRIANUM cum suis controversiam hanc esse fidei iudicasse, quædam CYPRIANI sententiæ persuadere videntur: 1^o. Quia epist. ad Pompeium n. 9. STEPHANI opinionem, qui antiquam traditionem opponebat, errorem vocat. 2^o. Epist. ad Jubaianum sententiam suam esse a Spiritu sancto revelatam, esse fidem et veritatem Ecclesiæ asserit. 3^o. Epist. ead. profitetur, se eadem fide credere, nullum esse sacramentum collatum ab hæreticis, qua credit, non esse communem Deum, fidem, Ecclesiam. 4^o. Ibid. a Christo ait non esse datam baptizandi potestatem hæreticis; sed fide certum est, eum baptizare non posse, qui potestatem baptizandi non accepit a Christo.

138. Aliter nihilominus sentiendum videtur, si CYPRIANUS cum CYPRIANO conferatur; nam 1^o. S. Præsul in hac de Baptismo hæreticorum controversia,

ut ut ille pro nullitate talis Baptismi pugnaret; cuilibet tamen aliter sentiendi, imo agendi libertatem integram, salvamque voluit; sed minime id potuisset S. Præsul, aut fecisset, si sententiam suam de fide esse credidisset, non vero ad disciplinam pertinere. *Min.* patet, quia circa illa quæ fidei sunt; non datur libertas; una enim fides, etsi disciplina esse varia possit. *Maj.* constat pariter ex CYPRIANI ad STEPHANUM epist. in qua n. 3. *Scimus, inquit, quosdam quod semel imbiberint, nolle deponere... sed salvo inter collegas pacis et concordie vinculo, quædam propria quæ apud se semel sint usurpata retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in Ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus.* Idem in epist. ad Jubaian. n. 26. repetit; hæc vero certe in materia fidei locum non habent.

2^o. Idem sensus FIRMILIANI fuerat; is enim epist. ad Cyprian. probare volens, injuste STEPHANUM excommunicationem intentasse, ait n. 6.: *apud Romanos circa celebrandos dies Paschæ; et circa multa alia divinæ rei sacramenta esse aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter quæ Hierosolymis observantur, secundum quod in cæteris quoque plurimis provinciis multa pro locorum et nominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab Ecclesiæ Catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est; ergo, sicut juxta FIRMILIANUM controversia de celebratione Paschæ, et diversitas rituum ad disciplinam pertinebant; ita et rebaptizandi consuetudo putabatur disciplinæ esse.*

3^o. S. BASILIUS, multis post FIRMILIAN. annis, hujus Cæsarensi in sede successor, controversiam hanc adhucdum esse disciplinæ credidit, epist. ad Amphiloeh. canone 1. supr. cit. referens, se quidem ejusdem cum CYPRIANO ac FIRMIL. sententiæ esse; non tamen reprobare aliorum praxin contrariam; ait enim: *sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est, propter multorum æconomiam et dispensationem eorum Baptisma suscipi, suscipiatur.* Tum infra de Encratitis: *quod hoc universali æconomix sit impedimento futurum, rursus consuetudine utendum est, et sequi oportet Patres, qui, quæ quoad nos pertinent, providerunt.*

139. Facilis etiam est ad alia CYPRIANI loca, quæ contraria videntur, responsio. Nam *quoad 1^{um}*, opinionem STEPHANI vocat quidem errorem, sed non in fide; verum prout error veritati, etiam non revelatæ opponitur. Nec enim consequens est, ut, quoties esse aliquid verum credimus, ejus oppositum ceu hæreticum censeamus, ac errorem in fide.

Quoad 2^{um}. Ait sententiam suam esse revelatam formaliter N. arguitive, illative C.

Quoad 3^{um}. N. assertum. Equidem CYPRIANUS ex eo, quod non sit apud hæreticos fides, nec Ecclesia, inferebat, nec esse verum Baptisma; sed non ait, se etiam eadem fide credere, non esse apud hæreticos verum Baptisma, qua crederet, non esse apud eos veram fidem, et Ecclesiam; nihil enim tale ex CYPRIANI verbis colligi potest: en verba ep. ad Jubaianum n. 21. *Quare Baptisma nobis et hæreticis commune esse non potest, cum quibus nec Pater Deus, nec Filius Christus, nec Spiritus sanctus, nec fides, nec Ecclesia ipsa communis est; et ideo baptizari eos oportet qui de hæresi ad Ecclesiam veniunt.*

Quoad 4^{um}. Equidem de fide est, quod baptizare non possit, qui baptizandi potestate caret; verum de fide esse, quod hæretici careant potestate baptizandi, nusquam dixit CYPRIANUS; estque hoc a priori longe diversum. Igitur CYPRIANUS quæstionem hanc inter disciplinaria numerabat, quæ variare posset pro varietate Ecclesiarum et temporum.

140. Utrum vero STEPHANUS eam pertinere ad fidem censuerit, prorsus incertum est; saltem non definiuit ex Cathedra ut dogma fidei; ut enim definiuisset aliquid ex Cathedra dici possit S. Pontifex, necesse est, hoc solemniter tanquam credendum fide divina proponat toti Ecclesiæ: atqui talis definitio facta a STEPHANO nusquam extat, qui solum litteris privatis dehortatus est ab opinione CYPRIANUM, et huic adhærentes, eorum rejiciens opinionem, non ut contrariam dogmati, sed consuetudini: *nihil innovetur, nisi quod traditum est.*

Neque refert, quod STEPHANUS excommunicationem intenterit rebaptizantibus; potest enim S. Pontifex in rebus ad disciplinam pertinentibus, præsertim in rebus majoribus, et quando disciplina quædam in Ecclesia universalis est, comminari excommunicationem in refractarios, ut constat ex VICTORE S. P. illam intentante Asiaticis sic dictis Quartodecimanis, nisi parerent, in controversia de celebrando Paschate.

§. VI.

Quis controversiæ exitus? An Cyprianus ante mortem, aliique errorem deposuerint?

141. Celeberrimæ hujus controversiæ, quæ viros utrimque sanctos adeo colliserat, is tandem finis fuit, ut S. STEPHANO in persecutione Valeriani Romæ an. 257. martyrio coronato, sopiretur disputationis fervor. SIXTUS II. enim STEPHANI successor nullam amplius hac de re litem movit: sed cum CYPRIANO pacem coluit, ut ex hujus epist. 82. colligere est. Altero pariter an. 258. persecutione eadem gloriosi martyrii palmam CYPRIANUS retulit, decedens retenta totius communionem Ecclesiæ, teste S. AUG. cit. sup. et serm. 116. de Diversis (al. serm. 312. n. 6.), *merito in Ecclesia Catholica tanti honoris celsitudinem meruit (Cyprianus), cujus concordissimum vinculum tanta humilitate servavit.* Et PACIANO Barcinonensi epist. 2. ad Sympronian. : *Cyprianus in concordia omnium, in pace communi, in Confessorum grege passus est.* Idem de FIRMILIANO constat, quem Ecclesia græca inter sanctos constanter coluit. Equidem omni culpa non caruerunt, præsertim quod post STEPHANI decretum verbis plus æquo injuriosis uteretur uterque in STEPHANUM S. P., neque tunc post intentatam etiam excommunicationem acquiescere vellet, ac opinionem deponere. Hanc tamen *maculam*, ait S. AUG. de S. CYPRIANO, *eluit sanguine.*

142. Utrum vero errorem CYPRIANUS et FIRMILIANUS ante mortem deposuerint, incertum est; præsumi tamen de CYPRIANO id prudenter posse, S. AUG. contendit. Primum inde videtur confici, quod nullum ejusmodi retractationis positivum fundamentum extet. Et quid facilius fuisset Catholicis,

ipsique S. AUG. contra Donatistas disputantibus, aut quid opportunius ad eos convellendos, dum ad factum CYPRIANI constanter appellabant, quam reponere, CYPRIANUM, cæterosque retractasse errorem? Attamen id nemo unquam reposuit; nec AUG. ipsemet, etsi longas hac de re disputationes cum Donatistis haberet. Alterum ex ipsomet AUG. liquet in epist. 48. (al. 93.) ad Vincentium Donatist., ubi n. 38., Cyprianum, inquit, *correxisset istam sententiam non invenitur; non incongruenter tamen de tali viro existimandum est quod correxerit, et fortasse suppressum sit ab iis qui hoc errore nimium delectati sunt, et tanto velut patrocínio carere noluerunt.* De quo vide plura apud Hagiologos nostros Antuerpienses in vita S. Cypriani.

Novi quid contra primum dici posset; nimirum 1^o. S. DIONYSIUM ALEXANDR. epist. ad Steph. Papam apud EUSEB. L. 7. c. 4. testari, *omnes Ecclesias orientales rediisse ad concordiam.* 2^o. A S. AUG. L. 3. contr. Crescon. c. 4. supponi ceu verum, quod Cresconius dixerat, deposuisse Orientales errorem. 3^o. A S. Hieron. asseri in Dial. contr. Lucifer n. 23. *Illos ipsos episcopos, qui rebaptizandos hæreticos cum eo (Cypriano) statuerant, ad antiquam consuetudinem revolutos, novum emisisse decretum.* Sed nihil ex his certi evinci potest; nam DIONYS. ne quidem de hac Africanorum et aliorum rebaptizantium controversia ibi loquitur; sed de alia, ad quam redierunt Ecclesiæ ante ob schisma Novatianorum inter se discissæ; subdit enim continuo EUSEB. : *Ad hunc (Stephanum S. P.) Dionysius scripsit per litteras, in quibus id tantum illi indicat, omnes ubique Ecclesias, mollito jam persecutionum furore, Novati turbulentam novitatem detestantes inter se pacem iniisse;* S. AUG. vero id quidem supponit, sed pro suo tempore, h. e. ducentis facile post CYPRIAN. et FIRMIL. annis, quod non probat proinde hos duos præsules ante mortem errorem deposuisse. S. Hieron. tandem loquitur quidem de episcopis Afris, sed iis, qui Concilio ARELAT. interfuerant, in cujus Can. 8. rebaptizantium error fuit primo proscriptus; at vero, quia Concilium hoc celebratum est an. 314.; Concilium CARTHAG. contra post STEPHANI responsorias litteras, in quo sub CYPRIANO, rebaptizantium dogma fuerat de novo assertum, habitum fuit an. 258., h. e. 60. annis ante ARELAT. I. sequitur, sententiam Hieronymi nec de CYPRIANO nec FIRMIL., utpote tempore Concilii ARELAT. pridem defunctis, posse intelligi; nec de episcopis omnibus cum CYPRIANO viventibus, quorum vel plurimi interea decesserant; exceptis forsitan paucis extremæ senectutis.

§. VII.

Asseritur Dogma Catholicum.

143. *Dico.* Ad valorem sacramenti fides ministri non est necessaria. Est de fide catholica, juxta definitionem claram Concilii TRID. Sess. 7. de Baptism. can. 4. *Si quis dixerit, Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; anathema sit.*

Prob. I. Ex traditione et praxi Ecclesiæ perpetua, quæ constat 1^o. ex rescripto STEPHANI S. P. unam traditionem opponentis farragini rationum CYPRIANI in ep. ad eumd., quod refert CYPRIAN. ipse epist. ad Pompeium n. 4.

Si quis a quacumque hæresi venerit ad vos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in penitentiam. 2º. Ex S. AUG. L. 2. de Bapt. contr. Donat. c. 9. ubi de controversia rebaptizantium ait: *Consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, et hæc sola opponebatur inducere volentibus novitatem, nimirum a Stephano Papa, Cypriano, eique adherentibus.* Et vero non aliter censuit Ecclesia ante Agrippini ætatem, qui scilicet, ut verbis utar VINCENTII Lirinensis common. 1. cap. 6. *primus omnium mortalium contra divinum Canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem atque instituta Majorum rebaptizandum esse censuit, videlicet in Concilio CARTHAG. 1. an. 213., vel juxta alios 217.; unde idem hausit Synodus ICONIENSIS, et SYNAD. habitæ an. 233. Hinc et CYPRIAN., etsi omni rationum genere armatus suam tueretur opinionem, nullam, quæ Agrippino antiquior esset, consuetudinem allegare potuit. Quin 3º. hujus antiquissimæ consuetudinis conscius CYPRIAN. volebat decidi rem ex rationum momentis ep. 71. ad Quint. n. 2. scribens: Non est de consuetudine præscribendum, sed ratione vincendum.* Hancque consuetudinem fassus uterque est FIRMIL. et CYPRIAN., prior epist. ad Cypr., posterior epist. 71. et 72., qua fatentur, cæteros episcopos ad Ecclesiam redeuntes, ex veteri consuetudine, sine iteratione Baptismi, sola impositione manus recipere. Ac demum epist. 73. ad Jubaian. ait CYPRIAN. n. 23.: *Sed dicet aliquis, quid ergo fiet de iis qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine Baptismo admissi sunt? Ubi, inquit AUG. L. 2. de Bapt. contr. Donatist. c. 9., aperte indicat fuisse aliam Ecclesiæ consuetudinem.*

144. *Prob. II.* Ex Conciliis, e quibus ARELAT. I. an. 314. sic statuit Can. 8. (Lab. t. 1. p. 1428.): *Placuit ut si ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum; etsi perviderint, eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum.* NICEN. I. pariter Can. 8. (Lab. t. 2. p. 41.) prohibet, ne Cathari, seu Novatiani redeuntes ad Ecclesiam baptizentur; Paulianistæ e contra, ait idem Concilium Can. 19. (Lab. id. p. 43.) *baptizentur omnimodis.* Sed unde hoc discrimen, nisi quod Cathari hæretici servarent formam; Paulianistæ vero eam corrumpere? ut testatur INNOC. I. epist. 22. (al. 17.) ad episcopos Maced. c. 5. n. 10. Idem dogma declararunt Concilia plurima alia: LAODIC. an. 360. Can. 7. (Lab. t. 1. p. 1498.), CONSTANTINOPOLITAN. I. an. 381. Can. 7. (Lab. t. 2. p. 951.), ARELAT. II. an. 432. can. 16. 17. (Lab. t. 4. p. 1013.), ac novissime TRID. cit. supr. Quibus adde ex SS. Patribus AUG., qui L. 2. de Bapt. studiose rebaptizantium errorem refutavit; S. HERON. Dial. contr. Luciferian., aliosque.

145. *Prob. III.* Rationibus theologicis. 1º. Argumento ipsa in Scriptura sacra fundato. Juxta hanc minister sacramenti non agit auctoritate propria, sed Christi, adeo ut hic principalis conferens sacramentum, hocque in ejus potestate sit; ergo infidelitas, vel hæresis sacramentorum valori obesse nequit; imo sæpe nec fructui, si non ponatur obex a suscipiente. *Ant. prob. ex 1. ad Cor. 4. 1. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi.* Et 1. ad Cor. 3. 4. *Quid enim est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri ejus, cui credidistis.* Joan. 1. 33. de Christo dicitur: *Hic est, qui baptizat.* In quæ ait

AUG. Tract. 5. in Joan. n. 6. *Baptisma tale est, qualis est ille in cujus potestate datur, non qualis est ille per cujus ministerium datur.* Et n. 18. *Quod dabatur a Paulo, et quod dabatur a Petro, Christi erat; et si datum est a Juda, Christi erat... Columbam attendo, per quam mihi dicitur: hic est qui baptizat. Cons. per se sequitur, estque rursus ipsius AUG. ibid. inferentis: Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est Dominus?*

2º. Ministri sacramentorum agunt instrumentaliter: sed instrumentum non agit juxta virtutem et formam propriam huic assimilando effectum, sed secundum virtutem principalis, a quo movetur; hic vero ex dictis est Christus; ergo ministri qualitas, seu hæreticus, seu infidelis sit, sacramento obesse non potest. Adde: cum oporteat esse hæreses nec cuiquam de fide ministri interna constare possit, nemini etiam de sui veritate Baptismi constare posset; unde non potest non nasci incertitudo et anxietas perpetua, quod suavitati religionis Christi adversatur.

146. *Obj. I.* In controversiis, quæ definiuntur ex consuetudine, ei parti est adhaerendum, pro qua stat consuetudo antiquior et universalior: atqui pro sententia CYPRIANI et rebaptizantium aliorum stat consuetudo antiquior et universalior; ergo.

Prob. min. quoad part. 1ºm. Consuetudo rebaptizandi videtur ortum traxisse ab ipsis Apostolis, ut patet ex Can. 45. et 46. Apostolorum (Lab. t. 1. p. 35.) quibus deponi jubetur episcopus, vel presbyter, qui hæreticorum Baptismum admisit. Idem asserit FIRMILIAN. epist. ad Cyprian. n. 19. inquit: *ab initio hoc tenentes, quod a Christo et ab Apostolis traditum, est, nec meminimus hoc apud nos aliquando cepisse.*

Prob. etiam min. quoad 2ºm. p. Nam 1º. consuetudo rebaptizandi videbatur in Numidia, Mauritania, imo Africa tota; item in Oriente toto, cum plerique Orientalium FIRMILIANO adhererent. 2º. Pro hac stabant ante hoc dissidium TERTUL., et ea lite durante celeberrimus S. DIONYS. ALEXANDR. teste S. HERON. de Scriptor. Eccles. c. 69. *Hic in Cypriani et Africanæ Synodi dogma consentiens de hæreticis rebaptizandis ad diversos plurimas misit epistolas, quæ usque hodie extant.*

R. N. min. quoad utrumque, cujus contrarium satis constat ex ratione conclusionis.

Quoad prob. 1ºo. p. R. N. Ass., quod ex subjunctis rationibus minime probatur. Nam 1º. Canones citati non sunt Apostolorum primorum, sive illorum antonomastice duodecim, ut multis ostendimus Tract. de Jure et Justit. Dissert. præem. cap. 1. art. 2. §. 2. a num. 42.; sed collecti fuere ex variis orientalibus Conciliis, dictique sunt *Apostolorum*, h. e. virorum apostolicorum, sive episcoporum. Talesque sunt duo Canones cit. 45. et 46., quos illorum Canonum collector desumpsit ex Synodo ICONIENSI in Lycaonia, et SYNADENSI in Phrygia majore. Perperam vero dicitur, approbationem tulisse hos Canones Synodi generalis VI. cap. 2.; nam Synodus hæc nullos plane Canones addidit. Sed post Synodum generalem V. imperante Justiniano, Patres qui Constantinopoli remanserant convenientes in Trullo Palatii Cæsarei, conflabant sua auctoritate Synodum, quæ a loco dicta est *Trullana*: etiam *Quinisexta*, h. e. inter generalem V. et VI. Synodus quidem hæc ex privatis constans duntaxat episcopis, varios edidit Canones,

quorum Can. 2. approbantur Canones Apostolorum; verum hujus conventus Trullani Canones repudiavit constanter Ecclesia, nec eos habere auctoritatem vult, nisi quos ipsa ex iis receperit, quæ sors paucis duntaxat contigit, minime autem duobus citatis. 2º. FIRMIANUS hic in causa propria loquens auctoritatem non habet; eumque exaggerative loqui constat ex prob. 1. Concl. Sic etiam CYPRIANUS illos 39. vel 40. annos inter Concilium CARTHAGINENSE I. sub AGRIPPINO, et illud a se habitum an. 256. vocat exaggerative *annos multos, ætatem longam*. Vide n. 129.

Quoad prob. 2º. p. R. Ad 1º. N. quoad Africam totam, et Orientem totum; ex Africanis solum adhæserunt CYPRIANO episcopi 78., FIRMIANO nonnisi 50. At hi quidem ne a longe comparandi sunt aliorum adhuc in Oriente episcoporum numero; sed erant duntaxat episcopi Phrygiæ, Cappadociæ, et quarundam duntaxat finitimarum regionum, quæ exilis pars respectu totius Orientis sunt. Similiter Africanis potissimi erant ex Numidia, et Mauritania. Et revera inter Africanos alios sensisse cum STEPHANO, ex ipso CYPRIANO discimus, qui aliis rebaptizare nolentibus integram relinqui libertatem voluit etiam in Africa, epist. ad Steph. supr. n. 130. cit. Jam vero præterea totus reliquus contradicebat Occidens; ut proinde pauci illi Africani 78., atque Orientales 50. respective ad cæteros orbis christiani episcopos ne quidem numerari mereantur.

Ad 2º. R. 1º. generaliter: opinio unius alteriusve, vel paucorum prævalere nequit universali aliorum, et totius Ecclesiæ consuetudini, quæ constat ex prob. 1. Hinc et VINCENTIUS Lirinensis Commonit. c. 6. de rebaptizantium errore loquens, *undique*, ait, *ad novitatem rei cuncti reclamant*.

R. 2º. Quidquid de TERTULLIANO sit; de S. DIONYSIO ALEXANDR. quædam controversia est. HIERONYMO consentiunt BARON., ALEX. NAT., BERTI, alique: negant contra JUVEN., TOURNELY cum cæteris, variis moti rationibus; quarum tamen aliquæ rem non evincunt. Interim nihilominus huic secundæ sententiæ subscribendum autumo his ex rationibus:

1º. Quia nunquam sive CYPRIAN., sive FIRMIAN., sive rebaptizantium ullus S. DIONYSIO socio et patrono tam celebri non tantum ob Alexandrinam sedem auctoritate eminentiorem, sed etiam ob singularem virtutis et doctrinæ famam toto in oriente diffusam gloriatus est. Sed nec STEPHANO Papæ, nec hujus successori SIXTO hac in re vel suspectus fuit.

2º. Teste S. BASILIO epist. ad Amphilocho. canone 1. S. DIONYSIUS admisit baptismum quorundam hæreticorum, qui Pepuzeni, seu Montanistæ vocabantur. Neque dicant adversarii, hinc sequi nimium, quod eorum baptismum recepisset, qui formam corrumpebant, quales Montanistæ erant, baptizantes in Patrem, Filium, Montanum, et Priscillam; hinc certe Synod. gen. CONSTANTINOP. I. rebaptizari jussit Montanistas Can. 7., tum LAODICENÆ Can. 8. Nam falsum notorie est, Montanistas semper formam Baptismi adhibuisse corruptam, ut clare de suo tempore testis est ATHANAS. orat. 2. contr. Arian. n. 43. Porro Synodus gen. NICENÆ I. Can. 8. diserte ratum habuit baptismum Novatianorum, quos ibi Catharos vocat; sed eadem tunc temporis Montanistarum erat conditio; alioquin non apparet, cur Synodus hæc solos Paulianistas rebaptizari vellet; sed idem de Montanistis, si formam corrumperent, debuisset statui. Tempore autem Synodi gen. CONSTANTINOP. I. habitæ an. 381., et LAODICENÆ an. 364. Montanistæ cum Sabellianis (alii Monta-

nistas in Sabellianismum ipsum incidisse contendunt) forma utebantur corrupta; hinc et cum iis ab utraque Synodo rebaptizari jubentur.

3º. S. DIONYS. pro CYPRIANO et FIRMIAN. mediator extitit apud STEPHAN., teste EUSEB. L. 7. Hist. c. 5., ubi fragmentum refert epistolæ hac de re datæ a DIONYSIO ad SIXTUM successorem STEPHANI; at quomodo esse mediator poterat, si errore eodem cum iis, pro quibus intercedebat, esset implicatus? Monet quidem DIONYS. S. Pontificem, ut mitius hos viros habeat; probatam esse FIRMIANI sententiam in Conciliis Afris, et Iconii, ac Synnadis: proinde periculosum esse a tot episcoporum communione discedere, ut inquit in epist. ad Philemon. presbyterum Romanum; sed hinc ad summum sequitur, DIONYS. judicasse tot episcopos excusandos, donec quæstio controversa maturiori judicio discuteretur; ac propterea S. HIERONYMO visus est stare a sententia CYPRIANI.

147. Obj. II. Adhuc in seculo IV. e primariis Ecclesiæ Patribus et Doctoribus complures, non obstante decreto STEPHANI, CYPRIANI ac FIRMIANI sententiam potius amplexi et secuti sunt; ergo. Prob. Ant. Nam 1º. talis erat S. ATHANASIVS; etenim orat. 2. contr. Arian. n. 42. ait, quod Ariani in periculum veniant amittendæ mysterii integritatis; verum Patrem non pronuntiant, nec verum Filium, sed alium ex nihilo creatum fingant, eorum baptismum esse prorsus vacuum et inutilem; vel ut alia reddit versio, *esse inane religionis simulacrum*. Item, eorum baptismum esse tam diversum a vero, quam a Creatore diversa est creatura. Ac demum baptismum Arianorum comparat illi Paulianistarum; sed horum baptismum erat invalidum, utpote forma vitiosa utentium; ergo.

2º. S. BASIL. M. epist. canonica 1. ad Amphilocho. can. 1. (opp. t. 3. p. 270. A.) rejicit hæreticos sine discrimine omnes; rationem subdit, quæ ipsa fuerat CYPRIANI ratio: *quia, qui se ab Ecclesia abjunxerunt, non habent amplius in se gratiam Spiritus... et non possunt amplius Spiritus sancti gratiam dare aliis, a qua ipsi exciderunt*. Et epist. 2. ad eumd. can. 47. (opp. t. 3. p. 296. E.) de Encratitis, Saccophoris, sicut de Novatianis, licet præscripta forma utentibus, ait: *nos una ratione eos rebaptizamus*.

3º. S. CYRIL. HIEROSOLYMIT. Præf. Catech. n. 7. perspicue ait: *Soli hæretici rebaptizantur, siquidem prius illud non erat baptismum*.

4º. S. OPTAT. MILEVIT. L. 1. contr. Parmenian. c. 12. (opp. p. 12.) docet, *hæreticos a domo veritatis satis extorres, solos habere varia et falsa baptismata, quibus inquinatus non possit abluere, immundus emundare*. Deinde contrarium asserit de schismaticis, eos nobiscum vera et communia sacramenta traxisse.

5º. S. HIERON. in cap. 4. epist. ad Ephes. v. 5. (opp. t. 7. p. 610. edit. Vallarsii) hæreticos negat habere Baptisma verum. S. AMBROS. L. de Mysteriis cap. 4. n. 23. ait, *non sanare baptismum perfidorum, nec mundare, sed polluere*. Et S. AUG. L. 7. de Baptismo contr. Donatist. c. 53. dubitavit ipse, valeatne Baptismus ab infideli collatus?

R. N. M. sumptam universaliter; nam de plerisque hic relatis, excepto uno, falsum dici nunc constabit. Unde

148. Ad 1º. R. N. Ass. de S. ATHANASIO; nam 1º. S. P. epist. ad Ruffin.

nianum, Arianos non vult rebaptizari; sed plane juxta decretum STEPHANI, et Concilii NICENI, cui quidem ipse interfuerat, solum recipi cum pœnitentia et impositione manuum. 2º. Pariter in Concilio ALEXANDRINO AN. 362., cui ipse præfuit, id solum vult (Labb. t. 2. p. 812. D.), nihil amplius ab illis exigi, quam ut execrentur Arianam hæresin, confiteanturque SS. Patrum in Nicæa fidem: atqui certo exegisset, ut rebaptizarentur, si Ariano- rum baptisma censuisset invalidum. 3º. S. ATHANASIVM propterea non poterat latere Can. 8. et 19. Nicænus, utpote cui Concilio interfuerat ipse; priore autem sine rebaptizatione jubentur Novatiani recipi; altero Paulianistæ contra rebaptizari, quod præscriptam formam non tenerent; at hanc servabant ipso teste ATHANASIO Ariani. Nec cum fugere poterat Can. 8. Concilii ARELAT. I., de quo supra n. 142., cum biennio ipse in Gallia exul moratus sit. Unde ad loca objecta

R. Explico cum D. Ait, Arianorum baptisma esse vacuum, inutile, simulacrum religionis, etc., quoad effectum gratiæ in adultis, qui cum Ariani in hæresi communicant, vel ab his, si Catholici sint, scientes sine causa necessitatis, Baptismum sumunt C. quia tales obicem ponunt gratiæ: quoad substantiam et valorem N. Responsio ex hoc ipso S. Patris loco patet; nam 1º. ait, Arianos venire in periculum amittendæ integritatis Baptismi; at si judicasset reipsa nullum, dicere debuisset, eos amisisse Baptismi integritatem. Dicit vero, eos se periculo exponere amittendi ipsam Baptismi substantiam, quia pronum erat, ut, cum erronee de Trinitate sentirent, etiam errorem, ut postea Sabelliani, in forma exprimerent, baptizando in nomine Patris majoris, Filii creaturæ, etc. 2º. Quia inquit, inutilem esse Baptismum, sed ex hac causa quod nihil ad pietatem queat conferre.

149. Ad 2ºm. R. BASILIVM revera CYPRIANI et FIRMILIANI videri tenuisse sententiam; sed ex eo capite excusandum, quod ritum hunc esse meræ discipline putaret; atque eum ita sensisse inde intelligitur, quia loco utroque cit. cuique suum hac in re morem, etiam non rebaptizantibus salvum vult; in priore enim subdit: quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est propter multorum œconomiam et dispensationem eorum Baptisma suscipi, suscipiatur. In altero addit: si autem prohibita est apud vos rebaptizatio, sicut a Romanis, œconomia gratia, nostra tamen ratio (ritus rebaptizandi) vires obtinet. Unde concludit, necessarium esse convocari Concilium, ut ea controversia terminetur. Immerito autem quidam BASILIVM explicant, quod de iis loquatur hæreticis, qui formam non retineant; nam 1º. præter hos, ut Pepuzenos, etiam alios formam retinentes speciatim nominat, quos nihilominus rebaptizari vult, etsi non rebaptizantur apud Romanos; at Romana Ecclesia nunquam approbavit Baptismum sine præscripta forma collatum. 2º. Ratio BASILII eadem, quæ CYPRIANI fuit, generalis hæreticos omnes spectat (1).

150. Dices: Dogma Rebaptizantium jam fuerat proscriptum in Concilio

(1) Lege notam quam Benedictini Editores opp. S. Basilii canoni 47. supr. cit. subjiciunt.

NICENO I. Item ARELATENSI I., quo utroque BASILIVS posterior fuit; quomodo igitur adhuc servare rebaptizandi consuetudinem potuit?

R. D. Dogma hoc jam erat proscriptum in Concilio Nicæno formaliter et explicite N. illative et argutive C. Quia Concilium hoc Can. 8. vult, Novatianos recipi citra rebaptizationem; e contra non sine hac Paulianistas Can. 19., utpote formam vitiantes; hinc tantum per consecutiones et ratiocinia inferri poterat, hæreticos formam servantes recipiendos esse sine collatione Baptismi novi. Quia igitur non explicite hoc dogma fuit definitum, poterant adhuc aliter sentire rebaptizantes post Concilium NICEN., putareque decretum Concilii spectare non fidei dogma, sed rem disciplinæ variabilis pro varietate regionum. Concilium ARELAT. I. vero annis circiter 11. ante NICEN. habitum partim ignorari in Oriente potuit, partim pariter credi, ejus Can. 8. pro disciplinari conditum esse respectu Occidentis.

151. Ad 3ºm. R. Ob hanc sententiam rebaptizantibus quidam annumerant CYRILLUM usque ad Concilium CONSTANTINOPOLIT. I., in quo priorem sententiam primum deposuerat, Can. 7. hujus Concilii subscribens; attamen ratio hunc S. Patrem accensendi rebaptizantibus, ex textu Præf. Catech. petita cæteris non videtur efficax; in græco enim textu aliter habetur, nec, ut versio latina habet, siquidem prius non erat Baptisma, sed ubi, vel quando, aut si illud prius non erat Baptisma; in græco enim est particula επειδη, quæ potius idem sonat, ac ubi, quando, habens vim conditionalem. Unde in hac sententia adhuc satis commode explicari potest de hæreticis formam corruptentibus.

152. Ad 4ºm. R. S. OPTATUM distinguere quidem inter schismaticos et hæreticos; sed per hæreticos eos solos intelligit, qui forma vitata utebantur. Patet 1º. ex contextu, quia loquitur de hæreticis, qui symbolum vitiant; hujus vero nomine tum temporis intelligebatur Trinitatis invocatio: sic in Concilio ARELAT. I. Can. 8. dicitur: Si quis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum, et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto baptizatum, etc. Sic AUG. L. 6. de Bapt. contr. Donatist. c. 47. n. 25. Ceterum, inquit, quis nesciat, non esse Baptismum Christi, si verba evangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint. 2º. Quia loquitur de hæreticis, qui varia habent Baptismata; consequenter diversas formas. 3º. Quia idem S. P. L. 5. contra Parmenian. eumd. c. 7. (opp. p. 86.) omne Baptisma a quocumque collatum, modo præscripta forma, approbat: In quo baptizarentur gentes, a Salvatore mandatum est; per quem baptizarentur, nulla exceptione, discretum est: non dixit Apostolis: vos facite; alii non faciant: quisquis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizaverit, Apostolorum opus implevit. Ex quo concludit: Ergo nomen est, quod significat; non opus. Deinde ibid. c. 6. commune rebaptizantium fundamentum impugnat: Redeo nunc, ait, ad illud vestrum quod dicitis: qui non habet, quod det, quomodo dat? Hæc verba in lege scripta non sunt; nam si (ut vultis) homo dat, Deus vacat. Alia proinde loca, quæ ex eod. S. Patre plura objici possunt, velut aquam Praxæ, Patripassianorum, explica, ut supra S. ATHANASIVM.

153. Ad 5ºm. R. Tam S. HIERONYMUS, quam S. AMBROSIVS loquuntur de v. p. 1.

sacramento quoad effectum, sive fructum, quem non percipiunt, qui hæreticis vel consentiunt, vel cum iis communicant; sed ob perceptionem sacrilegam polluuntur, scilicet peccato sacrilegii. S. AUGUSTINUS pro opinione sua privata de talis Baptismi valore nunquam dubitavit; decidere tamen hac in re non voluit sui solius auctoritate, eo quod de Baptismo collato ab infideli nullum Concilium aliquod decrevisset, ut eodem declarat loco.

154. *Obj. III.* Ecclesia præsentis in controversia nunquam sibi constans fuit; ergo.

Prob. Ant. 1º. Concilium NICÆN. I. Can. 19. dicit: si quis confugit ad Ecclesiam Catholicam de Paulianistis et Cataphrygis, statutum est, rebaptizari eos omnino debere; sed tamen Cataphryges, h. e. Montanistæ formam servabant, teste ATHANASIO orat. 2. contr. Arian. supra cit., et HIERON. Dial. contr. Luciferian.

2º. S. HIERONYMUS ante cit. negat Cerinthianos, Ebionitas, et Manichæos fuisse rebaptizatos; GENNADIUS contra sec. V. scriptor ait L. de Dogmat. Eccles. c. 22. alias 32. Montanistas, Manichæos et alios hujusmodi rebaptizari; ergo.

R. *N. Ant.* de Ecclesia universali; quedam particulares enim, de quibus ante dictum, nihil reliquæ universali derogare possunt.

Ad prob. 1ºam. R. Vox *Cataphrygis* mendose et vitiose irrepsit in versionem ISIDORI; nec enim in Canone græco et primigenio extat, nec in versione DIONYSII EXIGUI. Interim tamen revera Montanistæ tempore Concilii NICÆNI non rebaptizabantur, pari fruente sorte cum Novatianis, ex ratione jam superius data.

Ad prob. 2ºam. R. *N. Cons.* Variatio enim illa non velut versatili in Ecclesia dogmati, aut disciplinæ, sed hæreticorum tribuenda inconstantia est, eorum maxime, qui de Trinitate sentiebant erronee, pro varietate locorum et temporis formam depravantium. Sic Manichæi et Montanistæ primo forma utebantur evangelica, quam postea tempore GENNADI depravarunt, ut de Montanistis jam observavimus.

155. *Obj. IV.* Ex SS. Pontificibus. Multo adhuc post STEPHANUM tempore; varii successores Pontifices judicarunt contrarium; ergo.

Prob. Ant. 1º. INNOC. I. epist. 18. (al. 24. c. 3.) ad Alexand. hoc ait esse discrimen inter Arianorum baptismum et consecrationem, quod eorum baptismum sit ratum, sed non ordinatio. Simile quid leges Caus. 1. q. 1. Can. *Qui perfectionem*, et c. *Ventum est*. 2º. LEO I. epist. 79. (al. 139. c. 7.) ad Nicætam Aquileiensem: *Hi*, inquit, *qui baptismum ab hæreticis acceperunt... formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt*. 3º. S. GREG. M. L. 11. ep. 61. (al. 67. opp. t. 3. p. 1168. A.) jubet repeti Bonosianorum baptismum. PELAG. II. relatus Caus. 24. q. 1. c. *Schisma* ait: non est Christi corpus, quod schismaticus conficit. 4º. URBAN. II. epist. ad Lucium (Labb. t. 10. p. 441. A.) videtur docere, valere quidem sacramenta collata ab improbis Catholicis, non autem a schismaticis et hæreticis. 5º. Plures demum SS. Pontifices declarant ordinationes factas a schismaticis, hæreticis esse nullas, irritas.

R. *N. Ant. Ad prob. R.* Nullum ex singulis relatis esse contrarium. INNOC. I.

non dixit ordinationem Arianorum invalidam quoad substantiam; sed solum, quod apud hos ordinati, dum ad Ecclesiam redeunt, cum honoribus suis et gradibus recipiendi non sint. S. LEO eo ipso in loco Baptismum non esse iterandum docet; unde per sanctificationem fructum intelligit, quem communicantes hæreticis non percipiunt. S. GREGOR. merito a Bonosianis baptizatos rebaptizari voluit, qui Bonosiani corrupisse formam notati sunt; non enim baptizabant in nomine SS. Trinitatis: cæterum ibidem declarat simul, quod baptizatus ab hæreticis præscripta forma baptizantibus rebaptizari non debeat. PELAG. non intelligit Eucharistiam, sed corpus Christi mysticum, Ecclesiam; vultque apud schismaticos non esse verum corpus Christi mysticum; unde subdit: *Nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine Apostoli reprobatione confingere: unam, ut sæpe dictum est, quæ Christi corpus est, constat esse Ecclesiam*. URBANUS solum de sacramenti fructu loquitur. Cæteri demum ordinationes factas a schismaticis vel hæreticis, nullas, irritas dicunt, non quoad substantiam, sed exercitium. Sed de hæreticorum ordinationibus cum specialis difficultas sit, quæ hujus nondum loci est, vide quæ de valore talium ordinationum satis prolixè disserui, Tract. de sacr. Ord., ubi de ministro hujus sacramenti.

156. *Obj. V.* Ex ratione. 1º. Baptismus est fons vitæ: atqui hunc non habent hæretici, sed e contra aquam mendacem et adulteram; ergo.

2º. Juxta illud 1. Petr. 3. 20. 21. In arca Noe pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam; quod et vos nunc similis formæ salvos facit Baptisma; arca Noe aquis diluvii supernatans figura est veræ Christi Ecclesiæ: atqui aqua diluvii non fuit aqua salutis, nisi iis solum, qui in arca erant; ergo.

3º. Sacramenta soli Ecclesiæ a Christo data sunt; ergo hæretici utpote extra Ecclesiam sacramenta non habent, nec proinde dare possunt aliis. Item, hæretici non sunt membra Ecclesiæ, vel sunt tantum mortua: sed caput non influit in corpus per membra mortua; ergo.

4º. Per Baptismum homines generantur filii Dei; filios vero Dei ex sola Christi sponsa sua suscipit, quæ est Ecclesia vera, non ex adultera, quæ a Christo separat et non nisi proles spuria gignit; ergo hæretici non baptizant valide.

5º. Nullum hæretici habent jus in sacramenta; quæ enim conventio Christi cum Belial? 2. ad Cor. 6.; ergo.

Ad 1. R. C. M. D. min. Habent tantum aquam mendacem et adulteram, h. e. infructuosam pro se hæreticis, et iis, qui cum ipsis communicant. C. h. e. non habent verum Baptisma, si ritum evangelicum servent. N. Baptismum cum Ecclesia communem habent; nimirum sicut fluvius Paradisi, ait AUG. L. 4. de Bapt. c. 1., etiã diffundebatur in terras externas, sic fons aquæ vitalis in Ecclesia Catholica positus exundat foris.

Ad 2ºam. R. D. min. Aqua diluvii non fuit aqua salutis, nisi iis, qui in arca erant, spectato effectum; quia scilicet ab interitu sunt actu liberati. C. spectata virtute, quasi secundum se salvare alios non potuisset. N. Baptismus hæreticum qua talem non salvat, potest tamen hunc salvare, si deponat hæresin; sicut et Catholicus Baptismum ab hæretico bona fide, vel in necessitate suscipiens eo salvatur.

Ad 3^{um}. R. D. Cons. Ergo non habent sacramenta ut sua C: ut Ecclesie N. Sicut S. Scriptura, quam habent hæretici, non est eorum, sed Ecclesie: vel sicut res tua jure proprietatis pertinet ad te solum, licet ab alio quocumque possessore delineatur. Deinde Deus quibuscumque membris ceu instrumentis uti potest. Caput naturale equidem per membra mortua non influit in corpus; cum enim influxus ejus vitalis sit, influere debet per membra viventia: at Christus caput morale per hæreticos non ceu per membra influit, sed ceu per instrumenta.

Ad 4^{um}. R. C. Ant. N. Cons. Illi enim, qui baptizantur ab hæreticis, etiam generantur ab Ecclesia, quia baptizantur Baptismo, qui est Ecclesie, quem ministrant hæretici ceu instrumenta. Sicut videlicet, inquit Aug. L. 5. de Bapt. c. 24. Sara ex utero Agar ancillæ jure conjugali genuit Abrahamæ Ismaelem, sic Ecclesia ex utero ancillæ, hæresis, ut ex divino semine, scilicet Baptismate quod ejus est, Christo sponso suo filios procreat.

Ad 5^{um}. R. D. Ant. Nullum habent jus in sacramenta Christi, ut illa administrant licite et legitime C, ut nec valide, auctoritate Christi illa administrare valeant N. Multa enim, ait Aug. ad hanc object. L. 5. de Bapt. c. 15. n. 19., contra jus dantur; non tamen ideo vel nulla, vel non data dicuntur. Quique eorum hæresi non consentiens Baptismum ab iis bona fide, in necessitate suscipit, conventionem cum Belial non habet. His porro objectionibus addi etiam possunt, quæ Art. seq. afferentur.

ARTICULUS III.

AN AD VALOREM SACRAMENTI SALTEM REQUIRATUR IN MINISTRO PROBITAS?

157. Præmitto. Seculo IV. dispari longe modo et pertinacia vere hæretica rebaptizantium errorem propugnarunt, auxeruntque Donatistæ, sic dicti a Donato episcopo a Casis-nigris, ut inquit Aug. L. 1. Retract. c. 21. schismatis Carthaginensis in Cæciliani electione promotore principe. Mortuo Majorino episcopo, cum Cæcilianus communibus populi suffragiis esset electus Episcopus, et a Felice Aptungitano ordinatus, Botrus et Cælestius, qui ipsi episcopatum ambierant, Luciliæ Cæciliano pridem subinfensæ, potentis femine præsidii adjuti, nullam esse aiebant Cæciliani ordinationem, utpote a Felice factam, homine improbo, quem ceu traditorem sacrorum Codicum criminabantur, dicendo, sacramenta non solum collata ab hæreticis extra Ecclesiam, sed etiam ab improbis intra Ecclesiam nulla esse. Paucis S. Optatus hoc schisma depinxit L. 1. c. 29., schisma, inquit, confusa mulieris iracundia peperit, ambitus nutrit, avaritia roboravit. Quod novum dogma hæreticum postea nonnihil emollientes peccatorem publicum inter et occultum distinguebant docendo, valida adhuc esse sacramenta collata a peccatore occulto, at non publico; unde et Catholicos, quod Baptismum susceptum in hæresi vel schismate non repeterent, ac rata haberent sacramenta collata ab improbis, pro hæreticis habebant, teste Aug. L. 3. de hæresib. num. 69. Sæpius S. Aug. totius definitionem Ecclesie ipsis opposuit factam plenario in Concilio; at contendebant Donatistæ, Ecclesiam toto

in orbe, criminum et abusu multitudine oppressam, sepultamque in una Donati parte, pro qua videlicet supra 400. stabant episcopi, consistere. Quodnam vero fuerit plenarium istud Concilium, disputant Critici, aliis ARELAT. I. non adeo multo post CYPRIANI mortem tempore habitum, aliis generale NICÆN. I. opinantibus. Quæ sententia postrema S. AUGUSTINO videtur conformior; ait enim S. Doctor, fuisse hoc totius orbis Concilium; sed hoc soli NICÆNO convenit; ARELATENSE enim, etsi plures in eo, quam in NICÆNO convenerint episcopi, numero facile 600., hoc tamen ex solis constabat Occidentalibus; NICÆNUM contra ex episcopis totius orbis.

Hanc Donatistarum hæresin sec. XII. resuscitasse dicuntur Apostolici, ut S. BERNARD. serm. 66. in Cantica innuit; tum sec. XIV. Waldenses et Albigenses, S. ANTONINO teste 4. p. Theol.: longius vero his omnibus progressi sec. XIV. Wicleffistæ, ea tantum sacramenta valida dicentes, quæ a ministris prædestinatis conficerentur.

158. Dico. In ministro ad sacramenti valorem probitas, h. e. sanctitas, vel status gratiæ non requiritur. Est de fide.

Constat 1^o. ex Concl. Art. præced. a potiori; si enim sacramentorum valori non obstat hæresis, quanto minus status peccati?

2^o. Auctoritate et definitione Concilii CONSTANTIENSIS damnantis Art. 4^{um}. Wicleffi: Si episcopus, aut sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat. Ac Concilii TRID. Sess. 17. Can. 12. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum aut conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit.

3^o. Ex traditione et praxi Ecclesie perpetua nunquam iterantis sacramentum collatum a ministro peccatore, sive occulto, sive publico, sed semper damnantis, qui contrarium sentirent.

4^o. Ex auctoritate SS. Patrum, quorum una vox est, una sententia, sacramenta sic esse in potestate Dei, vel Christi, ut efficaciam suam ministrorum sanctitati prorsus non debeant, velut disertè tradit S. GREGOR. NAZ. orat. 40. de Bapt. n. 26., S. CHRYSOST. hom. 8. in epist. 1. ad Cor. n. 4. (opp. 10. p. 66. C.) ac nifide S. AUG. L. 2. contr. epist. Parmeniani c. 10. n. 22. dicens: Omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus; prosunt tamen per eos digne suscipientibus. Et Tract. 5. in Joan. n. 18. Dedit Judas, inquit, et non est baptizatum post Judam: dedit Joannes, et baptizatum est post Joannem; quia si datus est a Juda baptismus, Christi erat; qui autem a Joanne datus est, Joannis erat... Sic ergo quos baptizavit ebriosus, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si Baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Ubi S. Pater simul rationem expressit, ex qua infra idem probabimus.

5^o. Ex ratione theologica. Potestas et virtus sacramentorum apud Christum, non apud ministrum est, ut modo ex Aug. notatum, et Art. præced. ex S. Scriptura n. 144. Quia scilicet semper principalis operans Christus est. Nocet igitur minister malus sibi, ut infert Aug. Tr. 5. in Joan. cit.; sed aliis tamen prodest, estque instar canalıs, qui licet lapideus sit, et ex aqua fructum ferre non possit, hortis tamen aquam, et cum aqua pluri-

Ad 3^{um}. R. D. Cons. Ergo non habent sacramenta ut sua C: ut Ecclesie N. Sicut S. Scriptura, quam habent hæretici, non est eorum, sed Ecclesie: vel sicut res tua jure proprietatis pertinet ad te solum, licet ab alio quocumque possessore delineatur. Deinde Deus quibuscumque membris ceu instrumentis uti potest. Caput naturale equidem per membra mortua non influit in corpus; cum enim influxus ejus vitalis sit, influere debet per membra viventia: at Christus caput morale per hæreticos non ceu per membra influit, sed ceu per instrumenta.

Ad 4^{um}. R. C. Ant. N. Cons. Illi enim, qui baptizantur ab hæreticis, etiam generantur ab Ecclesia, quia baptizantur Baptismo, qui est Ecclesie, quem ministrant hæretici ceu instrumenta. Sicut videlicet, inquit Aug. L. 5. de Bapt. c. 24. Sara ex utero Agar ancillæ jure conjugali genuit Abrahamæ Ismaelem, sic Ecclesia ex utero ancillæ, hæresis, ut ex divino semine, scilicet Baptismate quod ejus est, Christo sponso suo filios procreat.

Ad 5^{um}. R. D. Ant. Nullum habent jus in sacramenta Christi, ut illa administrant licite et legitime C, ut nec valide, auctoritate Christi illa administrare valeant N. Multa enim, ait Aug. ad hanc object. L. 5. de Bapt. c. 15. n. 19., contra jus dantur; non tamen ideo vel nulla, vel non data dicuntur. Quique eorum hæresi non consentiens Baptismum ab iis bona fide, in necessitate suscipit, conventionem cum Belial non habet. His porro objectionibus addi etiam possunt, quæ Art. seq. afferentur.

ARTICULUS III.

AN AD VALOREM SACRAMENTI SALTEM REQUIRATUR IN MINISTRO PROBITAS?

157. Præmitto. Seculo IV. dispari longe modo et pertinacia vere hæretica rebaptizantium errorem propugnarunt, auxeruntque Donatistæ, sic dicti a Donato episcopo a Casis-nigris, ut inquit Aug. L. 1. Retract. c. 21. schismatis Carthaginensis in Cæciliani electione promotore principe. Mortuo Majorino episcopo, cum Cæcilianus communibus populi suffragiis esset electus Episcopus, et a Felice Aptungitano ordinatus, Botrus et Cælestius, qui ipsi episcopatum ambierant, Luciliæ Cæciliano pridem subinfensæ, potentis femine præsidii adjuti, nullam esse aiebant Cæciliani ordinationem, utpote a Felice factam, homine improbo, quem ceu traditorem sacrorum Codicum criminabantur, dicendo, sacramenta non solum collata ab hæreticis extra Ecclesiam, sed etiam ab improbis intra Ecclesiam nulla esse. Paucis S. Optatus hoc schisma depinxit L. 1. c. 29., schisma, inquit, confusa mulieris iracundia peperit, ambitus nutrit, avaritia roboravit. Quod novum dogma hæreticum postea nonnihil emollientes peccatorem publicum inter et occultum distinguebant docendo, valida adhuc esse sacramenta collata a peccatore occulto, at non publico; unde et Catholicos, quod Baptismum susceptum in hæresi vel schismate non repeterent, ac rata haberent sacramenta collata ab improbis, pro hæreticis habebant, teste Aug. L. 3. de hæresib. num. 69. Sæpius S. Aug. totius definitionem Ecclesie ipsis opposuit factam plenario in Concilio; at contendebant Donatistæ, Ecclesiam toto

in orbe, criminum et abusu multitudine oppressam, sepultamque in una Donati parte, pro qua videlicet supra 400. stabant episcopi, consistere. Quodnam vero fuerit plenarium istud Concilium, disputant Critici, aliis ARELAT. I. non adeo multo post CYPRIANI mortem tempore habitum, aliis generale NICÆN. I. opinantibus. Quæ sententia postrema S. AUGUSTINO videtur conformior; ait enim S. Doctor, fuisse hoc totius orbis Concilium; sed hoc soli NICÆNO convenit; ARELATENSE enim, etsi plures in eo, quam in NICÆNO convenerint episcopi, numero facile 600., hoc tamen ex solis constabat Occidentalibus; NICÆNUM contra ex episcopis totius orbis.

Hanc Donatistarum hæresin sec. XII. resuscitasse dicuntur Apostolici, ut S. BERNARD. serm. 66. in Cantica innuit; tum sec. XIV. Waldenses et Albigenses, S. ANTONINO teste 4. p. Theol.: longius vero his omnibus progressi sec. XIV. Wicleffistæ, ea tantum sacramenta valida dicentes, quæ a ministris prædestinatis conficerentur.

158. Dico. In ministro ad sacramenti valorem probitas, h. e. sanctitas, vel status gratiæ non requiritur. Est de fide.

Constat 1^o. ex Concl. Art. præced. a potiori; si enim sacramentorum valori non obstat hæresis, quanto minus status peccati?

2^o. Auctoritate et definitione Concilii CONSTANTIENSIS damnantis Art. 4^{um}. Wicleffi: Si episcopus, aut sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat. Ac Concilii TRID. Sess. 17. Can. 12. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad sacramentum aut conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut conferre sacramentum, anathema sit.

3^o. Ex traditione et praxi Ecclesie perpetua nunquam iterantis sacramentum collatum a ministro peccatore, sive occulto, sive publico, sed semper damnantis, qui contrarium sentirent.

4^o. Ex auctoritate SS. Patrum, quorum una vox est, una sententia, sacramenta sic esse in potestate Dei, vel Christi, ut efficaciam suam ministrorum sanctitati prorsus non debeant, velut disertè tradit S. GREGOR. NAZ. orat. 40. de Bapt. n. 26., S. CHRYSOST. hom. 8. in epist. 1. ad Cor. n. 4. (opp. 10. p. 66. C.) ac nifide S. AUG. L. 2. contr. epist. Parmeniani c. 10. n. 22. dicens: Omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus; prosunt tamen per eos digne suscipientibus. Et Tract. 5. in Joan. n. 18. Dedit Judas, inquit, et non est baptizatum post Judam: dedit Joannes, et baptizatum est post Joannem; quia si datus est a Juda baptismus, Christi erat; qui autem a Joanne datus est, Joannis erat... Sic ergo quos baptizavit ebriosus, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si Baptismus Christi erat, Christus baptizavit. Ubi S. Pater simul rationem expressit, ex qua infra idem probabimus.

5^o. Ex ratione theologica. Potestas et virtus sacramentorum apud Christum, non apud ministrum est, ut modo ex Aug. notatum, et Art. præced. ex S. Scriptura n. 144. Quia scilicet semper principalis operans Christus est. Nocet igitur minister malus sibi, ut infert Aug. Tr. 5. in Joan. cit.; sed aliis tamen prodest, estque instar canalıs, qui licet lapideus sit, et ex aqua fructum ferre non possit, hortis tamen aquam, et cum aqua pluri-

mum fructum affert: ex AUGUST. Tract. 5. in Joan, n. 15. Item, est instar sigilli, quod siye plumbeum, siye aureum sit, semper eandem imprimat imaginem principis, quæ similitudo S. GREGORIO NAZ. loc. cit. placuit; vel ut cerea fax, quæ aliis prælucescens seipsam consumit, ut ait NICOLAUS I. Papa ad consulta Bulgarorum. c. 71. (Labb. t. 8. p. 541.)

Adde hoc ingens absurdum; si sacramentorum valor dependeret a ministri probitate, vel statu gratiæ, cum hæc desint multis, sacramenta persæpe essent irrita, cum ingenti animarum dispendio; non esset eorundem iterationis finis, nunquam anxietatum; itaque Christus parum Ecclesiæ, parum animarum salutis providisset; quæ quam longissime abhorrent a fine et scopo Christi sacramenta instituentis.

139. *Obj. I.* Ex S. Scriptura 1^o. Eccl. 34. 4. *Ab immundo quis mundabitur?* Et v. 30. *Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?* Ergo impii mundare quicumque non possunt a peccatis, aut conferre Baptismum validum; sed talis Baptismus aqua mendax est, ut ait Jeremias cap. 13.

2^o. Aggæi 2. contaminari dicitur, *quidquid tetigerit pollutus in anima: sed peccator est pollutus in anima; ergo.*

3^o. Eccles. 10. 4. *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti: sed tales muscæ peccatores sunt, et unguentum hoc est sacramentum; ergo.*

4^o. Matth. 7. Christus dicit: *Non potest arbor mala bonos fructus facere: atqui peccator est arbor mala. Præterea*

5^o. Christus Joan. 20. ait ad Apostolos, inque iis ad sacerdotes omnes: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, etc.; ergo nemo potest remittere peccata, nisi habeat Spiritum sanctum; sed improbi illum non habent; ergo.*

Ad 1^{am}. R. D. 1^{am}. Cons. Ergo impii non possunt mundare virtute propria et principali C. virtute Christi, et ut causa instrumentalis N. Sicut medicus mediante medicina potest ægro conferre sanitatem, qua ipse caret; sic actio sacramentalis posita a ministro improbo mundare potest Christi virtute et nomine. N. autem 2^{am}. *Cons.* Nam textus ex quo educitur plane imperlinens est; ibi enim de purificatione ab immunditia legali sermo est, quæ contrahatur ex contactu cadaveris, vel mortui; ac sensus est: quid prodest post cadaveris contactum purificari lustrationibus legalibus, si rursus repetito illius contactu eandem de novo immunditiam contrahas? Deinde qui baptizatur a peccatore, baptizatur quidem a mortuo ceu instrumento; attamen baptizatur a Christo vivente tanquam a causa principali, inquit AUG. L. 2. contra epist. Petiliani L. 10. c. 22. Jeremias per aquam mendacem populum perfidum intelligit, non aquam Baptismi, quæ ex se nunquam mendax est; sed solum per accidens ob pravam dispositionem recipientis.

Ad 2^{am}. R. 1^o. Etiam hic textus inepte contra litteram affertur; pollutus enim hoc quoque loco dicitur, qui corpus mortui attigerit juxta legem Numeror. 19., ait Hieron. in Aggæum.

2^o. Textum huc licet applicando, contaminari dicitur, quod tangit pollutus ut pollutus, non ut Dei minister, ut inquit S. OPTAT. Milevitanus Lib. 6. de schism. Donatist. c. 3.

Ad 3^{am}. R. N. min. quoad p. 2^{am}. Per unguentum hic odor bonæ famæ

indicatur; scilicet muscæ morientes, siye impii perdunt suavitatem unguenti, siye odorem bonæ famæ; non vero perdunt Dei virtutem, per quam agunt in sacramentis, juxta S. AUG. L. 2. contr. Parmenianum cap. 10. n. 22.

Ad 4^{am}. R. Explico cum D. juxta AUGUSTINUM cont. epist. Petiliani L. 2. c. 6. n. 13. Arbor mala, vel peccator qua talis C. qua minister Dei N.

Ad 5^{am}. R. D. Cons. Nemo potest remittere peccata, nisi habeat Spiritum sanctum; h. e. potestatem per Spiritum sanctum communicatam C. nisi habeat Spiritum sanctum, h. e. ejus gratiam sanctificantem sibi inhærentem N. Potestas conficiendi sacramenta non est gratia gratum faciens, sed gratis data in aliorum commodum, quæ etiam in peccatoribus et infidelibus esse potest.

160. *Obj. II.* Ex SS. Patribus 1^o. S. AUG. pluribus in locis docet, ministros malos non posse dare remissionem peccatorum; sic L. 3. de Bapt. contr. Donat. c. 18. ait de ministris malis: *Tales ipsius Cypriani temporibus baptizabant.... remissam tamen peccatorum non dabant; quæ per orationes sanctorum; id est per columbæ gemitus datur... non enim raptoribus ac feneratoribus diceret Dominus: si cui dimiseritis peccata, dimittentur illi... sed solvitur, qui cum columba fecerit pacem, et ligatur, qui cum columba non habet pacem; ergo.*

2^o. S. HIERON. in cap. 3. Sophon. asserit, erroneum esse putare, Eucharistiam fieri posse verbis sacerdotis, non vita; solemniori oratione, non meritis; ergo hæc ad valorem requirit.

Ad 1^{am}. R. Docet, ministros malos, siye hæreticos, siye schismaticos non posse dare remissionem peccatorum, vel gratiam iis, qui consentiendo eorum hæresi, vel schismati, vel malitiæ ponunt obicem C. secus N. Responsio ex ipso textu colligitur: ait enim, Christum non dedisse raptoribus et feneratoribus potestatem solvendi, ligandi; sed *solvitur, qui cum columba fecerit pacem*, h. e. a schismate redeunt ad Ecclesiam; *ligatur autem qui cum columba non habet pacem*, h. e. vult remanere in schismate; eoque casu talium remittendi peccata potestatem non dedit ministris Deus. Eodem modo exponi debet, quod dicit L. 5. de Bapt. c. 22., hæreticos Baptismum, non gratiam dare posse juxta dicta Art. præced. Cæterum mens AUG. nemini dubia esse potest, cum eo nemo valentius dogma hoc catholicum contra Donatistas sit tuitus, ut ex recitatis ejus sententiis liquet.

Ad 2^{am}. R. S. HIERON. ibi ad significationem vocis *Eucharistia* alludit, quæ gratiarum actionem significat, dicitque, ut hæc Deo grata ac vera sit, requiri præter verba consecrationis probitatem sacerdotis atque vitam sanctam. De ordinationibus factis a simoniacis, intrusis ac similibus abunde jam dictum suo loco fuit de Sacram. Ord. ubi de ministro hujus sacramenti.

161. *Obj. III.* Ex ratione 1^o. Nemo dat, quod non habet: sed minister improbus non habet Spiritum sanctum; ergo nec eundem dare posset.

2^o. Hoc modo nullum foret discrimen inter ministrum probum et improbum, bonum et malum: sed hoc pugnat cum communi fidelium sensu, qui judicant, melius esse, sacramentum a ministro bono, quam a malo percipere.

3^o. Sacramentum ut conferatur valide, debet fieri Christi nomine, et minister debet agere ut instrumentum Christi: sed improbi non possunt esse ministri et instrumenta Christi; nam instrumentum agenti principali conjunctum esse debet; ergo.

Ad 1^{am}. R. D. M. Nemo dat virtute propria, quod non habet; vel si agat ut causa principalis nomine proprio C. nemo dat virtute et potestate aliena, quod non habet; aut si nomine alieno agat ut causa mere instrumentalis N. Sic D. min. et N. Cons.

Ad 2^{am}. R. D. M. Nullum foret discrimen, quantum ad substantiam sacramenti C. neque hoc pugnat cum fidelium sensu. Quantum ad humana merita, dignam sacramentorum administrationem et ædificationem N.

Ad 3^{am}. R. N. min. Rationem D. Debet esse conjunctum agenti principali per amicitiam et gratiam N. per institutionem et intentionem, ut velit facere, quod Christus instituit, et cujus potestatem ab eo accepit C.

ARTICULUS IV.

QUID REQUIRATUR IN MINISTRO, UT SACRAMENTUM MINISTRET LICITE?

Minister sacramenti alius est talis ex officio, sive per se, qui speciali consecratione ad tale sacramentum conficiendum, vel ministrandum deputatus est, ut episcopus ad conficiendum et ministrandum sacramentum Confirmationis et Ordinis; sacerdos ad sacramenta Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis. Alius est minister per accidens, non ex officio talis, h. e. non specialiter consecratus, vel deputatus ad sacramentum ministrandum. Prior etiam minister solemnitatis dicitur, posterior necessitatis.

162. Dico I. Minister ex officio talis, sive specialiter consecratus et deputatus per se loquendo peccat mortaliter, sacramentum in statu peccati mortalis conficiens.

Prob. I. Ex S. Scriptura. Multo magis requiritur sanctitas et mundities in ministris sacramentorum novæ Legis, quam veteris; hæc enim nostrorum figuræ tantum et umbræ erant: sed sub culpa gravi requirebatur in ministris Legis veteris sanctitas et mundities, Exod. 19. *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos.* Levit. 22. *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra (Aaronica, ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino; pœnæ autem intentatæ gravitas gravitatem detegit culpæ; ergo.*

Prob. II. Auctoritate Patrum e quibus S. Avg. L. 2. contr. epist. Parmen. c. 10. jam supra relatus, *Omnia, inquit, sacramenta, cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne suscipientibus.* Et in Ps. 103. n. 9. *Videant, qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sancte utuntur;* hoc vero de ministris dixit. Tum Tract. 5. in Joan. n. 13. *Ego dico, et omnes dicimus, quia justos oportet esse tanti Judicis ministros.* S. GREG. L. 1. ep. 25. (opp. t. 2. p. 508. B.) *Necesse est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat... scriptum namque est: Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Similia referunt alii apud SUAREZ hic; Unde et GREG. IX. c. ult. de

tempor. ordinand. ait: *Sacerdotes iniquos sub interminatione judicii divini obtestandos esse, si non pœnituerint, ut in susceptis ordinibus non ministrent;* Ac Rituale Romanum, *impure vel indigne sacramenta administrantes in æternæ mortis reatum incidere.*

Prob. III. Ratione. Quia sacramenta in se sunt res sanctissimæ, in se moraliter continentes Christi merita et sanguinem; ergo ipso dictante rationis lumine sancte tractanda sunt. Deinde minister sacramentum conficiens Christi ipsius gerit et sustinet personam, estque unum agens cum Christo tanquam agente principali; ergo gravis in hunc et sacramenta irreverentia committitur, si tantæ sanctitatis et dignitatis actio indigne exerceatur.

Dixi 1^o. Minister ex officio conficiens; quod si enim talis non sit, ut in baptismo accidit, quem laicus in necessitate ministrat, complures putant eum non peccare mortaliter, quod non sit ad hoc specialiter consecratus. Verum contrarium affirmant communius alii; eo quod de ministris quibuscumque sine discrimine pronuntiant Patres, ministrum in statu peccati mortalis conficientem sacramentum peccare mortaliter, et quosvis alloquitur rectæ rationis vox: sancta sancte tractanda esse.

Dixi 2^o. per se loquendo; quia per accidens excusari potest, non a mortali solum, sed etiam veniali; si invincibiliter se in statu peccati esse ignoret, vel non advertat: aut, etsi advertat, adeo urgeat necessitas, ut ministro non relinquat spatium temporis, se prius Deo reconciliandi, velut si subito ob urgentem necessitatem esset baptizandus infans, absolvendus moribundus, ne hic ante absolutionem, ille ante baptismum moreretur. Cum enim sacramenta instituta sint pro salute hominum, hoc casu intentioni ac voluntati Christi erit conformius, prius periclitanti homini subvenire.

163. Dico II. Probabilius est, non peccare graviter ministrum, qui in statu peccati Eucharistiam solummodo distribuit. Ita Auctorum communior sententia.

Prob. Nam 1^o. obligatio gravis non debet adstrui sine fundamento gravi, et sufficienti: sed tale non videtur a parte adversa afferri. 2^o. Sacerdos Eucharistiam solummodo distribuens neque conficit sacramentum, neque Christi personam gerit, neque illius auctoritate immediate sanctificat; sed tantum jam confectum movet localiter illud applicando ori communicantis; in quo non potest dici, committi irreverentiam gravem; sicut juxta omnes non est irreverentia gravis, si sacerdos existens in peccato portet Eucharistiam de loco in locum; si attingat; si gestet e collo pendulam alio; si ea benedicat populo; re ipsa enim distribuendo Eucharistiam plus non facit, quam quod eam localiter deferat ad communicantes. Deinde distribuens Eucharistiam non est necessario ex institutione Christi persona sacra; cum eam olim in primo Ecclesiæ ævo secum domum deferrent laici, eamque sibi ac aliis distribuerent. Quod vero peccetur saltem venialiter, certum est, quia ratio dictat, esse saltem irreverentiam aliquam, in peccati gravis statu dispensare corpus Domini.

E quibus veluti sponte sua fluit, multo minus peccare ministrum graviter, qui in peccati statu existens exercet functiones sacras alias, non sacramentales; cujusmodi sunt chrismatis confectio, benedictio olei infirmorum, consecratio templorum, benedictio abbatum, vestium sacerdotum

lium, aquæ lustralis, cinerum, palmarum, nuptiarum : item cantus solemnus Evangelii a diacono, lectio Epistolæ a subdiacono; eo quod in his similibusque actionibus nulla interveniat sacramenti confectio; nulla meritum Christi dispensatio; nullum opus in se tam sanctum, ut detur obligatio gravis, illud exercendi in gratia.

Nec obstat, quod GRÆC. IX. cap. *Quæsitum*. de cohabit. cleric. et mul. dicat indistincte, Clericum quemlibet pro mortali peccato, quoad se ipsum esse suspensum ab officio; et S. TH. in 4. Dist. 24. a. 3. in solut. q. 3^æ. *Quicumque homo quod sibi competit ex ordine, facit indigne... per hoc mortaliter peccat*; et ibid. ad 4. *quandocumque* (existens in mortali) *exhibet se in aliquo actu ut ministrum Ecclesiæ, mortaliter peccat, et toties mortaliter peccat, quoties hujusmodi actum facit*; neuter enim sumi potest, ut verba sonant, ne, secus, aperte sequatur nimium; et vero sequeretur, graviter peccare ostiarium, qui existens in mortali aperit januam; acolythum, qui in statu peccati gravis deferret ampullas vel lumen; subdiaconum, qui eodem in statu in Sacro solemniter explicaret corporale: at hæc admitti non possunt. Uterque igitur pro qualitate materiæ intelligendus est, scilicet de ministracione, qua simul conficitur sacramentum, vel, quæ responsio Doctori Angelico apta est, si ob improbabilitatem notoriam detur scandali gravis occasio.

164. *Dico III.* Per se loquendo, citra peccatum grave ex parte ministri sacramentum indigno ministrari non potest. Est comm. et certa cum Doct. Ang. hic q. 80. a. 6.

Indignus vero hic dicitur, qui capax quidem est suscipiendi valide sacramenti, incapax autem obtinendæ per illud gratiæ. Indignitas hæc ex delicto gravi, vel impedimento oritur; estque pro ratione delicti vel publica, et notoria; vel occulta. Delictum autem publicum vel notorium est tale vel facto ipso, vel jure, vel fama communi. Publicum vel notorium, ut dicitur notorietate *facti* est, quod tot præsentibus patratur hominibus, ut nulla queat tergiversatione celari. Publicum vel notorium *jure*; cujus quis in judicio est probatus et declaratus reus. Publicum vel notorium *fama*, quod compluribus innotuit, licet facto ipsi præsentibus non adessent.

Prob. Ex S. Scriptura 1. ad Cor. 4. ubi præcipitur, ut minister fideliter sacramenta dispenset. Ac Matth. 7. monet Christus: *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos*; inter sancta vero religionis Christianæ sacramenta præcipuum locum sibi vindicant. Et ratio est 1^o. quia lex naturalis dicit, ut, qui ex officio est dispensator bonorum domini, de iis non disponat, nisi fideliter et juxta voluntatem domini; quæ hic est, ne communicentur indignis. 2^o. Religio qua virtus ad hoc specialiter obligat; vi cujus minister cavere tenetur, quoad potest, irreverentiam, quam indigne suscipiens sacramento ejusque auctori infert. 3^o. Lex charitatis obligat, non cooperari ad peccatum proximi.

Dixi: *per se loquendo*; excipi enim debet a regula, si peccator occultus petat sacramentum publice; tunc enim præceptum non infamandi proximum præponderat, cum peccator occultus jus ad famam retineat, qua ob delictum occultum nemo spoliari debet.

Nec obstat jus oppositum, quod habet Christus, ne indigna susceptione sacramenti inhonoretur ipse; nam juri huic ex casu dato Christus censetur

cedere gravissimis de causis, proinde nolle, ut iis in circumstantiis infametur peccator; sicuti Christus huic cedit juri, ne violetur sigillum confessionis; et sicut Christus ipse facto proprio cessit, Judæ in cœna ultima præbendo Eucharistiam, quem scientia privata certo sciebat esse furem et proditorem. Ratio igitur a priori ipsa Christi voluntas, quæ inde merito colligitur 1^o. ex ejus facto proprio: 2^o. quia censendus est ita instituisse sacramenta, eorumque ordinasse ministracionem, ut per ipsam non turbetur pax Ecclesiæ, oriantur scandala, homines avertantur a sacramentorum usu et ministerio; hæc vero sequerentur plane, si minister peccatori occulto sacramentum, dum hoc publice petit, negare deberet; vel enim minister occultum indignum repellens, teneretur eo casu probare indignitatem, vel non. Si primum; hoc sæpissime non posset; itaque ipse incommotis gravissimis esset expositus, quod faceret, ut ministerium redderetur summe odiosum, ideoque illud plerique subire refugerent. Si alterum; susceptio odiosa fieret, quod minister ea ratione, pro libitu, vel passione posset quemvis repellere, et infamare innocentem.

165. *Si dicas* 1^o. Præceptum non ministrandi sacramentum indigno est naturale et negativum; ergo obligat semper pro semper.

R. 1^o. N. esse purè negativum; sed resolvitur in affirmativum; scilicet prudenter et fideliter sacramenta dispensandi.

R. 2^o. *Perm. Ant. D. Cons.* Ergo pro semper obligat, et pro omnibus circumstantiis N. positis simul circumstantiis necessariis C. Inter has autem Christus esse voluit, ut absit scandali periculum et infamia. Sic etiam præceptum non occidendi non obligat in circumstantiis, quibus id necesse foret ad conservandam vitam, quam alter injuste invaderet.

166. *Si dicas* 2^o. Posset salvari non tantum fama proximi, sed etiam reverentia sacramenti, et insuper cavere scandalum, si administratio sacramenti simularetur, velut si daretur hostia non consecrata.

R. 1^o. Simulata sacramenti administratio illicita est juxta prop. 29. ab INNOCENTIO XI. damnatam, ex qua damnatione certum est, non licere hic simulationem formalem, ac proprie dictam (ut si minister ex intentione decipiendi adstantes poneret actionem sacramentalem sine intentione sacramenti), sed nec materialem, saltem quando adest aliqua vitiosa circumstantia, velut si administratio sacramenti exigatur in contemptum religionis; vel si fiat cum scandalo; hæc enim intrinsece mala sunt.

R. 2^o. In nullis circumstantiis dari posse hostiam non consecratam; etsi enim non sit proprie simulatio circa ministracionem sacramenti, quod ibi non est, et cujus nulla pars ponitur; vitiosa tamen accedit circumstantia, eo quod hostia non consecrata exponatur adorationi tum adstantium, tum præcipue illius, qui cum externa saltem reverentia eam suscipiet, proindeque idololatriam externam saltem committeret, quorum utrumque intrinsece malum est; sicut intrinsece malum est, si quis etiam metu mortis adactus a tyranno, thus idolo adoleat, quamvis interne intendat solum se odore pascere, quia scilicet cultum externum idolo exhibet.

167. *Si dicas* 3^o. At ex duobus malis minus eligendum est: atqui minus

est malum infamari peccatorem occultum, quam inhonorari sacramentum; ergo. *Prob. min.* Virtus enim religionis erga sacramentum ejusque auctorem virtuti justitiæ, aut charitatis erga proximum præponderat præsertim in Ecclesiæ ministro, ceu dispensatore publico mysteriorum Dei; ergo.

R. N. min. Ad prob. D. A. Virtus religionis per se loquendo præponderat *C.* in positis circumstantiis *N.* Etsi enim ipsi peccatori expediat suæ potius famæ jacturam pati, quam committere sacrilegium suscipiendo indigne sacramentum; ipsi tamen ministro magis expedit permittere dispensando sacrilegium, quod suscipiens facile vitare posset, si vellet, quam infamare eundem ob rationes concl.; quod in his circumstantiis Christus jure suo cedat, nolitque, ut suo potius honori consulatur, ac reverentiæ sacramenti.

ARTICULUS V.

UTRUM IN MINISTRO AD SACRAMENTI VALOREM ALIQUA NECESSARIA SIT INTENTIO?

168. *Premitto.* Intentio hic est actus voluntatis efficaciter tendentis in objectum aliquod vel habendum vel ponendum ceu finem, hic vero pro voluntate deliberata faciendi sacramentum sumitur. Dico: *deliberata*; voluntas enim nihil imperat, non exit in actum, nisi dirigente intellectu, sive sine cognitione prævia. Hinc in amente, dormiente, ebrio nulla datur intentio. Nullam requiri intentionem faciendi sacramentum, vel quod facit Ecclesia, Lutherus docuit *L. de Captiv. Babyl. Non enim, ait ibid., in conferentis tantum, quantum in suscipientis fide vel usu sita virtus baptismi, sicut legitur de quodam mimo per jocum baptizato.* Lutherus igitur solus ritus sacramentalis etiam mimice, irrisorie, sicut histriones et mimi sæpe in theatris faciunt fingentes aliorum personas, externe tantum representatus, vel ab amente, ebrio exercitus jam verum sacramentum est.

Conatus quidem Calvinus est in *Antidoto Conc. Trid. Sess. 7. Can. 11.*, item Kemnitius in *Exam. Conc. ejusd.*, tum alii recentiores Calvini discipuli sic emollire Lutheri dogma, ut quidem jocum et irrisionem externam ac manifestam obesse velint sacramenti valori; secus tamen internam et latentem; valereque sacramentum, etsi omnis desit interne animus faciendi, quod facit Ecclesia. Cum enim eorum capitale dogma sit, sacramenta non justificare quemquam virtute sua, sed quatenus representando promissiones divinas excitante in suscipiente fidem, hinc a quocumque, quomodocumque, serio, illusorie ab ebrio, amente ministrentur sacramenta, seclusa quavis intentione faciendi, quod facit Ecclesia, semper tamen, inquirunt, signa sunt, quibus in nobis excitetur fides.

169. *Dico.* Ad valorem sacramenti necessaria est in ministro intentio perficiendi sacramentum; sive faciendi, quod facit Ecclesia.

Est de fide catholica; *Trid. Sess. 7. Can. 11.* ita definiente: *Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; anathema sit.* Quod idem jam ante *Conc. Florent.* declaraverat in *Decr. Eugenii: Omnia (Sacramenta) tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma,*

et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Ac *Conc. Const. Sess. ult.* in *Constitut. Martini V.* jubet (*Lab. t. 12. p. 269.*), ut suspectus de hæresi Wicleffi interrogetur, utrum credat, quod malus sacerdos cum debita materia et forma, et cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet et vere conferat alia sacramenta? Quibus dictæ intentionis necessitas supponitur. Nihilominus dogma catholicum et Ecclesiæ definitio ulterius

Prob. I. Ex S. Scriptura. Christus sacramenta instituens eorum ministros constituit dispensatores, *1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei:* Item *Joan. 20. Quorum remisisset peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt,* Apostolos constituit iudices, iisque sacramentorum potestatem tradidit; sed minister, dispensator principis negotium hujus prudenter agere debet ex rationis præscripto; nemo enim mimos, histriones, stultos eligit ministros, aut hos vult illorum more suum gerere negotium: item potestas faciendi, vel non faciendi non est, nisi in iis rebus, quæ ex deliberatione agunt.

Prob. II. Rationibus theologis: 1º. Ministratio sacramentorum actus moralis est; ergo humano modo, h. e. ex consilio et intentione, debet peragi; vel secus cur homines instituisset Christus sacramentorum ministros, nisi voluisset, ut hominum, non brutorum more agerent. 2º. Si quid ex se indifferens, ac referri ad plura potest, si debeat effici, necesse est, ut per aliquid determinetur ad unum; sed actiones sacramentales ex se adhuc indifferentes sunt, possuntque ad plura alia referri; sic ablutio in baptismo potest exerceri ut naturalis plane, ut est ablutiva, sanativa corporis, item ut sacra; nec dici potest, ablutionem determinari ad sacramentalem per verba: *Ego te baptizo,* etc.; nam et hæc verba indifferentia sunt ad significandam ablutionem tam naturalem corporis, quam sacramentalem; et res igitur et verba per intentionem ministri, cum aliud nihil supersit, determinari debent. 3º. Ministri sunt instrumenta Christi, non qualiacumque, sed animata, ac rationalia, quæ et seipsa movent, quod ex deliberatione et intentione fieri debet.

Prob. III. Ex absurdis sententiæ contrariæ. Sequeretur enim 1º. quod mater vel ancilla baptizaret infantem, quem in balneo lavat a sordibus sub invocatione SS. Trinitatis, qua felix et fausta sit infanti ablutio corporis. 2º. Quod sacerdos ad mensam verba consecrationis ex Scriptura sacra legens, consecraret omnem in mensa præsentem panem. 3º. Quod rebaptizaret, qui in teatro ageret personam Sylvæ Pontificis Constantinum M., aut quicumque alius a Sylvæstro fuerit, baptizantis: quæ sane quam ridicula, tam absurda sunt.

170. *Obj. I. Ex SS. Patribus:* 1º. *S. Aug. L. 7. de Bapt. contr. Donat. c. 53.* dubitat, utrum approbandus esset baptismus, qui totus ludicre, mimice, joculariter tum ex parte ministri tum suscipientis perageretur; atque, ea de re expectandum divinum judicium per alicujus revelationis oraculum; ergo tum temporis nondum credebatur necessaria intentio faciendi, quod facit Ecclesia.

2º. *Tract. 5. in Joan. n. 18. idem S. Doctor, Non timeo, inquit, adulterum, non ebrium, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur:*

est malum infamari peccatorem occultum, quam inhonorari sacramentum; ergo. *Prob. min.* Virtus enim religionis erga sacramentum ejusque auctorem virtuti justitiæ, aut charitatis erga proximum præponderat præsertim in Ecclesiæ ministro, ceu dispensatore publico mysteriorum Dei; ergo.

R. N. min. Ad prob. D. A. Virtus religionis per se loquendo præponderat *C.* in positis circumstantiis *N.* Etsi enim ipsi peccatori expediat suæ potius famæ jacturam pati, quam committere sacrilegium suscipiendo indigne sacramentum; ipsi tamen ministro magis expedit permittere dispensando sacrilegium, quod suscipiens facile vitare posset, si vellet, quam infamare eundem ob rationes concl.; quod in his circumstantiis Christus jure suo cedat, nolitque, ut suo potius honori consulatur, ac reverentiæ sacramenti.

ARTICULUS V.

UTRUM IN MINISTRO AD SACRAMENTI VALOREM ALIQUA NECESSARIA SIT INTENTIO?

168. *Premitto.* Intentio hic est actus voluntatis efficaciter tendentis in objectum aliquod vel habendum vel ponendum ceu finem, hic vero pro voluntate deliberata faciendi sacramentum sumitur. Dico: *deliberata*; voluntas enim nihil imperat, non exit in actum, nisi dirigente intellectu, sive sine cognitione prævia. Hinc in amente, dormiente, ebrio nulla datur intentio. Nullam requiri intentionem faciendi sacramentum, vel quod facit Ecclesia, Lutherus docuit *L. de Captiv. Babyl. Non enim, ait ibid., in conferentis tantum, quantum in suscipientis fide vel usu sita virtus baptismi, sicut legitur de quodam mimo per jocum baptizato.* Luthero igitur solus ritus sacramentalis etiam mimice, irrisorie, sicut histriones et mimi sæpe in theatris faciunt fingentes aliorum personas, externe tantum representatus, vel ab amente, ebrio exercitus jam verum sacramentum est.

Conatus quidem Calvinus est in *Antidoto Conc. Trid. Sess. 7. Can. 11.*, item Kemnitius in *Exam. Conc. ejusd.*, tum alii recentiores Calvini discipuli sic emollire Lutheri dogma, ut quidem jocum et irrisionem externam ac manifestam obesse velint sacramenti valori; secus tamen internam et latentem; valereque sacramentum, etsi omnis desit interne animus faciendi, quod facit Ecclesia. Cum enim eorum capitale dogma sit, sacramenta non justificare quemquam virtute sua, sed quatenus representando promissiones divinas excitante in suscipiente fidem, hinc a quocumque, quomodocumque, serio, illusorie ab ebrio, amente ministrentur sacramenta, seclusa quavis intentione faciendi, quod facit Ecclesia, semper tamen, inquirunt, signa sunt, quibus in nobis excitetur fides.

169. *Dico.* Ad valorem sacramenti necessaria est in ministro intentio perficiendi sacramentum; sive faciendi, quod facit Ecclesia.

Est de fide catholica; *Trid. Sess. 7. Can. 11.* ita definiente: *Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt et conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; anathema sit.* Quod idem jam ante *Conc. Florent.* declaraverat in *Decr. Eugenii: Omnia (Sacramenta) tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma,*

et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Ac *Conc. Const. Sess. ult.* in *Constitut. Martini V.* jubet (*Lab. t. 12. p. 269.*), ut suspectus de hæresi Wicleffi interrogetur, utrum credat, quod malus sacerdos cum debita materia et forma, et cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet et vere conferat alia sacramenta? Quibus dictæ intentionis necessitas supponitur. Nihilominus dogma catholicum et Ecclesiæ definitio ulterius

Prob. I. Ex S. Scriptura. Christus sacramenta instituens eorum ministros constituit dispensatores, *1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei:* Item *Joan. 20. Quorum remisisset peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt,* Apostolos constituit judices, iisque sacramentorum potestatem tradidit; sed minister, dispensator principis negotium hujus prudenter agere debet ex rationis præscripto; nemo enim mimos, histriones, stultos eligit ministros, aut hos vult illorum more suum gerere negotium: item potestas faciendi, vel non faciendi non est, nisi in iis rebus, quæ ex deliberatione agunt.

Prob. II. Rationibus theologis: 1º. Ministratio sacramentorum actus moralis est; ergo humano modo, h. e. ex consilio et intentione, debet peragi; vel secus cur homines instituisset Christus sacramentorum ministros, nisi voluisset, ut hominum, non brutorum more agerent. 2º. Si quid ex se indifferens, ac referri ad plura potest, si debeat effici, necesse est, ut per aliquid determinetur ad unum; sed actiones sacramentales ex se adhuc indifferentes sunt, possuntque ad plura alia referri; sic ablutio in baptismo potest exerceri ut naturalis plane, ut est ablutiva, sanativa corporis, item ut sacra; nec dici potest, ablutionem determinari ad sacramentalem per verba: *Ego te baptizo,* etc.; nam et hæc verba indifferentia sunt ad significandam ablutionem tam naturalem corporis, quam sacramentalem; et res igitur et verba per intentionem ministri, cum aliud nihil supersit, determinari debent. 3º. Ministri sunt instrumenta Christi, non qualiacumque, sed animata, ac rationalia, quæ et seipsa movent, quod ex deliberatione et intentione fieri debet.

Prob. III. Ex absurdis sententiæ contrariæ. Sequeretur enim 1º. quod mater vel ancilla baptizaret infantem, quem in balneo lavat a sordibus sub invocatione SS. Trinitatis, qua felix et fausta sit infanti ablutio corporis. 2º. Quod sacerdos ad mensam verba consecrationis ex Scriptura sacra legens, consecraret omnem in mensa præsentem panem. 3º. Quod rebaptizaret, qui in teatro ageret personam Sylvæ Pontificis Constantinum M., aut quicumque alius a Sylvæstro fuerit, baptizantis: quæ sane quam ridicula, tam absurda sunt.

170. *Obj. I. Ex SS. Patribus:* 1º. *S. Aug. L. 7. de Bapt. contr. Donat. c. 53.* dubitat, utrum approbandus esset baptismus, qui totus ludicre, mimice, joculariter tum ex parte ministri tum suscipientis perageretur; atque, ea de re expectandum divinum judicium per alicujus revelationis oraculum; ergo tum temporis nondum credebatur necessaria intentio faciendi, quod facit Ecclesia.

2º. *Tract. 5. in Joan. n. 18. idem S. Doctor, Non timeo, inquit, adulterum, non ebrium, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur:*

Hic est, qui baptizat: atqui ebrius intentionis capax non est; ergo non iudicabat Aug. necessariam esse in ministro intentionem.

3°. Rursus Tract. 80. in Joan. n. 3. plus non exigit ad valorem sacramenti, quam res et verba: *Accedit, inquit, verbum ad elementum, et fit sacramentum*; sine cuiusquam mentione intentionis.

4°. Eadem mens S. CHRYS. est hom. 86. in Joan. n. 4. (opp. t. 8. p. 318. E.) ubi, *neque angelus, ait, neque archangelus quidquam in his, quæ a Deo data sunt, efficiunt; sed Pater et Filius et Spiritus sanctus omnia facit. Sacerdos et linguam et manus præbet; neque enim justum est, propter alterius malitiam ad salutis nostræ symbola fide accedentes offendi*; ergo præter linguam, qua verba profert sacerdos, et manus, quibus materiam applicat, nihil ex parte ejusdem ad veritatem sacramenti requiritur.

5°. INNOCENTIUS IV. q. 9. de Bapt. *Non est necesse, inquit, quod baptizans sciat quid sit Ecclesia quæ baptizat... nec quod gerat in mente facere quod facit Ecclesia: imo si contrarium gereret in mente, scilicet non facere quod facit Ecclesia... quia formam servat, nihilominus baptizatus est*; ergo.

Ad 1^{um}. R. 1°. Immerito Aug. dubitantem hic adversarii objiciunt; cum enim in re suæ privatae personæ nondum satis perspecta non auderet definire quidquam sine prævio iudicio Ecclesiæ, hocque expectandum potius censeret, cui acquiesceret, ab ipso Aug. convincuntur adversarii pertinaciæ, quod, cum iterato Ecclesiæ iudicio in Conc. FLORENT. et TRIB. res decisa sit, ipsi tamen se nolint submittere.

R. 2°. Ex eo, quod Aug. dubitaverit, id solum sequitur, suæ personæ privatae id non satis perspectum fuisse, non autem Ecclesiæ. Neque hoc novum in quibusdam aliis etiam materiis nondum iudicio Ecclesiæ authentico eliquatis hæsitasse particulares. Sed

R. 3°. Adhuc incertum est, in quo dubius hæserit Aug., an dubitarit, num valeat Baptismus mere ludice collatus sine intentione faciendi, quod facit Ecclesia? an vero dubitarit, utrum mimice, ludice baptizans possit habere simul intentionem faciendi, quod facit Ecclesia? sicut hanc intentionem dicitur habuisse ATHANASIUS puerili lusu baptizans. Mimi enim, etsi pleraque simulate gerant, subinde tamen etiam lusu ipso quædam serio intendunt, velut recreare simul semet, quando convivium exhibent. Atque quoad hoc proinde dici Aug. potest, quod iudicium aliquod suo majus et certius, scilicet Ecclesiæ iudicari expectandum.

Ad 2^{um}. R. In Aug. non legi *ebrius*, sed *ebriosus*, sicque corrigi debet, monente Glossa, Gratianus, qui Dist. IV. de Consecr. Can. *Baptismus*, posuerat *ebrius*; sed et in emendatis Decreti editionibus nunc legitur *ebriosus*. Ebriosus autem eum significat, non qui actu ebrius est, sed qui habet consuetudinem se inebriandi, quæ non impedit, quominus quis habere intentionem possit, quando non est ebrius actu.

Ad 3^{um}. R. N. A. quod non probat subjecta sententia; ea enim S. Pater id solum intendit, elementum solum vel aquam non sufficere; sed præter hanc requiri verba evangelica: quo loquendi modo proinde non excludit actionem deliberatam et intentionem.

Ad 4^{um}. R. Explico etiam D. Sacerdos præbet linguam et manum sed humano modo, qua homo cum deliberatione et intentione C. more brutorum N. Vult eo loco ostendere improbitatem ministri, non tollere aut mi-

nuere efficaciam sacramenti, quæ a Deo solo est. Comparat etiam ibid. sacerdotem impium cum Balaami asina; sed quo ostendat amplius idem, scilicet sacramentorum vim a Deo esse, non ab hominibus, quin idcirco homines excludat a ministerio; comparat enim ibid. etiam sacerdotes ministris principum; uti vero ab his gesta in amentia, somno, etc., nullius sunt momenti, ita sacramenta collata taliter a sacerdotibus.

Ad 5^{um}. R. 1°. Opera INNOCENTII IV. edita fuerunt Lugduni, cum nondum esset summus Pontifex; unde quæcumque ejus sit sententia, ipso fatente Serri, qui a nobis Art. seq. dissentit, Doctoris privati auctoritatem minime excedit. Sed

R. 2°. D. postrema verba, in quibus vis ponitur: *Si contrarium gereret in mente, scilicet non facere, quod facit Ecclesia*: per hæc excludendo solum necessitatem intentionis ad effectum sacramenti C. excludendo necessitatem intentionis internæ faciendi id, quod in Ecclesia fieri solet N. Cæcus et nimium præoccupatus præjudiciis, necesse est, sit, qui aliter verba INNOCENTII IV. exponit; immediate enim subdit: *Dummodo baptizare intendat*, h. e. dummodo intendat ministrare ritum in Ecclesia usitatum; ergo exigit intentionem veram internam conferendi baptismum ut sacramentum, quod sufficit, ut satisfiat Conciliis; dum enim dicunt requiri intentionem *faciendi, quod facit Ecclesia*, per hæc, quæ solum exempli gratia posita sunt, nihil aliud exigunt, quam intentionem faciendi sacramentum; ponendi hunc ritum ut sacrum in Ecclesia, quæ idem sonant. Data responsio adhuc manifestior ex iis fit, quæ paulo ante præmittit INNOCENTIUS; ait vero: *Ad hoc, ut aliquis baptizatus sit, necessarium est, ut baptizans intendat baptizare, non tantum balneare vel lavare carnes; nec tamen videtur necesse quoad effectum Baptismi, quod sciat quid sit Baptismus, scilicet quod ibi infundatur gratia, etc.*; ergo per hæc, quæ deinde subdit: *Non est necesse, quod baptizans sciat quid sit Ecclesia... nec quod gerat in mente facere, quod facit Ecclesia, imo si contrarium gereret in mente, etc.*, intentionem internam conferendi baptismum ut rem sacram, usitatam in Ecclesia non excludit, sed solum necessitatem intentionis conferendi effectum baptismi, quæ intentio, ut dicitur Art. seq., utique necessaria non est. Objectio hæc et responsio Artic. quoque subsequenti servit.

171. Obj. II. Ex historia Ecclesiastica 1°. S. ALEXANDER episcopus Alexandrinus ratum habuit baptismum, quem jocose et ludendo contulerat S. ATHANASIUS pueris, cum ipse adhuc puer esset; idque factum anno primo episcopatus Alexandri, ut refert RUFFINUS L. 1. Hist. cap. 14., SOZOMENUS L. 2. cap. 17., NICEPHORUS L. 8. cap. 15.

2°. S. GENESIUS circa annum 286. mimice in theatro coram Diocletiano religionis Christianæ repræsentans mysteria, repente conversus ab altero mimo baptizatus fuit; qui baptismus deinde iteratus non fuit; ergo validus habitus fuit.

3°. Ludentibus ad littus maris pueris, baptizatus ab iisdem puer Hebræus fuerat, quem baptismum, ut refert NICEPHORUS L. 3. cap. ult. ratum episcopus Constantinop. habuit.

4°. Ut ex S. AUGUSTINO colligitur epist. ad Alip. 67. nunc 217. quidam Architheater, Dioscorus nomine, in theatro religionis nostræ mysteria nu-

gaciter et contemptim ludendo exhibens, Baptismum receperat, qui probatus fuit; ergo.

Ad 1^{um}. R. Permissa veritate historiae, S. ATHANASIUS serio facere intenderat, quod fieri viderat per episcopum, licet id in lusu fieret; pueri enim subinde suis in ludis imitantur serio, quæ a majoribus fieri conspexerunt, eamque mentem, seu intentionem in ATHANASIO S. Alexander deprehenderat ex eo, quod non promiscue infideles, vel Judæos, sed solos catechumenos, horum prius per varias interrogationes explorata mente baptizasset.

Dixi: *permissa veritate historiae*; hæc enim sublestæ admodum, ac dubiæ plane fidei est, 1^o. quia RUFFINUS, qui primus illam retulit, eam ex incerta solum fama se hausisse dicit, *ferunt*, inquit. Cæteri laudati historici vero eam ex RUFFINO acceptam modo plurimum variante describunt. SOCRATES ait, Alexandrum forte prætereuntem littus maris ibi ATHANASIUM sic conspexisse ludentem; SOZOMENUS, dum convivæ expectabat; NICEPH. dum in loco sublimiori esset. 2^o. Prorsus non concordat cum chronologia; nam juxta HIERONYMI quidem chronicon plane non subsistit; juxta hoc S. Alexander fuit ordinatus Alexandriae episcopus an. 321. at an. 325. S. ATHANASIUS jam diaconus interfuit Concilio NICÆNO; hocque finito et an. 326. Alexandro mortuo ei in sede successit ATHANASIUS; ergo anno primo episcopatus Alexandri ATHANASIUS, non adhuc puer, sed 22. annorum fuerat, quæ ætate ATHANASIUS jam doctrinæ et sanctitatis fama ubique clarus erat. Quod si vero chronologiam Pagii in Crit. Baron. observemus, Alexander renunciatus fuit Alexandriae episcopus an. 313.: sed omnium consensu constat, S. ATHANAS. successisse in sede Alexandro an. 326.; ergo necesse est, tunc fuisse annor. ad minus 30.; juxta sacros Canones enim permissum non fuerat quemquam ante 30. ætatis annos ordinare episcopum; igitur an. 313. primo episcopatus Alexandri, jam ATHANASIUS fuisset annor. 17. nec proinde puer et impubes, ut aiunt laudati historici.

Nec dicat quis, teste AMMONIO epist. ad Theophilum Alexandrinum, nonnullos nimiam ATHANASIO juventutem objecisse quando in sedem Alexandrinam subvectus fuit; ergo tunc non fuerat annor. 30., sed circiter an. 26.; ergo anno primo episcopatus Alexandri fuerat impubes circiter an. 13. Nam

R. Ammonius ait hoc fecisse paucos, eosque improbos et factiosos, ut fieri solet ab invidis; proinde citra veritatem; sane si ita contra Canones facta fuisset ATHANASII in Patriarchalem sedem promotio, Ariani, jurati hostes S. ATHANASII, id huic objicere non omisissent, utpote qui, ut S. Præsulem sede sua dejicerent, criminationibus falsis, ubi ubi poterant, in Conciliis, in aula imperatoria nitebantur opprimere. At tamen nemo eorum unquam hoc ATHANASIO objecerat.

Ad 2^{um}. R. Data veritate historiae, GENESIUS in theatro repente conversus vel baptizatus fuit baptismo sanguinis, quando Christianam religionem palam professus e theatro a Diocletiano fuit martyrio affectus; vel, quod videtur probabilius, fuit postea baptizatus a sacerdote paulo post conversionem suam, postquam descendisset a theatro. Dum igitur Martyrologium Romanum subitam GENESII conversionem, baptismum, martyrium simul refert, non ideo vult dicere, contigisse ea simul et semel in theatro;

sed tria hæc conjungit, quod se invicem non longo intermedio tempore secuta sint; quo vero tempore? Martyrologium silet.

Dixi iterum: *data veritate historiae*; nam et hæc multis videtur fabula 1^o. quia veterum nemo aliquid de hoc facto retulit; sed hoc primus Abo sexcentis post annis, nescitur quo ex fonte, protulit. 2^o. Quia idem scriptor ait, GENESIUM baptizatum fuisse a sacerdote christiano in theatrum evocato; sed non videtur verosimile, sacerdotem christiano mimi rogatu consecuisse theatrum, ibique sacra christiana ludentibus se miscuisse: quin eodem gladio, quo GENESIUS, a præsentè Diocletiano jussus fuisset interfici; at nihil de eo extat ullibi. Diversis circumstantiis factum hoc enarrant alii, ut hæc ipsa dissonantia non parum imminuat fidem historiae.

Ad 3^{um}. R. Ex ipso Nicephoro constat, pueros illos baptizando hebræum puerum, reipsa intendisse facere, quod fieri solet in Ecclesia, quamvis recreatio ex lusu fuerit finis extrinsecus; omnia enim, ait Nicephorus, fuisse rite in ejus baptismo observata, ipsumque puerum non invitum fuisse; quin baptizantes pueros deduxisse baptizatum in Ecclesiam ad percipiendum communionis signum; ac cum vidisset episcopus rem fuisse serio gestam, præcepisse, ut cætera, quæ deessent, complerentur.

Ad 4^{um}. R. 1^o. Mendose legi *Architheater*, id est, comædorum princeps; sed legendum esse *Archiater*, id est princeps medicorum, ut habent editiones pleræque recentiores operum S. AUG. Sed

R. 2^o. Quicumque fuerit, sive Architheater, sive Archiater baptizatus fuit, non mimice et joculariter, sed, postquam diu lusisset, et probrose habuisset christiana sacra, serio tandem conversus, in ipsa solemnitate Paschali ritu consueto baptizatus fuit, ut refert idem AUG. ibid.

172. *Obj. III.* Ex ratione 1^o. Signa quæcumque, sive sacra, sive profana, et quomodocumque prolata, sive serio, sive mimice, semper significant, ut patet in voce e. g. homo; ergo idem de sacramentis est, quæ sunt essentialiter signa.

2^o. Verbum Dei concionatorium absque ulla prolato intentione, imo ex joco, semper est efficax; ergo et sacramentale. Et vero concionator etiam minister est dispensator verbi, sicut minister sacramenti est dispensator mysteriorum Dei.

3^o. Minister principis vel reipublicæ suum implet officium sola litterarum principis exhibitione, aut sola denuntiatione voluntatis ejusdem, sive id faciat serio, sive joco; ergo et minister Christi quoad sacramenta.

4^o. Minister sacramentorum est instrumentum Christi: atqui instrumenti intentio non est necessaria ad opus conficiendum, quod causa principalis intendit; sic enim obligat lex promulgata per præconem, sive hic intentionem habeat obligandi, vel non.

Ad 1^{um} R. D. A. Signa mere speculativa semper significant C. signa, quæ sunt simul practica, qualia sacramenta sunt N. Speculativa, ut sunt vocēs et similia, vim significandi habent sibi inditam sine intuitu vel respectu ad modum, quo proferuntur; sic vox *homo* significat animal rationale, sive joco sive serio prolata. At signa practica, quæ simul efficere debent, quod significant, nihil efficiunt, nisi debito modo applicentur; ut vero sacramenta debito modo applicentur, proferri a ministro debent

nomine Christi, potestate a Christo concessa, humano modo, quod sine intentione fieri nequit.

Ad 2^{am}. R. C. A. N. *Cons.* *Disparitas* ex modo dictis sequitur: verbum concionale signum est mere speculativum, sicut vox *homo* in præc.; at verbum sacramentale non est signum speculativum tantum, sed insuper practicum ex institutione Christi, qui ad consequendum effectum, hoc voluit poni humano modo nomine suo, adeoque cum deliberatione et intentione, nisi velit quis, etiam psittacum agere posse sacramenti ministrum.

Ad 3^{am}. R. D. A. Minister principis, qui est præcise nuntius, ac quasi tabellarius sic implet officium suum C. minister cum potestate faciendi aliquid vel non N. Sed talis est e. g. iudex, prætor, etc. Sed hic deliberate agere debet cum intentione; quis enim edicto prætoris ebrii, aut mimice agentis instar histrionis in theatro, iudicat deberi obedientiam?

Ad 4^{am}. R. D. A. Est instrumentum Christi exanime N. animatum C. D. etiam *min.* Intentio instrumenti exanimis non est necessaria; aut etiam animati, si effectus a causa principali determinatus, et instrumentum animatum merus executor sit, ut præco in promulgatione legis C. aliter N. *min.* Minister sacramentorum non est merus executor, sicut præco, sed dispensator mysteriorum Dei, cum potestate faciendi, vel non; ergo juxta rationem conclus. prudenter, deliberate debet dispensare et agere. Objectiones hæc ad Art. sequentem quoque trahi possunt, sicut ex hoc variæ ad præsentem.

ARTICULUS VI.

QUÆ INTENTIO EX PARTE MINISTRI REQUIRATUR ET SUFFICIAT AD VALOREM SACRAMENTI?

173. *Præmitto.* Quæ Art. præc. diximus, iis perlubenter, ut debent, omnes subscribunt orthodoxi Theologi; sed non levis inter eos circa intentionem internam quæstio remanet nunc expendenda. Causam quæstioni dedit definitio Ecclesiæ, præter materiam et formam ad valorem sacramenti in ministro exigentis intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. Cum vero plura in eo, quod facit Ecclesia, occurrant, velut 1^o. externus ritus spectatus præcise secundum se ac materialiter; 2^o. ritus ille, quatenus hunc exercet Ecclesia ut sacrum et religiosum, adhuc abstrahendo, sitne reverentialis, necne; 3^o. ut in se reipsa sacer et sacramentum est; 4^o. ut est productivus gratiæ: inde sententiarum diversitas et opinionum conflictus, ac quæritur, quodnam ex his quatuor intendere debeat minister, ut valeat sacramentum?

Sunt, qui sufficere autumant primum, si videlicet intendat minister ritum solum externum peragere, etsi interne non intendat facere, quod facit Ecclesia, aut etiam contrarium intendat; irrideat in animo, quod facit Ecclesia; ac ipsum ritum simulate perficiat, modo simulatio maneat occulta, interna. Hanc intentionem vocant *externam*, non quidem ratione principii, nam etiam a voluntate, quæ est facultas animi, oritur, sed ratione objecti, quia ad solam actionem externam, vel ritum materialiter spectatum terminatur. Circa hujus intentionis sufficientiam præcipue diffi-

cultas et controversia est. Eam sufficere adhuc post Trib., cui nomine summi Pontificis Theologus interfuerat, Catharinus docuit in opusculo de necessitate intentionis Romæ edito an. 1592. Catharino a quibusdam accensetur eruditissimus Salméron S. J., pariter PAULI III. in Trib. Theologis; ast immerito; cum, si attente legatur, non omnem intentionem internam seriam excludat a necessitate sacramenti; sed eam solum, qua ritus sacramentalis ut productivus gratiæ intenditur. Catharini sententiam ex recentioribus amplexi sunt Vincentius Contenson, Hyacinthus Serry; item Juenin, Farvacque ac quidam alii cum hac limitatione, quod tunc solum sufficiat, si minister togatus sacramentum ministret, inque loco sacro, servatis cæteris Ecclesiæ ritibus, quod a circumstantiis his extrinsecis ritum externum, de se indifferentem, sufficienter ad esse ritus sacramentalis determinari putent.

Cæteris vero omnibus sola ea externa intentio videtur insufficientis, exiguntque internam; divisi tamen rursus inter se; aliis nimirum volentibus sufficere, si minister intendat ritum externum mente seria ut sacrum et religiosum in Ecclesia Dei, quæcumque illa sit, quæ communissima hodie opinio est; aliis plus postulantibus, ut intendat hunc ritum ut sacrum in Ecclesia Romana; aliis demum exigentibus, ut ritum etiam insuper intendat ut productivum gratiæ.

174. *Dico I.* Non est necessarium ad valorem sacramenti, ut minister intendat explicite conferre sacramenti effectum sive gratiam; nec ut sic intendat efficere rem in se absolute sacram seu sacramentum; nec ut intendat facere, quod facit Ecclesia Romana; sed horum intentio implicita sufficit, contenta in hac generali explicite faciendi id, quod facit vera Ecclesia, vel quod novit ut sacrum fieri in Ecclesia.

Prob. 1^a. p. 1^o. Ex communi sensu et praxi Ecclesiæ, ratum habentis baptismum collatum debita cum materia et forma a pagano, Judæo, hæretico, qui tamen effectum nullum salutarem intendunt, utpote quem vel ignorant, vel negant, vel etiam irridunt. 2^o. Ex definitione NICOLAI I. in resp. ad Consulta Bulgarorum resp. 104. relato Can. *A quodam*. Dist. IV. de Consecr. Et ratio est; quia sacramenta sunt causæ necessariae, quæ vim suam producendi effectum a Deo habent; ergo, si validum sit sacramentum, nec sit obex gratiæ in suscipiente, producit effectum ex se, etsi minister de eo non cogitat. His ex rationibus conclusio quoad hanc partem hodie indubitata est; sicut neque quoad partes cæteras est hodie vix amplius disputatio. Nihilominus

Prob. 2^a. p. Rursus ex praxi Ecclesiæ, quæ pariter ratum habet baptismum collatum ab atheo, pagano, Judæo, qui tamen non intendunt rem in se absolute sacram et sacramentum efficere, cum potius hunc ritum ut supersticiosum habeant, ut inquit D. Th. in 4. dist. 6. q. 1^a. a. 3. quæstione. 2.

Prob. 3^a. p. Quia et Ecclesia validum habuit olim baptismum Donatistarum, qui tamen Ecclesiam veram penes se Donatistas solos esse aiebant, et Romanam defecisse; hodieque ratum habet baptismum Lutheranorum et Calvinistarum, etsi Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam veram pernegent.

Prob. 4^a. p. Hæc sequitur per se; nam aliqua intentio interna seria necessaria est, ut mox dicetur; præcedentes vero non requiruntur necessario;

nomine Christi, potestate a Christo concessa, humano modo, quod sine intentione fieri nequit.

Ad 2^{am}. R. C. A. N. *Cons.* *Disparitas* ex modo dictis sequitur: verbum concionale signum est mere speculativum, sicut vox *homo* in præc.; at verbum sacramentale non est signum speculativum tantum, sed insuper practicum ex institutione Christi, qui ad consequendum effectum, hoc voluit poni humano modo nomine suo, adeoque cum deliberatione et intentione, nisi velit quis, etiam psittacum agere posse sacramenti ministrum.

Ad 3^{am}. R. D. A. Minister principis, qui est præcise nuntius, ac quasi tabellarius sic implet officium suum C. minister cum potestate faciendi aliquid vel non N. Sed talis est e. g. iudex, prætor, etc. Sed hic deliberate agere debet cum intentione; quis enim edicto prætoris ebrii, aut mimice agentis instar histrionis in theatro, iudicat deberi obedientiam?

Ad 4^{am}. R. D. A. Est instrumentum Christi exanime N. animatum C. D. etiam *min.* Intentio instrumenti exanimis non est necessaria; aut etiam animati, si effectus a causa principali determinatus, et instrumentum animatum merus executor sit, ut præco in promulgatione legis C. aliter N. *min.* Minister sacramentorum non est merus executor, sicut præco, sed dispensator mysteriorum Dei, cum potestate faciendi, vel non; ergo juxta rationem conclus. prudenter, deliberate debet dispensare et agere. Objectiones hæc ad Art. sequentem quoque trahi possunt, sicut ex hoc variæ ad præsentem.

ARTICULUS VI.

QUÆ INTENTIO EX PARTE MINISTRI REQUIRATUR ET SUFFICIAT AD VALOREM SACRAMENTI?

173. *Præmitto.* Quæ Art. præc. diximus, iis perlubenter, ut debent, omnes subscribunt orthodoxi Theologi; sed non levis inter eos circa intentionem internam quæstio remanet nunc expendenda. Causam quæstioni dedit definitio Ecclesiæ, præter materiam et formam ad valorem sacramenti in ministro exigentis intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. Cum vero plura in eo, quod facit Ecclesia, occurrant, velut 1^o. externus ritus spectatus præcise secundum se ac materialiter; 2^o. ritus ille, quatenus hunc exercet Ecclesia ut sacrum et religiosum, adhuc abstrahendo, sitne reverentialis, necne; 3^o. ut in se reipsa sacer et sacramentum est; 4^o. ut est productivus gratiæ: inde sententiarum diversitas et opinionum conflictus, ac quæritur, quodnam ex his quatuor intendere debeat minister, ut valeat sacramentum?

Sunt, qui sufficere autumant primum, si videlicet intendat minister ritum solum externum peragere, etsi interne non intendat facere, quod facit Ecclesia, aut etiam contrarium intendat; irrideat in animo, quod facit Ecclesia; ac ipsum ritum simulate perficiat, modo simulatio maneat occulta, interna. Hanc intentionem vocant *externam*, non quidem ratione principii, nam etiam a voluntate, quæ est facultas animi, oritur, sed ratione objecti, quia ad solam actionem externam, vel ritum materialiter spectatum terminatur. Circa hujus intentionis sufficientiam præcipue diffi-

cultas et controversia est. Eam sufficere adhuc post Trib., cui nomine summi Pontificis Theologus interfuerat, Catharinus docuit in opusculo de necessitate intentionis Romæ edito an. 1592. Catharino a quibusdam accensetur eruditissimus Salméron S. J., pariter PAULI III. in Trib. Theologis; ast immerito; cum, si attente legatur, non omnem intentionem internam seriam excludat a necessitate sacramenti; sed eam solum, qua ritus sacramentalis ut productivus gratiæ intenditur. Catharini sententiam ex recentioribus amplexi sunt Vincentius Contenson, Hyacinthus Serry; item Juenin, Farvacque ac quidam alii cum hac limitatione, quod tunc solum sufficiat, si minister togatus sacramentum ministret, inque loco sacro, servatis cæteris Ecclesiæ ritibus, quod a circumstantiis his extrinsecis ritum externum, de se indifferentem, sufficienter ad esse ritus sacramentalis determinari putent.

Cæteris vero omnibus sola ea externa intentio videtur insufficientis, exiguntque internam; divisi tamen rursus inter se; aliis nimirum volentibus sufficere, si minister intendat ritum externum mente seria ut sacrum et religiosum in Ecclesia Dei, quæcumque illa sit, quæ communissima hodie opinio est; aliis plus postulantibus, ut intendat hunc ritum ut sacrum in Ecclesia Romana; aliis demum exigentibus, ut ritum etiam insuper intendat ut productivum gratiæ.

174. *Dico I.* Non est necessarium ad valorem sacramenti, ut minister intendat explicite conferre sacramenti effectum sive gratiam; nec ut sic intendat efficere rem in se absolute sacram seu sacramentum; nec ut intendat facere, quod facit Ecclesia Romana; sed horum intentio implicita sufficit, contenta in hac generali explicita faciendi id, quod facit vera Ecclesia, vel quod novit ut sacrum fieri in Ecclesia.

Prob. 1^a. p. 1^o. Ex communi sensu et praxi Ecclesiæ, ratum habentis baptismum collatum debita cum materia et forma a pagano, Judæo, hæretico, qui tamen effectum nullum salutarem intendunt, utpote quem vel ignorant, vel negant, vel etiam irridunt. 2^o. Ex definitione NICOLAI I. in resp. ad Consulta Bulgarorum resp. 104. relato Can. *A quodam*. Dist. IV. de Consecr. Et ratio est; quia sacramenta sunt causæ necessariae, quæ vim suam producendi effectum a Deo habent; ergo, si validum sit sacramentum, nec sit obex gratiæ in suscipiente, producit effectum ex se, etsi minister de eo non cogitat. His ex rationibus conclusio quoad hanc partem hodie indubitata est; sicut neque quoad partes cæteras est hodie vix amplius disputatio. Nihilominus

Prob. 2^a. p. Rursus ex praxi Ecclesiæ, quæ pariter ratum habet baptismum collatum ab atheo, pagano, Judæo, qui tamen non intendunt rem in se absolute sacram et sacramentum efficere, cum potius hunc ritum ut supersticiosum habeant, ut inquit D. Th. in 4. dist. 6. q. 1^a. a. 3. quæstione. 2.

Prob. 3^a. p. Quia et Ecclesia validum habuit olim baptismum Donatistarum, qui tamen Ecclesiam veram penes se Donatistas solos esse aiebant, et Romanam defecisse; hodieque ratum habet baptismum Lutheranorum et Calvinistarum, etsi Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam veram pernegent.

Prob. 4^a. p. Hæc sequitur per se; nam aliqua intentio interna seria necessaria est, ut mox dicetur; præcedentes vero non requiruntur necessario;

ergo saltem hæc generalis explicita, in qua prædictæ singulæ inclusæ continentur; nam cum Ecclesia Romana sit vera Dei Ecclesia, hæcque conferat verum sacramentum sui productivum effectus; igitur qui generaliter vult facere, quod facit Ecclesia Dei, hoc ipso vult facere, quod Ecclesia Romana, conferre effectum; quia voluntas hæc generalis corrigit particularem, qua negatur veram Ecclesiam esse Romanam. Ut vero habeatur hæc generalis explicita intentio, satis est, quod advertat et velit facere, quod fit ab Ecclesia.

175. *Dico II.* Ad valorem sacramenti sola intentio externa non sufficit; sed seria interna necessaria est.

Prob. I. Ex S. SCRIPTURA. Juxta hanc, locis Artic. præc. cit., sacramentorum ministri sunt dispensatores mysteriorum Dei; ergo ministrare ea debent Christi nomine; dispensator enim et minister fidelis debet id velle facere, quod vult is, cujus minister est: sed nullo vero ac proprio sensu potest dici nomine Christi agere, qui in animo non vult, quod Christus instituit; huic etiam contrarium vult; vel usque adeo interne mimus est, irridens quod Christus instituit et voluit.

Respondent, hos ritus non dependere ab intentione ministri, ut sacri et sacramentales sint; sed hoc eos habere a Christo; ac ministros solum præscriptum externum opus peragere; quo facto erit sacramentum, sive minister velit sive nolit; sicuti, dum quis ignem admovet stupæ, ignis comburet, sive applicans ignem hoc velit, sive nolit. At, quod tantorum virorum bona venia dixerit, utrumque parum theologice dicitur. Nam Christus quidem hos ritus instituit, ut possint esse sacramentales, si eo scilicet determinantur a ministro; non vero sic instituit, ut, quomodocumque hic ponatur ritus, sit sacramentum; alioquin ancilla lavans serio a sordibus corpus infantis sub invocatione SS. Trinitatis conficiet sacramentum baptismi; aut sacerdos serio externe proferens verba consecrationis: *Hoc est corpus meum*, in mente suum sacerdotis corpus intelligens, vere consecrabit presentem panem. Nimirum ritus illi, cum de se indifferentes sint, ad esse naturale vel sacramentale, ad profanum vel sacrum, ut ablutio externa corporis cum verbis, ad esse sacramentale potius, quam naturale et profanum, aliunde necesse est determinantur, scilicet a ministro; aliud enim non superest; nam a circumstantiis eum non determinari posse ad esse sacramentale dicitur infra. Minus vero ad rem facit paritas de igne; hic enim a natura sua combustivus est determinate; nec est ad comburendum indifferens, sed habita materia disposita comburit: at ritus illi externi non sunt determinate sacramentales, sed etiam naturales et profani esse possunt; ergo ad unum determinari debent aliunde: præterea, si valet hæc paritas, quid respondebunt adversarii, si quis ex Lutheri schola sic contra ipsosmet arguat: ignis mimice admotus stupæ, hanc comburit; ergo ritus sacramenti mimice peractus erit sacramentum.

Prob. II. Ex CONCILIIIS. Laudata Art. præc. FLORENT. et TRID. requirunt intentionem faciendi, quod facit Ecclesia: sed qui in animo tantum statuit, externe duntaxat fingere ac simulare, quod facit Ecclesia, non potest dici habere intentionem faciendi, sed duntaxat id simulandi, quod facit Ecclesia; ergo non habet intentionem eam, quam ceu necessariam exigit Ecclesia; quia hæc intentionem faciendi, non simulandi exigit.

At dices: exterius serio ritum Ecclesiæ perficit. Verum hoc, sed perficit pure materialiter; Ecclesia vero ritum externum non prout mere materialiter, sed ut rem sacram et religiosam; quod in supposito facto minister non intendit facere, sed simulare solum et fingere. Sic vero quæ differentia erit histrionem inter et talem ministrum? Numquid et nistrio ritum externum materialiter ponit in teatro? Alia igitur inter hunc et ministrum talem non erit differentia, quam quod histrio sit irrisor apertus et simulator manifestus, alter occultus et latens; cujus simulatio, quamdiu latuerit, ratum haberi debet in foro ecclesiastico sacramentum; si cognita fuerit et detecta simulatio, ipso e. g. fatente reo, quid tunc censendum respondebunt adversarii de sacramento? Haud dubie: viderit episcopus.

Prob. III. Ex AUCTORITATE ALEXANDRI VIII. summi Pontif. anno 1690. 7. Decembr. damnantis hanc propositionem ordine 28. *Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi servat; intus vero in corde suo apud se resolvit, non intendo facere, quod facit Ecclesia*; infero; ergo non sufficit illa intentio externa supra descripta; verba enim hujus propositionis prorsus sunt eadem ipsa, quæ adversariorum. Supponit autem indubie propositio damnata, ministrum, qui serio ritum externum baptismi servat; alias enim gratis confecta, ait recte Tournely, et novo fulmine in vanum protrita foret; cum nullus orthodoxus sit post TRID., qui doceat valere baptismum joco etiam externo et irrisione patentis datum; idemque jam in Luthero damnaverit S. Tridentina Synodus. Sensus igitur genuinus est damnatæ propositionis: valere baptismum datum a ministro, qui ritum externum formamque baptizandi serio servat, intus tamen statuit non facere, quod facit Ecclesia; sed illud simulare solum et fingere. Gratis vero ait P. Serry et abs vero, damnatam esse propositionem in sensu Lutheri, cujus dogma quidam Theologi Belgæ renovabant; nullus enim talis Theologus catholicus, sive Belga sive alius post TRID., qui ita docuisset, assignari potest. Quin contrarium Doctores Belgæ tum viventes testantur; inter quos eximius Henno ita enuntiat: *Dicta propositio desumpta ex Thesi cujusdam Doctoris mihi cogniti et familiaris, qui præcise adversariorum* (Juenini, etc.) *sententiam sustinebat*; Tr. de Sacram. Disp. VI. quæst. 11. art. 2. Idem testabatur Henricus a S. Ignatio pariter Belga, L. 1. de Sacram. c. 9. sub finem. Sed nec moris est in Ecclesia, ut, quoties quis apostata renovat aliquam ex damnatis Lutheri propositionibus, toties illis renovetur Romæ condemnatio. Et vero quis alias esset condemnandi finis?

Sed, *inquiunt*, post damnationem propositionis Theologi plures insignes, Juenin, Genettus, Alexander Natalis Catharini sententiam tuiti sunt, ipsaque Summa Alexandrina edita Romæ jussu BENEDICTI XIII. Quin hæc sententia sæpe Romæ publice propugnata fuit. Verum

R. His plerisque speciose relatis nihil deesse præter veritatem, si Jueninum excepero. Verum Jueninus se contra vaticanum fulmen inter alia hoc se clypeo tuetur, quod nullum decretum transalpinum robur habeat in Galliis, nisi immediate ab ipso emanarit Pontifice, ideoque hoc Inquisitionis decretum Gallos non stringere. At quis eo clypeo secure suum pectus ex aliis armare velit; tum quod privilegio istiusmodi, cum de ejus authentia certo non constet, Galli alii non fidant; tum quod falsum sit, decretum hoc non immediate emanasse a S. Pontifice, ut in tenore decreti constat: *Coram*

Sanctissimo Domino nostro Alexandro, etc. In Genetto nihil tale legere est. Natalis, postquam multa disseruisset de Catharini sententia, hoc solum ait, quod si casus occurrat, in hac ambiguitate consulendum esse episcopum. Summa Alexandrina solum ait, non requiri intentionem producendi effectum sacramenti. Denique hanc sententiam unquam fuisse postea progignatam Romæ negat P. Gaudius Ord. PP. Prædic. apud Billuartium, Serrium quii sta dixerat impugnans. Nec etiam aliunde Serriani asserti haberi authentica fides potest.

Prob. IV. RATIONE. Falsum est fundamentum adversariorum: scilicet hoc ipso, quod externe serio ponatur materia et forma, haberi sacramentum; nam ponuntur solum juxta ipsos materialiter, sic vero adhuc indifferentia sunt ad esse sacramentale; neque enim verba sola materialiter prolata dici possunt determinare materiam, ut sacramentalis sit; nam et ipsa verba sic prolata adhuc indifferentia sunt, ut sint forma sacramentalis, ut dictum de matre lavante parvulum sub invocatione Trinitatis, in prob. 1^a; nimirum verba solum materialiter prolata sunt, forma solum materialiter, non formaliter; determinari igitur et materia et verba ad esse sacramentale debent a ministri intentione. Hinc et nulla est paritas de aliis compositis artificialibus, quæ hic conglomerant adversarii, velut ignis admotus stupæ comburit, etiamsi nolit admovent; sigillum impressum ceræ hanc sigillat, nolit velit sigillans; quia et similia, quando tantum ponuntur materialiter, non jam sunt indifferentia amplius, cum a natura ad unum determinata sint; secus est de ritu sacramentorum, qui, ut ablutio in baptismo cum verbis solum materialiter exercitus, nondum est determinatus ad esse sacramentale. Et adde: eodem modo his exemplis uti poterit pro suo dogmate Lutheranus, velut de igne dictum est in prob. 1^a.

176. *Obj. I.* Ex praxi et auctoritate Ecclesiæ. 1^o. Ecclesia, etsi semper diligenter invigilet, utrum ministraretur baptismus, præsertim hæreticorum circa mysterium Trinitatis errantium; nunquam tamen inquisivit, utrum adhibita fuisset interna intentio; ergo judicabat hanc non esse necessariam; vel quid aliud causæ afferri poterit.

2^o. Ecclesia approbavit baptismum collatum ab atheis, paganis, Judæis, et alia sacramenta collata ab hæreticis: sed merito poterat dubitari, utrum illi intentionem internam habuerint; ergo.

3^o. Baptismus collatus a Ludovico Gaufrido parochi Massiliensi fuit habitus ratus, nec iteratus iudicio Sorbonæ aliorumque magni nominis Theologorum, etsi ille morti jam proximus testatus esset, se quidem servasse in baptizando externum ritum; at interne retractasse totum, quod externe agebat; imo se, quos baptizabat, infantes devovisse diabolo. Pariter, etsi Petrus Lavardinus episcopus Cenomanensis in mortis circumstantiis testatus esset, se nunquam habuisse intentionem ordinandi, factæ tamen ab eo ordinationes non iteratæ, sed approbatæ sunt.

4^o. Episcopi ante ordinationes protestantur, quod nolint ordinare excommunicatos, non habentes titulum; et tamen valent illorum ordines; ad quid enim ab iisdem suspenderentur in jure canonico? ergo.

Ad 1^{um}. R. 1^o. Etiam non inquisivit, utrum in consuetis circumstantiis

fuere collatus. Quæ retorsio in pluribus aliis argumentis recentiorum Catharini sectatorum non prætermittenda.

R. 2^o. N. Cons. Sed ideo non inquisivit, quia nemo deferebatur ob intentionem omissam; quia de internis Ecclesia judicare non solet; quia, nisi contrarium evidenter appareat, semper adesse præsumitur intentio ministri generalis faciendi, quod in Ecclesia, cum facile sit hanc intentionem habere.

Ad 2^{um}. R. 1^o. Retorquendo ut ante.

R. 2^o. N. min. Posito enim rite sacramenti ritu, hæc generalis intentio jure præsumitur. Idem respondere debent adversarii in sua sententia, dum dicunt, necessariam saltem esse intentionem interioriorem, si sacramentum non conferatur in consuetis circumstantiis.

Ad 3^{um}. R. Utrumque factum falsum esse, quia nullo sufficienti fundamento, nullo scriptore ac teste idoneo asseritur, ut tale ostendit P. Gaudius in Dissertat. contra Serrium. Primo Gaufridum illum ne quidem parochum fuisse ex libro parochiali cognitum fuit ecclesiæ S. Mariæ ab aquis fluentibus; cujus ecclesiæ aiunt adversarii eum extitisse parochum; sed simplicem beneficiarium fuisse, facta inquisitione, compertum est; hominem improbum quidem, at qui inter alia crimina hoc nunquam confessus fuit; de hac enim confessione tam notabili nihil refert Auctor tragicarum historiarum, et si altero post Gaufridi mortem anno singula, quæ ipse confessus fuerat, conscripserit, sed et de hac confessione prorsus silent acta judicialia ea de causa inspecta, cum tamen cæteras ejus confessiones singulas exhibeant. Quod Petr. Lavardinum attinet, ne quidem ex nobili illa familia aliquem sub nomine Petri Cenomanensium episcopum fuisse ostendit laudatus Gaudius; uti pariter hanc fabulam quidem divulgatam fuisse in populum, ac continuo, ut fit, Dissertationes pro sufficientia intentionis externæ et contra fuisse editas; sed hoc quid evincit? Nondum prodierat tunc damnata ab ALEXANDRINO VIII. propositio: *Valet Baptismus*, etc. Et quid demum pauci privati, Theologorum omnium et Ecclesiæ sensui officiant?

Ad 4^{um}. R. Si intentio illa generalis episcoporum non ordinandi excommunicatos, carentes legitimo titulo perseveraret in singulorum ordinationibus, reipsa tales ordinarentur invalide. At vero quia ante examen instituant, et nullo post examen tali reperto, volunt ordinare singulos sine conditione aliqua, ideo etiam illi ordinantur valide, qui tali impedimento laborant, etsi in pœnam ipso jure ab exercitio suscepti ordinis suspensi sint.

177. *Obj. II.* Ex SS. Patribus. 1^o. S. Aug. L. 3. contra Crescon. c. 8. *Qua mente*, ait, *operetur (Minister), qua labore intentione, non curent*; ergo.

2^o. Idem S. Pater L. 7. contra Donatist. c. 53. n. 101. aperte supponit eos verum habere baptismum, qui fallaciter datum acceperunt, modo præscriptus ritus observatus fuerit; nam ait: *Si enim nihil interest ad integritatem sacramenti in ipsa Catholica (Ecclesia), utrum id aliqui fallaciter an veraciter agant, cum tamen hoc idem utrique agant; cur extra intersit, non video; quando ille, qui accipit, non simulatione palliatus, sed religione mutatus est.*

3^o. Doctor Angelicus variis in locis prævisse, et favisse Catharino videtur,

velut in 4. dist. 6. q. 1. a. 2., ubi inquit, quod in illis sacramentis, quæ consistunt in actione ministri, non requiratur intentio mentalis, sed sufficiat intentio expressa per verba formæ. Et hic q. 64. a. 8., quod sufficiat intentio Ecclesiæ, quæ significatur per formam.

Ad 1^{um}. R. Explico S. Patrem cum D. Hic S. Pater per intentionem intelligit actum voluntatis in ministro conficiendi sacramentum N. ministri probitatem, præsertim fidem C. Nulla enim erat Aug. disputatio cum Donatistis, qualis Cresconius erat, de intentione, ut hæc actus voluntatis est conficiendi sacramentum, sed unice de ministri probitate et fide, an hæc in ministro qualitas ad confectionem sacramenti necessaria sit. Affirmabat Cresconius dicens: *Sicut qui plantat et rigat, non nisi fidelis colonus et diligens adhibetur, sic, etc.* At respondit S. Aug. *Quasi vero quod infidelis colonus plantaverit, propter ejus infidelitatem non germinet vis seminis... Quam mente operetur, qua intentione laboret, non curent; ergo intentionem hic sumit improprie pro ministri fide vel probitate; secus ejus responsio ad objectionem Cresconii fuisset plane impertinens.*

Ad 2^{um}. R. Explico cum D. Supponit baptismum validum fallaciter datum fallacia intentionis N. fallacia fidei C. Per fallacem hic eum intelligit, qui, cum habeat de veritate et virtute sacramentorum rectam fidem; hæc tamen conferendo sacramentum simulat, quasi crederet, ipsum sacramentum verum esse et productivum gratiæ; hæc vero simulatio non obstat, quominus generalem habere intentionem possit faciendi, quod fit in Ecclesia. Ratio responsionis est 1^o. quia de hac simulatione fidei tantum erat AUGUSTINUM inter et Donatistas disputatio; nulla vero unquam de intentione. 2^o. Quia id palam facit totus contextus et AUGUSTINI argumentatio; hinc fallaciam hic diserte opponit fidei: *an plus, ait, distet inter credentem in mimo, et irridentem in Ecclesia: item opponit fallaces veracibus, sed per hos cæterum credentium intelligit subdens: ubi autem neque societas ulla esset ita credentium; neque ille, qui acciperet, ita crederet, etc.* Quin toto in cap. cit. et libro nihil prorsus reperire est, unde colligi posset, S. Aug. de intentione loqui.

Nec obstat, quod S. Pater fallaces esse dicat in ipsa Ecclesia catholica; e contra veraces dari in hæresi: *quid sit sceleratius in Ecclesia fallaciter accipere, an in hæresi, vel schismate sine fallacia?* in Ecclesia catholica vero non sint fallaces fallacia fidei, sicut nec in hæresi veraces veritate fidei. Nam

R. D. Dicit esse fallaces in Ecclesia catholica interne C. externe, et quo ad corpus Ecclesiæ externum N. Pariter dicit esse veraces in hæresi fide, non supernaturali, sed solum humana; licet enim, qui in uno hæreticus est, totum amittat supernaturalem habitum fidei, ut nullum aliud fidei mysterium fide supernaturali possit credere; potest tamen mysteria alia fide humana et naturali credere, et hac fide naturali esse naturaliter verax. Sic quoque possunt esse in Ecclesia catholica hæretici occulti, interne tales, qui quidem reipsa de Ecclesia non sunt, sed sunt tamen adhuc de Ecclesiæ corpore apparenter, et quia hæresin externe non produnt, et cum Ecclesia externam unitatem servant, sunt in unitate catholica adhuc, sed tantum externe et apparenter, non interne et vere.

Ad 3^{um}. R. Equidem juxta multos S. THOM. videtur propendere in senten-

tiam Catharini; at e contra plures alii illustres S. THOMÆ vindices eum ab hac opinione purgant; et merito, cum citati textus, si comparentur cum aliis Doctoris ejusdem, exponi adhuc posse videantur, scilicet quod S. Doctor non requirat intentionem explicitam et expressam conficiendi sacramentum, sed sufficere implicitam et virtuales, quod quis velit facere id, quod fit in Ecclesia, vel quod facit minister Ecclesiæ; vel quod neget formalem actualem esse necessariam. Et vero ead. q. 64. a. 8. ad 1. diserte pronuntiat, requiri intentionem ministri tanquam instrumenti animati, qua se subjiciat principali agenti, ut scilicet intendat facere, quod facit Christus et Ecclesia. Similia habet a. 10. Et in 4. dist. 11. q. 2. a. 2. quæstiunc. 3. ad 1. intentionem, quæ ordinatur ad perfectionem sacramenti, esse essentialem sacramento. Hac vel simili responsione uti debent adversarii ipsi, dum saltem intentionem internam exigunt, si sacramentum conferatur ex consuetis circumstantiis.

178. Obj. III. Ex Ratione. 1^o. Si ritus externus exerceatur serio externe in consuetis circumstantiis, ut si minister togatus sit ad conferendum sacramentum, si conferatur in templo externa reverentia, etc.; per has circumstantias determinatur ritus, ut sacramentalis sit; ergo non requiritur intentio interna, quæ illum determinet.

2^o. Lutherani et Calvinistæ non intendunt facere, quod facit vera Ecclesia, scilicet Romana, et tamen baptizant valide; ergo.

3^o. Si sacramentum dependeret ab intentione ministri, hoc foret incertum, et homo non haberet certitudinem, sitne e. g. baptizatus, necne; ergo non est præsumendum, quod Christus necessitatem intentionis exegerit; sicut eadem de causa non requisivit probitatem ministri, et fidem.

4^o. In ministro non requiritur aliud, quam ut intendat facere, quod facit Ecclesia; sed qui serio ritum externum peragit, intendit facere, quod facit Ecclesia; quidquid deinde intus in animo intendat.

5^o. Ex sententia nostra sequeretur 1., quod salus hominis, vis meritorum Christi dependeat a placito ministri. 2. quod innocentes plecterentur ob ministrorum malitiam; e. g. infans baptizatus sine ministri intentione interna periret: sed hæc admitti non possunt; ergo.

Ad 1^{um}. R. N. Ant., quod gratis dicitur, cum nullum habeat fundamentum nec in Scriptura, nec Conciliis, nec Patribus, nec summis Pontificibus; sed primum inventum fuit Antonii de Dominis, archiepiscopi Spalatensis apostatæ L. 3. de Rep. Eccles. c. 12. Sed contrarium ex Conciliis evincitur, quæ ad veritatem sacramenti tria exigunt: materiam, formam, intentionem ministri; circumstantiæ vero illæ loci, et similes nullum ex his tribus sunt. Sed et generalis illa damnatio propos. 28. ab ALEX. VIII. *Valet baptismus, etc.* pro omni casu intentionem internam exigit; deinde æque in templo, quam extra potest poni ritus materialiter; unde autem illa vis templi, ut opus de se non sacrum faciat sacrum? Certe multa alia indifferentia exercentur in templis, quæ a sanctitate loci nunquam ad esse sacra determinantur.

Ad 2^{um}. R. D. Ant. Non intendunt hoc intentione particulari, vel explicita C. non generali et implicita N. Quippe intendunt facere, quod Christus instituit; consequenter cum nihil aliud faciat Ecclesia Romana, quam quod

Christus instituit; dum intendunt primum, intendunt hoc ipso et alterum. Neque illæ intentiones sibi oppositæ sunt, ut se ipsas destruant; non enim dicunt: *volo facere, quod Christus instituit*; et: *nolo facere, quod facit Ecclesia Romana, etsi non erret*; alias revera intentiones illæ utpote implicite contradictoriæ destruerent semet; sed credendo solum Ecclesiam Romanam non esse veram, aut non agere secundum Christi institutionem, præcise volunt facere, quod Christus instituit.

Ad 3^{um}. R. D. Ant. Hoc foret incertum physice, homo non haberet certitudinem *physicam C.* foret incertum moraliter, homo non haberet certitudinem *moralement N.* Interea sufficiens facillime haberi potest, et sine gravissimo detrimento ipsius ministri non potest omitti; ut proinde sufficiens certitudo de valore sacramenti habeatur hoc ipso, quod omnia rite ponantur. Sic etiam sumus certi moraliter, quod minister debitam formam et materiam adhibuerit. Unde argumentum in his retorqueri potest. E contra si sacramenti valor a ministri probitate dependeret, omnia plena essent anxietatibus, cum facilius accidat, ministrum in statu gratiæ non esse, isque emergente necessitate repentina reparari subinde ante non potest, et per se reparatur difficilius, quam habeatur intentio; hinc merito Christus a probitate ministri sua pendere sacramenta noluit.

Ad 4^{um}. R. 1^o. Quando minister sacramentum confert privatim extra circumstantias sine interna intentione, etiam ritum externum operatur serio; et tamen juxta adversarios nondum intendit facere, quod facit Ecclesia.

R. 2^o. D. min. Qui intendit ritum externum solum materialiter *N.* sic enim a naturali et profano nondum differt: qui intendit illum ut sacrum in Ecclesia, ut institutum a Christo *C.*

Ad 5^{um}. R. D. illat. 1^{am}. Sequeretur, quod salus hominis, vis meritorum Christi absolute sumpta pendeant a ministri placito *N.* ut habenda per sacramenta *C.* Sic etiam pendet a placito ministri quoad applicationem materiæ et formæ.

Ad 2^{am}. illat. N. min. Hoc enim respectu Dei injustum non est; hic enim omnia sic pro salute hominum disposuit, ut simul naturalem cursum operationis causarum secundarum reliquerit; unde si ab his aliquando illa impediuntur media, id Deo imputari nequit. Et numquid idem dicendum, si minister malitiose materiam, vel formam sua malitia corrumpat, vel non est ordinatus? Deinde si suscipiens vel adhuc in peccato originali est, ut infans; vel in actuali, ut subin adultus; damnatur tunc homo ob culpam propriam, cujus ministri malitia est tantum occasio, et quasi causa per accidens.

ARTICULUS VII.

QUALIS INTERNA INTENTIO AD VERITATEM SACRAMENTI SIT, VEL NON SIT SUFFICIENS?

179. *Premitto.* Intentio interna, de qua Art. præced. actum (quæ etiam expressa et formalis dicitur) subdividitur passim in actualem, virtuales et habituales, ceu in species suas proprias, quibus duæ aliæ addi solent,

interpretativa et indirecta. *Actualis* est ipse actus voluntatis actualiter physice, et secundum se ipsum existens in ministro, dum is conficit sacramentum, bene advertens, quid agat, et expresse volens id agere. *Virtualis*, quæ est intentio etiam actualis præterita quidem, et non amplius in se ipsa existens, sed existens in aliqua virtute post se relicta, per quam tamen in opus influit, quod ideo etiam de præsentis fieri ex illa intentione dicitur; velut postquam explicitam intentionem habuisti consecrandi, si vi hujus intentionis abluas manus, te induas sacerdotalibus vestibus, pergas ad altare, peragas reliqua, ac tandem pronunties verba consecrationis; etsi tunc intentionem actualem non habeas; habes tamen virtuales, quia actiones illæ omnes ab illa prima intentione profluunt. *Habitualis*: hæc aliud non est, quam ipsa intentio actualis præterita, quam quis aliquando habuit, et non retractavit; censetur enim permanere habitualiter, quamdiu non retractatur. *Interpretativa*; quando quis actu intentionem nec habet, nec habuit; ita tamen est dispositus, ut actu intentionem eliceret, si de objecto tali ei incidere cogitatio. *Indirecta*; qua quis vult aliquid in causa, vel in alio necessario connexo; nempe vult causam, ex qua prævidet secuturum effectum, ut cum quis se inebriat, sciens se ebrium jurare. Quæritur nunc, quænam ex his sufficiens sit.

180. *Dico I.* Ad valorem sacramenti nec intentio interpretativa, nec pure habitualis, nec indirecta sufficiens est. Est apud Theologos assertio communis.

Prob. 1^a. p. Quia juxta Concilia laudata Art. præc. ad valorem sacramenti talis requiritur intentio, quæ influat in actionem sacramentalem, ut hæc peragatur humano modo Christi nomine, ac saltem implicite intendatur id, quod Christus instituit, vel facit Ecclesia: sed talis non est intentio interpretativa; hæc enim cum non sit, nec fuerit, sed solum fuisset, si ejus incidisset cogitatio, reipsa est non ens, cujus nulla qualitas est, nulla passio, nulla actio; proinde nullo modo in actionem sacramentalem potest influere, nec ritum externum determinare, ut sacramentalis sit.

Prob. 2^a. p. Quia cum intentio mere habitualis ne quidem in sui virtute maneat, etiam neque in se, quia non existit physice; nec in sui virtute potest in actionem influere, ut hæc exercentur humano modo, auctoritate et nomine Christi. Deinde intentio ministri ideo ad valorem sacramenti requiritur, ut per eam externa actio de se ad plura indifferens determinetur ad esse actionis sacramentalis; sed hoc præstare nequit intentio habitualis, utpote quæ nec physice, nec in virtute existit. Præterea hæc intentio potest esse in ebrio, dormiente et amente; ergo sufficeret hæc, si ebrius proferret verba consecrationis ad mensam, consecraret valide; sed hoc absolute falsum est.

Prob. 3^a. p. Quia nec intentio indirecta facit, ut actio sacramentalis in se procedat modo humano ac rationali a ministro; et ut per se intendatur id, quod Christus instituit; qui enim crebro experimento edoctus scit, se in ebrietate e. g. proferre verba consecrationis supra panem, ac nihilominus se inebriat, sicque consecrationem indirecte in causa vult, scilicet in ebrietate, non intendit formaliter ac per se consecrationem, sed mere materialiter; cum ea verborum prolatio sit potius motivum neglectum, quam alliciens ad

Christus instituit; dum intendunt primum, intendunt hoc ipso et alterum. Neque illæ intentiones sibi oppositæ sunt, ut se ipsas destruant; non enim dicunt: *volo facere, quod Christus instituit*; et: *nolo facere, quod facit Ecclesia Romana, etsi non erret*; alias revera intentiones illæ utpote implicite contradictoriæ destruerent semet; sed credendo solum Ecclesiam Romanam non esse veram, aut non agere secundum Christi institutionem, præcise volunt facere, quod Christus instituit.

Ad 3^{um}. R. D. Ant. Hoc foret incertum physice, homo non haberet certitudinem *physicam* C. foret incertum moraliter, homo non haberet certitudinem *moralem* N. Interea sufficiens facillime haberi potest, et sine gravissimo detrimento ipsius ministri non potest omitti; ut proinde sufficiens certitudo de valore sacramenti habeatur hoc ipso, quod omnia rite ponantur. Sic etiam sumus certi moraliter, quod minister debitam formam et materiam adhibuerit. Unde argumentum in his retorqueri potest. E contra si sacramenti valor a ministri probitate dependeret, omnia plena essent anxietatibus, cum facilius accidat, ministrum in statu gratiæ non esse, isque emergente necessitate repentina reparari subinde ante non potest, et per se reparatur difficilius, quam habeatur intentio; hinc merito Christus a probitate ministri sua pendere sacramenta noluit.

Ad 4^{um}. R. 1^o. Quando minister sacramentum confert privatim extra circumstantias sine interna intentione, etiam ritum externum operatur serio; et tamen juxta adversarios nondum intendit facere, quod facit Ecclesia.

R. 2^o. D. min. Qui intendit ritum externum solum materialiter N. sic enim a naturali et profano nondum differt: qui intendit illum ut sacrum in Ecclesia, ut institutum a Christo C.

Ad 5^{um}. R. D. illat. 1^{am}. Sequeretur, quod salus hominis, vis meritorum Christi absolute sumpta pendeant a ministri placito N. ut habenda per sacramenta C. Sic etiam pendet a placito ministri quoad applicationem materiæ et formæ.

Ad 2^{am}. illat. N. min. Hoc enim respectu Dei injustum non est; hic enim omnia sic pro salute hominum disposuit, ut simul naturalem cursum operationis causarum secundarum reliquerit; unde si ab his aliquando illa impediuntur media, id Deo imputari nequit. Et numquid idem dicendum, si minister malitiose materiam, vel formam sua malitia corrumpat, vel non est ordinatus? Deinde si suscipiens vel adhuc in peccato originali est, ut infans; vel in actuali, ut subin adultus; damnatur tunc homo ob culpam propriam, cujus ministri malitia est tantum occasio, et quasi causa per accidens.

ARTICULUS VII.

QUALIS INTERNA INTENTIO AD VERITATEM SACRAMENTI SIT, VEL NON SIT SUFFICIENS?

179. *Premitto*. Intentio interna, de qua Art. præced. actum (quæ etiam expressa et formalis dicitur) subdividitur passim in actualem, virtuales et habituales, ceu in species suas proprias, quibus duæ aliæ addi solent,

interpretativa et indirecta. *Actualis* est ipse actus voluntatis actualiter physice, et secundum se ipsum existens in ministro, dum is conficit sacramentum, bene advertens, quid agat, et expresse volens id agere. *Virtualis*, quæ est intentio etiam actualis præterita quidem, et non amplius in se ipsa existens, sed existens in aliqua virtute post se relicta, per quam tamen in opus influit, quod ideo etiam de præsentis fieri ex illa intentione dicitur; velut postquam explicitam intentionem habuisti consecrandi, si vi hujus intentionis abluas manus, te induas sacerdotalibus vestibus, pergas ad altare, peragas reliqua, ac tandem pronunties verba consecrationis; etsi tunc intentionem actualem non habeas; habes tamen virtuales, quia actiones illæ omnes ab illa prima intentione profluunt. *Habitualis*: hæc aliud non est, quam ipsa intentio actualis præterita, quam quis aliquando habuit, et non retractavit; censetur enim permanere habitualiter, quamdiu non retractatur. *Interpretativa*; quando quis actu intentionem nec habet, nec habuit; ita tamen est dispositus, ut actu intentionem eliceret, si de objecto tali ei incidere cogitatio; qua quis vult aliquid in causa, vel in alio necessario connexo; nempe vult causam, ex qua prævidet secuturum effectum, ut cum quis se inebriat, sciens se ebrium jurare. Quæritur nunc, quænam ex his sufficiens sit.

180. *Dico I*. Ad valorem sacramenti nec intentio interpretativa, nec pure habitualis, nec indirecta sufficiens est. Est apud Theologos assertio communis.

Prob. 1^a. p. Quia juxta Concilia laudata Art. præc. ad valorem sacramenti talis requiritur intentio, quæ influat in actionem sacramentalem, ut hæc peragatur humano modo Christi nomine, ac saltem implicite intendatur id, quod Christus instituit, vel facit Ecclesia: sed talis non est intentio interpretativa; hæc enim cum non sit, nec fuerit, sed solum fuisset, si ejus incidisset cogitatio, reipsa est non ens, cujus nulla qualitas est, nulla passio, nulla actio; proinde nullo modo in actionem sacramentalem potest influere, nec ritum externum determinare, ut sacramentalis sit.

Prob. 2^a. p. Quia cum intentio mere habitualis ne quidem in sui virtute maneat, etiam neque in se, quia non existit physice; nec in sui virtute potest in actionem influere, ut hæc exerceatur humano modo, auctoritate et nomine Christi. Deinde intentio ministri ideo ad valorem sacramenti requiritur, ut per eam externa actio de se ad plura indifferens determinetur ad esse actionis sacramentalis; sed hoc præstare nequit intentio habitualis, utpote quæ nec physice, nec in virtute existit. Præterea hæc intentio potest esse in ebrio, dormiente et amente; ergo sufficeret hæc, si ebrius proferret verba consecrationis ad mensam, consecraret valide; sed hoc absolute falsum est.

Prob. 3^a. p. Quia nec intentio indirecta facit, ut actio sacramentalis in se procedat modo humano ac rationali a ministro; et ut per se intendatur id, quod Christus instituit; qui enim crebro experimento edoctus scit, se in ebrietate e. g. proferre verba consecrationis supra panem, ac nihilominus se inebriat, sicque consecrationem indirecte in causa vult, scilicet in ebrietate, non intendit formaliter ac per se consecrationem, sed mere materialiter; cum ea verborum prolatio sit potius motivum neglectum, quam alliciens ad

ebrietatem; nec fiat ab homine ebrio modo humano ac rationali, ut patet; ergo. Imo etsi quis etiam directe prius eam prolationem intenderet; hæc tamen locutio et actio externa postea in ebrietate posita non procedit a rationis compote, nec est signum interioris animi præsentis; unde nec est humana, nec æstimatur aliter, quam si ea verba a pica vel psittaco prolata essent; ergo sufficere hæc intentio non potest.

181. *Dico II.* Intentio actualis sufficientissima est, et optima; non tamen absolute necessaria; sed etiam intentio virtualis omnino sufficiens est. Est omnium Theologorum communis sententia.

Ratio 1^a. p. est, quia non datur intentio melior, nec institutioni Christi, et Concilii conformior, quam actualis; tum quod sacramenta per se sint dignissima, ut administrantur animo, quantum fieri potest, intento.

Ratio 2^a. p. est, quod absolute ejus necessitas excedat prope vires et potestatem hominis ex natura sua ad distractiones proclivis, sic, ut pauci ab iis diutius immunes sint, et multis prope sit impossibile. Accedit, quod nimis anxia et difficilis, atque ideo odiosa foret sacramentorum confectio; sed verosimile nec est, nec credibile, voluisse Christum, ut eorum confectio tam ardua esset, tamque anxia, imo et odiosa ministris suis, cum ea res faceret, ut plurimi sacrum ministerium refugerent; ergo.

Ratio 3^a. p. est, tum quia Christus sacramenta administranda commisit homini humano ac rationabili modo; sed homo cum intentione tantum virtuali, sive perseverante in aliquo sui effectum maxima etiam negotia peragit; tum quia intentio eadem per aliquam sui relictam virtutem influit vere, saltem mediate in actum, eumque vere humanum et rationabilem reddit, ut patet in contractibus, orationibus, votis, et similibus, quæ vere libere, humanoque modo dicimur agere per intentionem solum virtuales, tametsi ipsa in actione nos esse distractos contingat.

182. *Dices 1^o.* Doctor Angel. hic q. 64. a. 8. ad 3. videtur asserere, quod intentio *habitualis* sufficiat; ergo.

R. N. Ant. Per intentionem enim habitualement ibi intelligit virtuales; continuo enim subjungit: *Putat, cum sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum, quod facit Ecclesia; unde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio ejus ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis perficitur sacramentum;* sed hæc est ipsa intentio virtualis. Deinde teste Gonet, aliisque, in exemplaribus antiqui non legitur *habitualis*, sed *virtualis*, ut proinde vox habitualis recentioris typi vitio irreperit.

183. *Dices 2^o.* Sufficit intentio habitualis, imo interpretativa ad suscipiendam extremam unctionem; atque ad cætera sacramenta omnia recipienda fructuose sufficit intentio habitualis: item, qui semel voluntatem habuit non negandi fidem, vi hujus intentionis non retractatæ sit vere martyr, etiamsi occidatur in somno; ergo et hæc intentio in ministro sufficiens erit.

R. C. Ant. N. Cons. *Disparitas* est: suscipiens sacramenta se habet passive ut subjectum; non operatur nomine Christi; non determinat actionem externam de se indifferentem ad esse actionis sacramentalis. Pariter etiam martyr se passive tantum habet; ac deinde martyrium, ut est virtus, per-

ficitur formaliter per actum internum solum, et ab hoc denominat actionem externam. Contraria omnia in ministro sunt: hic se habet active ut causa efficiens, et quidem nomine Christi operans; ad moraliter vero agendum requiritur et advertentia major et libertas. Nec sacramentum actu interno solo perficitur; ut martyrium, qua virtus est.

184. *Dices 3^o.* Ad applicandum sacrificium alteri intentio habitualis sufficit; hoc enim hodie applicatum manet tale cras, etsi hoc cras non amplius de novo intendam; ergo etiam.

R. C. Ant. N. Cons. *Disparitas* est, quia applicatio Missæ non est operativa ejusdem; ergo necessarium non est, ut existat tunc, quando fit sacrificium; sed est quædam fructuum sacrificii donatio, facta in illud tempus, quo sacerdos Missam peraget; donationes vero pleræque in diem, sive de rebus futuris subsistunt; modo non retractentur amplius, et reipsa purificetur conditio. Sic valet donatio fructuum vindemiæ, messis pridem ante hoc tempus facta.

185. *Dices 4^o.* Valide contrahitur matrimonium per procuratorem, etiamsi dum procurator contrahit, dormiat principalis. Item, valet contractus dum conditio de futuro, etsi tempore, quo impletur conditio, nihil de hujus impletione sciatur; ergo sufficit sola voluntas non retractata.

R. C. Ant. N. Cons. Nam *quoad 1^{um}*, consensus manet virtualiter, et influit per voluntatem procuratoris, qui est quasi instrumentum vitale, quo alter contrahentium alteri suum consensum manifestat. *Quoad 2^{um}*, quia sufficit, ut contrahentes habeant intentionem virtuales, quando contrahunt de presenti conditionate, quia tunc ponunt matrimonium in ratione actionis sacramentalis, licet postea, dum purificatur conditio, ponatur in ratione absolute obligantis. Nimirum sicut in aliis contractibus sub conditione de futuro se habet, in quibus sufficit intentio virtualis pro tempore, quando primo contractus celebratur; sic in matrimonio, quod naturam contractus retinuit, et sequitur.

186. *Dices 5^o.* Actio sacramentalis sufficienter adhuc procedit ab intentione præterita, mediante negatione retractationis tanquam virtute et effectu ab ea relicto; ergo sufficit, ut actio subsequens sit ministro agenti voluntaria. Et vero peccatum præteritum, quia non est retractatum, censetur adhuc voluntarium pro tempore peccatum commissum subsequente; ergo et sic sacramentalis actio ob non retractatam intentionem præteritam agenti adhuc erit voluntaria, ac sufficienter libera.

R. Quoad 1^{um}. N. Ant. Intentio enim præterita non retractata equidem sufficere potest, ut actus subsequens in sensu latiore sit agenti voluntarius, sive non oppositus inclinationi habituali voluntatis; non tamen sufficit, ut sit voluntarius stricte, sive ordinatus ad finem, quem agens antecederet intendit; hæc autem intentio requiritur, ut valeat sacramentum. Deinde negatio retractationis nec est effectus intentionis præteritæ, cum eodem modo existeret, etsi intentio non præcessisset, nec est activa aut determinativa ministri ad ponendam actionem sacramentalem, quia de facto sæpe existit talis negatio, quin ponatur a ministro sacramentalis actio.

R. *Quoad 2^{um}. Disparitas* est, quia, ut actio futura sit stricte voluntaria vi et respectu intentionis præteritæ, hæc in illam debet influere; quia alias non verificabitur, quod actio procedat ex intentione; hic autem influxus ex modo dictis per solam negationem retractationis non habetur; e contra ad hoc, ut actus præteritus censeatur adhuc voluntarius, sufficit, ut actus voluntatis aliquando ad actionem vere influxerit; jam enim habetur fundamentum hujus denominationis, quod actio præterita adhuc sit voluntaria latiore sensu; quia in æstimatione morali id, quod ultimo placuit, tamdiu censetur placere voluntati, quamdiu ab hac non retractatur.

187. *Dices 6^o. Etiam intentio virtualis non videtur sufficienter influere in actionem sacramentalem; ergo. Prob. Ant.* Nam virtus illa relicta ab intentione actuali præterita vel est phantasia per illam excitata, aut appetitus sensitivus, vel non retractatio intentionis actualis præteritæ; aliud enim assignari non potest; sed neutrum potest debite in actionem influere: non primum, quia phantasia et appetitus sensitivus sunt etiam in dormiente, et ebrio; ergo hæc actionem dirigere non possunt, ut fiat humano modo: non alterum, ex ante dictis.

R. *N. Ant. et prob. M.* Sed intentio virtualis est actus voluntatis, licet remissus, præsupponens remissam aliquam cognitionem et advertentiam intellectus ad actionem sacramentalem; itaque actus hic voluntatis remissus est virtus ea relicta intentionis formalis præteritæ, sive est illud, ratione cujus prior intentio manet virtualiter. *Prob. ex Philosophia*, ad quam maxime hæc quæstio spectat: potentia hominis externæ indifferentes sunt ad hunc, vel illum diversum motum, ad hanc, vel illam actionem externam; ergo indigent aliquo determinativo, a quo ad hunc potius, quam illum motum, actionemque determinantur tanquam tum a dirigente, tum determinante, quod esse non potest aliud, quam potentia cognoscitiva, et appetitiva; cognoscitiva quidem per actum aliquem, quo dirigatur potentia executrix et externa actio; appetitiva vero per actum aliquem imperantem, per quem illa actio imperetur; ergo semper requiritur actus tum potentia cognoscitivæ, sive intellectus dirigens, tum appetitivæ, sive voluntatis imperans, quotiescumque ponitur externa actio humano modo. *Prob. cons.* Si enim hi actus intellectus et voluntatis non admittantur, explicari non poterit, quomodo ab intentione præterita procedant actiones externæ, quæ sæpe et multæ, et perquam diversæ sunt, ut quomodo ab actu illo primo, sive intentione, qua sacerdos celebrare intendit, procedat, quod se conferat ad sacristiam, sacris se vestibus induat, recitet varias orationes, alias quidem ex præscripto sono altiore, alias submisso; exerceat ceremonias tam diversas, licet etiam non raro distractus; ergo dicti actus necessario admitti debent; non enim in has actiones prior intentio influere immediate potest, cum in se non existat amplius, nec appareat, quomodo per imaginationem solam; et imperium appetitus sensitivi influat.

Ex his patet 1^o. intentionem virtualem per distractiones regulariter non tolli, quia cum his communiter manet actus ejusmodi tenuis et remissus, imperceptibilis; ac licet interveniente negotio aliquo, somnoque cesset virtualis intentio; si tamen post hæc homo se rursus convertat ad externum illud objectum, quod primo intenderat, facile redibit intentio excitata

tenuiter et imperceptibiliter a specie, quæ ab intentione formali relicta est; ut fere in eo accidit, qui e. g. peregrinatur Romam; post plures enim noctes interpositas recta iter continuat, etsi de urbe expresse non cogitet; ubi certum videtur, intervenire tenues ejusmodi actus voluntatis imperantes continuationem coepti itineris; alias sisteret; vel diverteret alio; hinc si ex eo petatur, quo tendat? respondebit prompte: Romam.

2^o. Hanc intentionem virtualem in se etiam actualem esse; licet non actualis formalis expressa. Intentio enim actualis dividi potest in formalem et expressam, sive actum voluntatis expressum; et in virtualem, sive actum remissum, tenuem, imperceptibilem, remanentem ex formali; sicque recte exponitur, quare actiones externæ sequentes dici possint humana liberæ, quod in aliis sententiis intelligi non potest.

Sed *inquies*: Hos actus non experimur in nobis. Item si hi actus maneat in ministro distracto; ergo et in dormiente, ac ebrio manere possunt.

R. *Ad 1^{um}. D.* Hos actus non experimur in seipsis C. non etiam in effectu N. Sic qui ex habitu artificiose ludit cythara, vel loquitur latine, actu per utriusque artis regulas dirigitur; unde si forte erret, statim se reflectit, et corrigit, nec tamen prius advertat, has regulas actu in intellectu existere, sequit ab iis dirigi.

R. *Ad 2^{um}. N. seq.* Lata et multiplex est disparitas; nam 1^o. licet distractus magis perceptibiliter attendat ad objectum distrahens; simul tamen communiter ad objectum primo intentum imperceptibiliter attendit. 2^o. Adhuc habet facultatem expeditam et liberam actiones sacramentales prosequendi, vel abrumpendi. 3^o. Interrogatus expedite respondere potest, quid, cur agat. 4^o. Actio adhuc procedit ab eo humano modo, non brutali: at contraria in ebrio et dormiente sunt, in quibus nihil intellectus, nihil voluntas operatur, sed sola phantasia cum appetitu sensitivo dominatur.

ARTICULUS VIII.

UTRUM INTENTIO MINISTRI ABSOLUTA ESSE DEBEAT, VEL AN ETIAM ALIQUANDO
CONDITIONATA SUFFICIAT?

188. *Præmittit.* Divisione alia intentio in absolutam et conditionatam dividitur. *Absoluta* est, quæ ex modo suo tendendi fertur in objectum sine ulla limitatione et restrictione. *Conditionata*, quæ in illud cum restrictione aliqua fertur.

Conditiones vero aliæ sunt sacramento intrinsecæ, aliæ extrinsecæ. *Intrinsecæ* sunt illa omnia, quæ pertinent ad valorem sacramenti sive ex parte ministri, sive ex parte suscipientis. Hæc semper subintelliguntur, etsi non exprimentur, ut, ego te baptizo, si es homo; ego te absolvo, si habes dolorem. Unde et regulariter exprimi non debent, etsi aliquando juxta de causa exprimentæ sint, ut cum prudenter dubitatur, an hic et nunc adsint; veluti, an moribundus vel puer sit capax sacramenti. *Extrinsecæ* sunt, sine quibus potest sacramentum valide confici. Ac de his potissimum movetur quæstio.

Sed porro conditio extrinsecæ potest esse de præterito, de præsentis, de

futuro. *De præterito*, ut si dicas: ego te absolvo, si restituisti. *De præsentis*: si habes propositum restituendi. *De futuro*: si restituas. Ubi tamen observa, hanc postremam posse sumi dupliciter: 1^o. ut æquivalet huic: absolvo te, si de facto verum sit, te cras restitutum; vel si Deus sciat, quod cras restitutus sis: 2^o. ut huic æquivalet; absolvo te ea lege, ut nunc remissionem peccatorum non obtineas; sed die crastina, si tunc restitutionem feceris; atque hæc secunda intentio, non prior; est proprie loquendo sub conditione de futuro. Demum conditio de futuro esse potest vel de futuro necessario, vel de libero, vel contingenti quocumque.

Satis vero convenit, peccare ministrum, adhibendo sine sufficiente causa intentionem conditionem expressam; nam si apponeretur conditio inexistens ex natura rei, adderetur otiose; si extrinseca omnino impertinens, committeretur sæpe gravis irreverentia, ac subinde sacramentum periculo nullitatis exponeretur. Pariter certum est apud Theologos valere sacramentum collatum sub conditione de præsentis, vel præterito, si ea a parte rei sit vere posita, et nota; quia tunc intentio ex suo tendendi modo conditionata transit in absolutam, quæ vero valida est. Hinc valet baptismus et pœnitentia sub his formulis: *si non es baptizatus, ego te baptizo: si vivis, ego te absolvo*: posito, quod infans baptizatus non fuerit, aut pœnitens vivat. Una igitur quæstio de intentione conditionata sub conditione, de futuro contingenti, et quocumque.

189. *Dico*. Non sufficit ad valorem sacramenti intentio strictè conditionata, scilicet sub conditione de futuro, uno excepto matrimonio. Est communissima Doctorum.

Prob. Si valeret sacramentum tali sub conditione ministratum; ergo vel tunc, quando forma applicatur materiæ, vel quando purificatur conditio; sed neutrum dici potest: non 1^{um}. quia non valet hic et nunc sacramentum, si desit intentio illud hic et nunc conferendi; sed qui vult e. g. absolvere sub conditione de futuro, non intendit hic et nunc absolvere, sed intentionem suam usque ad tempus aliud futurum suspendit. Non 2^{um}. quia rursus non potest dari sacramentum sine materia et forma: sed quando purificatur conditio, jam desierunt materia et forma; ergo.

Dixi: *excepto matrimonio*; de hoc enim, cum retinuerit naturam contractus, videtur aliter sentiendum; ac de eo vide in Tract. de Matrim. cap. 3. art. 2. Quod vero modo dictum de conditione de futuro, non pauci auctores putant, de conditione extranea impertinenti, ignota, quæ nihil facit ad dignam sacramenti administrationem, ut *baptizo te, si Papa dormit; si es prædestinatus*, esse intelligendum; eo quod et talis videatur non absolute velle sacramentum, sed suspendere, non pro natura et necessitate sacramenti, sed pro sua libertate ac libidine contra ordinem a Christo probabiliter institutum. Proinde, quia variant auctorum sententiæ, sacramentum ita collatum, attenda sacramenti natura, esset sub conditione iterandum.

190. *Dices* 1^o. Confectio sacramenti valida subest ministri arbitrio; ergo hic æque poterit sacramentum conficere sub conditione de futuro, quam de præsentis, vel præterito.

R. D. Ant. Subest ministri arbitrio quoad positionem; h. e. potest nullum

conficere sacramentum omittendo aliquod essenziale *C.* subest ministri arbitrio quoad suspensionem valoris, h. e. potest etiam facere, ut, quando omnia essentialia sunt rite adhibita, nondum tamen tunc habeatur ratio sacramenti *N.*

191. *Dices* 2^o. Potest quis valide absolvi a censuris, hac conditione, ut intra certos dies e. g. ablata restituat, satisfaciat Ecclesiæ; ergo etiam sub simili conditione de futuro absolvi a peccatis.

R. C. Ant. N. Cons. Absolutio a censuris vim omnem immediate habet a voluntate humana; unde nec ad eam requiruntur verba, nisi ut innotescat absolventis intentio: at absolutio sacramentalis a sola voluntate Christi est, et consistit in verbis ab eo institutis, quorum, si rite applicentur, efficaciam proinde suspendere nullus minister potest.

192. *Dices* 3^o. Sententia, vel absolutio ministri in sacramento pœnitentiæ se habet ut sententia alterius iudicis: sed hujus sententia subsistere potest cum conditione de futuro; ergo.

R. D. M. Se habet ut sententia alterius iudicis quoad aliqua, quia scilicet pœnitentiæ minister exercet officium iudicis *C.* quoad omnia *N.* Differt vero utraque a se invicem sententia, quod Christus ad sacramentum simul concurrere voluerit materiæ, formam et intentionem; sed tria hæc juxta rationem Conclus. non possunt simul concurrere, si habeatur intentio suspensiva usque ad eventum conditionis futuræ; quia dum hæc impletur, non habetur materia et forma, quæ transierunt. Nihil tale ad sententiam iudicis alterius requiritur.

193. *Dices* 4^o. In sacramento reviviscente etiam sæpe diu post actionem sacramentalem positam, ponitur gratia; igitur sic quoque poni poterit serius vi intentionis suspensivæ sub conditione de futuro.

R. C. A. N. Cons. Lata est *disparitas*: in sacramento reviviscente hoc ab initio erat validum, habens essentialia omnia ad rationem sacramenti; sed tantum initio ponebatur obex gratiæ: hic vero in præsentis casu poneretur obex ipsi sacramento; intentio enim ministri ad valorem sacramenti essentialè requisitum est; sed juxta rationem Conclus. hæc non habetur, dum ponitur actio; postea vero, dum purificata est conditio, non amplius datur materia et forma; ergo nunquam potest haberi verum sacramentum.

194. *Dices* 5^o. Valebit saltem sacramentum sub conditione de futuro necessaria, quæ certo implebitur; ergo. *Prob. Ant.* Quia talis conditio habetur pro absoluta; *qui enim sub conditione stipulatur, quæ omni modo exitura est, pure videtur stipulari.* L. 9. ff. de Nov. et Desp.; ergo et valebit sacramentum.

R. D. Ant. Si per illam conditionem sensum intendat potius absolutum: e. g. *quam certum nunc est, cras solem oriturum, tam vere te baptizo; Permitto*: si sensum intendat suspensivum *N.* Tunc enim tam parum valebit, quam parum valet sacramentum sub conditione de futuro contingente ex ratione eadem.

CAPUT III.

DE SUBJECTO SACRAMENTORUM.

195. Subjecti nomine hic ille venit, qui est suscipiens sacramenti, vel certe ejus suscipiendi capax est; estque solus homo viator; nam *omnis pontifex pro hominibus constituitur in eis, quæ sunt ad Deum*, ait Apost. ad Hebr. 5. 1. Et vero nec angelis, cum incorporei sint, signa sensibilia gratiæ applicari possunt; nec creaturis ratione carentibus, cum sint incapaces gratiæ; nec hominibus mortuis; quia, cum in termino sint, proficere in gratia non possunt, nec proinde percipere sacramentorum fructum. Non tamen homo quilibet cujuslibet sacramenti subjectum est; non baptizatus enim nullum suscipere potest, cum Baptismus cæterorum janua sit; nec femina capax est Ordinis; nec religiosus, nec constitutus in majori ordine in Ecclesia latina, Matrimonii; nec homo sanus Extremæ Uctionis. De subjecto igitur hic tantum sequentia expendenda remanent. 1º. Quid requiratur ex parte subjecti, ut sacramentum recipiat valide? 2º. Quid, ut recipiat licite et fructuose?

ARTICULUS I.

QUID REQUIRATUR EX PARTE SUBJECTI, UT SACRAMENTUM RECIPIAT VALIDE?

196. *Dico I.* In adultis ad suscipiendum sacramentum valide requiritur, et sufficit positiva aliqua voluntas et intentio illud suscipiendi; nec sufficit sola negatio voluntatis contrariæ, excepto sacramento Eucharistiæ et Pœnitentiæ.

Prob. Ex Conciliis, CARTHAGIN. III. Can. 34. (Labb. t. 2. p. 4172.), ARAUS. I. Can. 12. (ibid. 4203.) expresse declarantibus, ut baptismus non conferatur adultis, qui usum loquelæ amiserunt; nisi constet ex testibus, eos ante voluisse baptizari; quod vero laudata Concilia de baptismo docent, id utique a fortiori tenendum est de sacramentis aliis, utpote minus necessariis, quam sit baptismus. Idem Rituale Romanum vetat, auctoritate Pauli V. editum. Accedit Ecclesiæ praxis. Ratio vero a priori est Christi sic ordinantis voluntas, nobis per totius Ecclesiæ usum intimata; cui addi potest ratio altera, fundata tamen in priori; quia sacramenti susceptio est initiatio quædam et consecratio; seu religionis professio, quæ sine motu voluntatis fieri nequit.

Dixi 1º. *In adultis*; in parvulis enim nihil tale requiritur, ut constat ex Traditione Apostolica, juxta quam baptizantur infantes in fide Ecclesiæ, ut S. Aug. ait serm. 294. (alias 14. de verb. Apost.) c. 18. *Absit, ut ego dicam non credentes parvulos*; ac ante (c. 41.) dixerat: *Credit in altero* (scilicet Ecclesia), *qui peccavit in altero*.

Dixi 2º. *Excepto sacramento Eucharistiæ et Pœnitentiæ*; cum enim Eucha-

ristia jam ante susceptionem confecta sit, manet verum sacramentum, etsi invito obtruderetur. Pœnitentiæ vero, quia actus pœnitentis contritio, confessio pars materialis sunt; hæc ex parte pœnitentis insuper requiruntur ad valorem.

197. *Dico II.* Hæc tamen intentio sive voluntas ad validam sacramenti susceptionem requisita non est necessario actualis, vel virtualis; sed sufficit habitualis, quæ fundatur in voluntate aliqua priori non retractata, ratione cujus susceptio sacramenti moraliter adhuc censeatur voluntaria. Est communis cum S. TH. hic q. 68. a. 8. Et patet ex laudatis ante Conciliis, quæ volunt baptizari moribundum usu rationis destitutum; modo constet de voluntate ejus præterita.

Quin ad sacramentum extremæ unctionis sola etiam intentio interpretativa videtur sufficere; illa enim ex ipsa praxi Ecclesiæ videtur colligi, quæ in moribundis usu sensuum destitutis præsumit voluntatem saltem generalem, ut sibi applicentur omnia salutis remedia: nec requirit testimonium voluntatis præteritæ de suscipiendo hoc sacramento, maxime, si aliunde constet, infirmum esse bene dispositum. Cæterum si ægrotus sui compos sit, æque ab eo declaratio aliqua voluntatis ad suscipiendum hoc sacramentum exigitur.

198. *Obj. I. contr. Concl. 1ª.* Ex Conciliis. 1º. Concilium FLORENT. et TRID. ad valorem sacramenti tantum requirunt materiam, formam et intentionem ministri; ergo non requiritur intentio suscipientis.

2º. Concilium TOLET. IV. non solum non improbavit, sed etiam laudavit factum Sisibuti Hispaniarum regis, qui Judæos ad susceptionem baptismi coegerat; ac Can. 57. de Judæis his decernit: *Qui fidem Christianam vi vel necessitate susceperant, tenere cogantur*. Atqui in his Judæis non erat voluntas vel intentio suscipiendi baptismum, utpote ad quem fuere metu compulsi.

Ad 1ª. R. N. *Cons.* Quia Concilia eo loco tantum explicant, quid requiratur absolute et universaliter in omnibus sacramentis; intentio autem suscipientis non requiritur essentialiter ad omne sacramentum, ut in parvulorum baptismo et confirmatione patet.

Ad 2ª. R. N. *min.* Sed erant inviti tantum secundum quid, non simpliciter; quia metus, quo erant compulsi, non tollit voluntarium simpliciter, ut aliunde constat. Patres vero Toletani zelum quidem laudaverant regis, non factum ipsum, sed hoc improbarunt, idque fieri deinceps vetuerunt Can. cit. eod.: *de Judæis præcipit S. Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre*.

199. *Obj. II.* Ex Patribus et summis Pontificibus. 1º. S. Aug. Tr. 26. in Joan. n. 2. *Intrare, inquit, quisquam Ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere sacramentum potest nolens; credere non potest nisi volens*; ergo. Idem refert L. 4. Confess. c. 4. n. 8. amicum suum Nebridium, cum diu usu sensuum destitutus jacuisset, fuisse nescientem baptizatum; qui baptismus iteratus non fuit.

2º. Ex mente Doctoris Angelici in 4. Dist. 6. q. 1. a. 2. questiunc. 3. in adultis sufficit sola voluntatis contrariæ negatio; ait enim hos percipere

sacramenta, nisi contraria voluntas habitu insit; ergo in his non est necessaria intentio positiva.

3^o. INNOCENTIUS III. cap. *Majores* de Bapt. dicens: *Tunc characterem sacramentalis imprimi operatio, cum obicem voluntatis contrariae non inveniunt obsistentem*; ergo sufficit se mere passive habere. Sic usque adeo ADRIAN. I. epist. 8. Saxones (scilicet a CAROLO M. devictos, et ad suscipiendum baptismum compulsos) ait vere fuisse baptizatos, etsi foris duntaxat, non in animo consenserint. Quod confirmat Glossa in can. *Solet*, et cap. *Majores* de Bapt. dicens, validum esse baptismum ab eo susceptum, qui corde dissentit, modo dicat ore, se consentire.

Ad 1^{um}. R. S. Patrem hæc non de sacramento quolibet, sed Eucharistia, enuntiat; verum hanc supra excepimus. Vel si etiam permittatur, eum de baptismo hæc dixisse, commode adhuc explicari posset de infantibus, quatenus non habent actum voluntatis proprium, quo consentiant; quin etiam quoad adultos, quando sunt inviti tantum secundum quid, ac proinde nolentes secundum quid. Amicus vero AUGUSTINI baptismum petierat antea; colligitur inde, quod postea intelligens, teste AUG. ibid., se baptizatum esse, summopere sit lætatus. Nimirum non solebat unquam Ecclesia conferre baptismum eum non flagitantibus; sed contra potius, ac subinde satis diu differre eundem petentibus in prioræ ævo, usque dum eorum virtutem ac constantiam probe tentasset. Inde igitur illa lætitia in amico AUGUSTINI quod ea occasione ad baptismi gratiam citius pervenisset.

Ad 2^{um}. R. S. Doctorem iis verbis solum necessitatem intentionis actualis et virtualis voluisse excludere; quod eodem loco simul enuntiet in adultis requiri intentionem.

Ad 3^{um}. R. Palam est, INNOC. per voluntatem contrariam intelligere eam, qua voluntas prior suscipiendi sacramenti positive retractata fuit; constat inde, quod cap. eod. asserat, dormientes et amentes tunc solum recipere characterem, si prius catechumeni extitissent, i. e. petissent baptismum catechumenorum more. ADRIANI epistolæ perquam dubiæ Criticis fidei sunt, qui plures eidem abnegant. Deinde explicari potest de consensu spontaneo, quod tali non consenserint, quem scilicet tollit metus; quo tamen non obstante consenserunt voluntarie simpliciter; etsi enim metum patiens nollet objectum, si metus abesset, et sic aliquo modo in illud feratur invitus; ex altera tamen parte vult evitare malum, quod intentatur, et vult ipso illud objectum seu medium evitandi intentatum malum. Glossæ commento hic non detinemur, quam hoc loco pridem expungi jussit GREGORIUS XIII.

200. *Obj. III.* Ex histor. Eccl. 1^o. Constat, plures fuisse coactos ad suscipiendum baptismum, eumque suscepisse invitos, qui tamen judicatus fuit validus; ergo. *Prob. Ant.* Sic teste S. GREG. Turonensi L. 6. Hist. Franc. cap. 17. multi Judæi an. 570. coacti sunt ad baptismum. Idem cum Judæis Massiliensibus factum esse refert S. GREG. M. L. 1. epist. 47. (al. 45.); idem fecit DAGOBERTUS I. rex Galliæ circa idem fere tempus, et alii.

2^o. Plures inviti et reluctantes fuerunt ordinati, valuitque ordinatio; ergo. *Prob. Ant.* Sic Macedonius Eremicola a Flaviano Antiocheno episcopo, etiam ignarus, quid secum ageretur, fuit ordinatus presbyter, ut narrat THEOPHRET. in Philotheo cap. 23. PAULINIANUS S. Hieronymi frater ordinatus

fuit invitus a S. EPIPHANIO, ut hic ipse refert ad Joan. Hierosolymit., inter Hieronymianas olim 60. nunc 31. n. 1. *Ignorantem eum, et nullam penitus habentem suspicionem per multos diaconos apprehendi jussimus, et teneri os ejus; ne forte liberari se cupiens, adjuraret nos per nomen Christi; et primum diaconum ordinavimus, proponentes ei timorem Dei, et compellentes, ut ministraret.* Sic et Bassianus flagris a Memnone Ephesino episcopo compulsus fuit, ut pateretur se ordinari Evazorum episcopum; ut narrat Bassianus ipse epist. ad Valentinum et Marcian. Imperat.

Ad 1^{um}. R. D. Constat plures fuisse coactos, coactione perimente et excludente omne voluntarium N. secus C. Nimirum sicut supra de motu dictum est.

Ad 2^{um}. R. Eadem est responsio. MACEDONII vero ordinatio probabilis nulla fuit; ignorabat enim vere, quid secum ageretur, quod inde constat, eo quod cum peracto ordinationis ritu intellexisset, quod eum ordinasset episcopus, ira commotus, baculo quo uti solebat senex in episcopum et adstantes involans, eos templo expulit. PAULINIANUS vero et BASSIANUS reluctati sunt ab initio ex humilitate potius; ac quidem prior postea acquievit; alter tandem flagris licet longis extorsum consensum dedit; ad hunc enim extorquendum adhibite sunt plagæ. Unde de similibus sacrum ministerium ex humilitate et reverentia declinantibus, tali modo eos tandem ad dandum consensum inductos fuisse ait S. AUG. epist. ad Donat. 204. (al. 173. n. 2.) *Multi, ut episcopatum suscipiant, tenentur inviti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta, quæ nolunt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni.* Videtur proinde medium hoc dictasse Ecclesiæ necessitas, ne, cum multi ex humilitate et tremore tam sublimis status, Ecclesiæ manerent orbæ, et destitutæ dignis pastoribus.

201. *Obj. IV.* Ex ratione cum Vanroy. 1^o. Potest religiosus absolute invitus ad superioratum promoveri; civis ad consulatum, quando utilitas vel necessitas communis ordinis, patriæ, id exigit; ergo etiam catholicus invitus promoveri potest ad sacros ordines, si id poscat bonum Ecclesiæ. 2^o. Non requiritur consensus in parvulis; ergo neque in adultis; *Prob. Cons.* Quia, quod est necessarium ad essentiam sacramenti, vel semper debet esse tale, vel nunquam.

Ad 1^{um}. R. C. A. N. *Cons. Disparitas* petitur 1^o. ex voluntate Christi sic instituentis nobis communi sensu et praxi Ecclesiæ intimata. 2^o. Promotio religiosi ad superioratum, civis ad consulatum tantum denominatio extrinseca est, nihil in subjecto ponens intrinsece, estque duntaxat deputatio hominis ad ministerium et opus externum; ad actiones vero externas ponendas homo hominem cogere potest; e contra ordinatio sacramentalis operatur in anima ipsa gratiam, characterem, potestatem intrinsece; ad hæc vero recipienda Ecclesia a Christo non accepit potestatem cogendi voluntatem hominis. Unde argumentum evincit tantummodo hoc, quod exigente necessitate Ecclesiæ, possit ea deputare invitum ad ministerium sacrum, isque etiam admittere tunc teneatur, sic, ut peccet eo casu non admittendo; nihilominus si admittere absolute nolit, efficietur omnino nihil.

Ad 2^{um}. R. C. A. N. *Cons. Disparitas* est, quod adulti sint capaces consensus proprii, secus parvuli; hinc consensus parentum, vel Ecclesiæ suffi-

cit. Ita traditio et praxis Ecclesie semper habuit, ut verbis planis declarat S. AUG. L. 4. de Bapt. c. 24. : *Cum alii pro eis (parvulis) respondent..... valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidem valet. Prob. etiam D. Quod est necessarium per modum alicujus partis essentialis vel intrinsece constituentis C. tantum per modum dispositionis ex parte suscipientis subd. ubi est eadem ratio subjecti, ut si subjectum sit capax hujus dispositionis C. hinc in omnibus adultis semper hæc dispositio necessaria est: si est diversa subjecti ratio, hocque dispositionis capax non sit N. Tales vero sunt parvuli, quos Christus, a cujus libera voluntate omnis pendeat sacramentorum institutio, ab ea lege exemptos voluit.*

202. *Dico II.* Non tamen in suscipiente fides requiritur ad valorem sacramenti, excepto sacramento Pœnitentiæ.

Patet iterum ex praxi et sensu totius Ecclesie, quæ semper ratum habuit, quod sub legitima forma in hæresi receperat hæreticus. Dixi: *excepto sacramento Pœnitentiæ*; quia hujus materia est actus pœnitentis, nimirum dolor, qui sine fide haberi non potest.

Nec obstat, quod dicat S. AMBROS. L. 1. de Spir. sancto c. 3. n. 42. sine fide Trinitatis vacuum esse sacramentum; ac S. OPTATUS Milevit. L. 5. de schim. Donatist. advers. Parmen. c. 4. necessariam esse fidem suscipientis, sicut fidem SS. Trinitatis; ambo enim loquuntur de sacramenti fructu, ad cujus consecutionem necessaria est fides, sicut Trinitatis invocatio, inque hoc loco paritatem ponunt; non etiam, quod æque requiratur ad substantiam sacramenti; vacuum enim sacramentum, quo nomine S. AMBROS. utitur, proprie illud dicitur, quod effectum non confert; S. OPTATUS vero, cum de sacramenti valore loquitur, ac quidem baptismi cit. loc. ait: sine invocatione Trinitatis *res non potest geri*; non vero sic de fide loquitur respectu substantiæ baptismi; et vero S. Pater loc. cit. baptismum hæreticorum et in hæresi susceptum satis declarat valere.

ARTICULUS H.

QUID REQUIRATUR EX PARTE SUBJECTI, UT SUSCIPIAT SACRAMENTUM FRUCTUOSE?

203. *Præmitto.* Solum de effectu primario, qui est gratia sanctificans, quæstio instituitur; ad consequendum enim secundarium, qui in baptismo, confirmatione, et ordine est character, alia haud opus dispositione est, quam quæ ad valorem requiritur. Deinde solos adultos spectat quæstio, usu rationis pollentes, in parvulis enim et perpetuo amentibus cum nulla requiratur dispositio ad sacramenti valorem, quia incapaces sunt eliciendi vel ponendi cujusdam actus dispositivi, ex ratione eadem nulla dispositio ad percipiendum sacramenti fructum necessaria est.

Præterea certum est 1º, quod in adultis omnibus ad recipiendam sacramenti gratiam requiratur dispositio aliqua, cum TRID. Sess. 7. Can. 6. et 7. doceat sacramentâ non nisi rite suscipientibus et obicem non ponentibus

gratiam conferre. 2º. Quod dispositio hæc importet pium aliquem motum voluntatis in Deum; cum ex adultis nemo admittatur in amicitiam Dei, nisi hanc libere amplectatur. 3º. Quod pia illa voluntatis motio esse supernaturalis debeat, cum juxta definitionem Concilii ARAUS. Can. 7. et MILEVIT. Can. 4. nihil ad salutem pertinens cogitare possimus, vel agere, sicut oportet, sine gratia. Sed et TRID. Sess. 6. Can. 3. anathema dicit ei, qui dixerit, sine præveniente Spiritus sancti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur.

204. *Dico I.* Ut sacramentum Baptismi conferat gratiam adulto qui præter peccatum originale habet peccatum mortale personale, præter actus fidei et spei necessario etiam requiritur actus doloris, qui tamen non est necessario contritio perfecta. Ita cum S. TRID. hic q. 68. a. 4. Theologi communiter.

Prob. I. Ex SCRIPTURA. Hæc imprimis requirit in adulto fidem supernaturalem, Marc. ult. : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit*; et ad Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Deinde detestationem vitæ veteris, Act. 2. *Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum*; et insuper propositum inchoandi vitam novam, Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.*

Prob. II. Ex Conc. TRID., quod Sess. 6. cap. 6. hos actus claris verbis eum dispositionem necessariam prærequirit in adultis.

Quod vero non requiratur necessario contritio perfecta ante baptismum, ratio est, quia hoc sacramentum, uti et pœnitentia, per se et directe sunt instituta ad delenda peccata mortalia; ergo non supponunt eorum remissionem; igitur nec contritionem perfectam, per quam ea semper et infallibiliter remittuntur.

Dixi: *requiri dolorem in eo, qui præter originale habet mortale personale*; qui enim solum originale habet, non tenetur de eo dolorem formalem elicere; eo quod non sit commissum voluntate propria; proinde nec voluntate propria necessario retractandum; unde eo casu actus fidei et spei sufficiunt.

205. *Dico II.* Ut obtineatur effectus sacramenti Pœnitentiæ, in peccatore requiritur 1º. dolor supernaturalis de omni peccato mortali commissio cum proposito non peccandi de cætero; 2º. integra peccatorum gravium confessio, saltem in voto. Rursum communis cum D. TRID. 3. p. q. 68. cit. a. 6.

Constat ex TRID. Sess. 6. cap. 14. ac Sess. 14. cap. 4. et 5. Ac ratio est; quia, in hac providentia nullum peccatum mortale sine ejus retractatione et confessione saltem in voto remittitur. Deinde dolor, propositum et confessio hujus sacramenti partes essentielles sunt; ergo nequidem valide, multo minus fructuose sine his actibus suscipitur.

206. *Dico III.* Sacramenta vivorum per se ad fructuosam sui receptionem in suscipiente statum gratiæ prærequirunt: secus sacramenta mortuorum.

Prob. 1ª. p. Quia sacramenta vivorum ideo sic dicta, quod, ex institutione sua primaria, supponant in subjecto vitam spiritualem animæ, quæ per gratiam habetur; igitur hanc in subjecto supponunt præexistere. Hinc, ut

digne et fructuose recipiatur ab eo, qui conscientiam peccati gravis habet, comparari ante debet status gratiæ, ac quidem ab eo, qui Eucharistiam recepturus est, comparari determinate per præviam confessionem debet, si haberi possit copia confessarii, statuente ita TRID. Sess. 13. cap. 7. juxta illud Apostoli: *Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat*; in defectu tamen confessarii, casu quo recipienda esset Eucharistia, velut a sacerdote, cui celebrandum incumbit, contritio perfecta sufficeret. Pro reliquis vivorum sacramentis etsi idem non æque TRID. statuerit, ac proinde vere probabilis sit Theologorum sententiæ, ad hæc fructuose suscipienda sufficere, si homo peccati sibi conscius contritionem perfectam eliciat, cum et hæc vim justificandi habeat; suadenda tamen in praxi potius confessio est, ceu medium facilius securiusque statum gratiæ reparandi.

Prob. 2^a. p. Quia, cum sacramenta mortuorum instituta sint ad gratiam, vitam spiritualem conferendam, evidens fit, hanc iis non necessario præsupponi.

Dixi ante: *ut digne suscipiantur ab eo, qui conscientiam peccati habet*; nam in justo non requiritur dispositio alia quoad sacramenta vivorum, quam debita intentio, saltem habitualis ea suscipiendi; ut dictum Art. præc.

DE SACRAMENTIS TRIBUS PRIORIBUS

DE BAPTISMO, CONFIRMATIONE ET EUCHARISTIA.

1. In sacramentorum numero loco priore in Theologia Baptismus, Confirmatio et Eucharistia pertractanda veniunt, ordine Ecclesiæ usitato, quæ in Concilio FLORENTINO et TRIDENTINO isto ea loco reposuit. Nec deest convenientia; quam a vita corporali desumptam reddit Doctor Angëlicus in 3^o. p. q. 65. quacum illa spiritualis quamdam conformitatem habet. In corporali vero vita, quæ ad perfectionem ipsius hominis pertinent, ordine naturæ præcedunt ea, quæ spectant ad perfectionem multitudinis; unum enim prius est quam multitudo: porro inter ea ipsa, quæ ad perfectionem personæ propriæ attinent, rursus priora sunt illa, quæ per se ad perfectionem hominis ordinantur, hoc est, quibus suæ perfectionem aliquam vitæ acquirit, quam quæ ad hanc ordinantur per accidens, velut removendo impedimenta vitæ, ægritudines et similia: ita in spirituali vita, quæ sacramentorum principalis finis est, et ad cujus perfectionem aliquam, ceu finem proprium, quodlibet sacramentum ordinatum est, inter sacramenta illa præcedunt reliquis, quibus homo in hac spirituali vita respectu sui, et per se perficitur. Ac quoniam in vita corporali homo quoad se, ac per se perficitur tripliciter, 1^o. quidem generatione, qua homo esse et vivere incipit, hujus loco in altera spirituali Baptismus est, spiritualis regenerationis sacramentum, juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*, et ad Tit. 3. *Per lavacrum regenerationis*. 2^o. Augmento, quo natus homo ad quantitatem perfectam, virtutemque perducitur; ejus loco in spirituali vita Confirmatio est, in qua datur Spiritus sanctus ad robur, cum, observante S. AUGUSTINO, ideo baptizatis jam tum Apostolis dictum sit, Luc. ult. *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*. 3^o. Nutritione, qua in homine vita et virtus conservatur; hujus vices in vita spirituali Eucharistia subit, juxta illud Joan. 6. *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus*. Item ibid. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, etc.* Pœnitentiæ vero et Extrema Unctio ad perfectionem spiritualem hominis ordinantur quasi per accidens, Pœnitentiæ ad restituendam, si vitium passa sit, animæ sanitatem; Extrema Unctio ad sanationis, quam inchoat Pœnitentiæ, consummationem; unde et tribus prioribus ordine considerationis posteriora sunt. Ordo tandem ac Matrimonium quæ ad perfectionem ordinantur multitudinis, tunc et loco ultimo veniunt. Tria igitur prima sacramenta cõplectemur Dissertationibus totidem, ac quidem agat 1^a. *De Baptismo*; 2^a. *De Confirmatione*; 3^a. *De augustissima Eucharistia*.

digne et fructuose recipiatur ab eo, qui conscientiam peccati gravis habet, comparari ante debet status gratiæ, ac quidem ab eo, qui Eucharistiam recepturus est, comparari determinate per præviã confessionem debet, si haberi possit copia confessarii, statuente ita TRID. Sess. 13. cap. 7. juxta illud Apostoli: *Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat*; in defectu tamen confessarii, casu quo recipienda esset Eucharistia, velut a sacerdote, cui celebrandum incumbit, contritio perfecta sufficeret. Pro reliquis vivorum sacramentis etsi idem non æque TRID. statuerit, ac proinde vere probabilis sit Theologorum sententiã, ad hæc fructuose suscipienda sufficere, si homo peccati sibi conscius contritionem perfectam eliciat, cum et hæc vim justificandi habeat; suadenda tamen in praxi potius confessio est, ceu medium facilius securiusque statum gratiæ reparandi.

Prob. 2^a. p. Quia, cum sacramenta mortuorum instituta sint ad gratiam, vitam spiritualementem conferendam, evidens fit, hanc iis non necessario præsupponi.

Dixi ante: *ut digne suscipiantur ab eo, qui conscientiam peccati habet*; nam in justo non requiritur dispositio alia quoad sacramenta vivorum, quam debita intentio, saltem habitualis ea suscipiendi; ut dictum Art. præc.

DE SACRAMENTIS TRIBUS PRIORIBUS

DE BAPTISMO, CONFIRMATIONE ET EUCHARISTIA.

1. In sacramentorum numero loco priore in Theologia Baptismus, Confirmatio et Eucharistia pertractanda veniunt, ordine Ecclesiæ usitato, quæ in Concilio FLORENTINO et TRIDENTINO isto ea loco reposuit. Nec deest convenientia; quam a vita corporali desumptam reddit Doctor Angëlicus in 3^o. p. q. 65. quacum illa spiritualis quamdam conformitatem habet. In corporali vero vita, quæ ad perfectionem ipsius hominis pertinent, ordine naturæ præcedunt ea, quæ spectant ad perfectionem multitudinis; unum enim prius est quam multitudo: porro inter ea ipsa, quæ ad perfectionem personæ propriæ attinent, rursus priora sunt illa, quæ per se ad perfectionem hominis ordinantur, hoc est, quibus suæ perfectionem aliquam vitæ acquirit, quam quæ ad hanc ordinantur per accidens, velut removendo impedimenta vitæ, ægritudines et similia: ita in spirituali vita, quæ sacramentorum principalis finis est, et ad cujus perfectionem aliquam, ceu finem proprium, quodlibet sacramentum ordinatum est, inter sacramenta illa præcedunt reliquis, quibus homo in hac spirituali vita respectu sui, et per se perficitur. Ac quoniam in vita corporali homo quoad se, ac per se perficitur tripliciter, 1^o. quidem generatione, qua homo esse et vivere incipit, hujus loco in altera spirituali Baptismus est, spiritualis regenerationis sacramentum, juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, et ad Tit. 3. Per lavacrum regenerationis.* 2^o. Augmento, quo natus homo ad quantitatem perfectam, virtutemque perducitur; ejus loco in spirituali vita Confirmatio est, in qua datur Spiritus sanctus ad robur, cum, observante S. AUGUSTINO, ideo baptizatis jam tum Apostolis dictum sit, Luc. ult. *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* 3^o. Nutritione, qua in homine vita et virtus conservatur; hujus vices in vita spirituali Eucharistia subit, juxta illud Joan. 6. *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Item ibid. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, etc.* Pœnitentia vero et Extrema Unctio ad perfectionem spiritualem hominis ordinantur quasi per accidens, Pœnitentia ad restituendam, si vitium passa sit, animæ sanitatem; Extrema Unctio ad sanationem, quam inchoat Pœnitentia, consummationem; unde et tribus prioribus ordine considerationis posteriora sunt. Ordo tandem ac Matrimonium quæ ad perfectionem ordinantur multitudinis, tunc et loco ultimo veniunt. Tria igitur prima sacramenta cõplectemur Dissertationibus totidem, ac quidem agat 1^a. *De Baptismo*; 2^a. *De Confirmatione*; 3^a. *De augustissima Eucharistia.*



DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

2. Baptismi nomen sensu litterali immersionem, tinctionem sonat, quippe a verbo græco βάπτω, vel βαπτίζω, id est, *mergo, tingo* derivatum; ac primo huic, maximeque necessario sacramento applicatum, quod, qui olim baptizabantur, toti aquis immergi, ac tingi solerent. In Scripturis divinis tamen non raro in sensu figurato ac metaphorico sumitur. Sic Christus passionis suæ præsciens, ac multitudinis dolorum, hos baptismum dixit, Luc. 12. v. 50. *Baptismo habeo baptizari*. Sic designaturus idem Apostolis abundantiam gratiæ, qua essent a Spiritu sancto replendi, eadem est voce usus, Act. 1. v. 5. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies*; ob similitudinem videlicet et analogiam quamdam, quam illæ similesque res cum baptismo litteraliter sumpto habent. At usu Ecclesiæ, inque sacramentali foro baptismus lotionem illam sacram præcise denotat, qua dum quis abluatur corpore, ut abluatur interne in anima, ac regeneretur ad vitam spiritualem animæ, fiatque Christianus; ac passim dicitur *baptismus fluminis, sacramentum baptismi*. Inque hac acceptione sola hic de baptismo disseremus sequentibus capitibus I. de essentia, institutione, materia ac forma baptismi. II. De necessitate ejusdem, ministro et subjecto, præmissa ante de hoc sacramento summa doctrinæ Catholicæ ex Conciliis FLORENT. et TRID.

Decretum Concilii Florentini sub Eugenio IV. an. 1439. ad instructionem Armenorum.

3. Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma, quod vitæ spiritualis janua est: per ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in universos; nisi ex aqua et Spiritu renascimur, non possumus, ut inquit Veritas, in regnum cælorum introire. Materia hujus sacramenti est aqua vera et naturalis: nec refert, frigida sit, an calida. Forma autem est: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Non tamen negamus, quin et per verba illa: baptizetur talis servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: vel, baptizatur manibus meis talis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, verum perficiatur baptisma: quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit S. Trinitas; instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum sanctæ Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis non solum sacer-

dos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, imo etiam paganus et hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiæ, et facere intendat, quod facit Ecclesia. Hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis; omnis quoque pœnæ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio; sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum cælorum et Dei visionem perveniunt.

Canones Concilii Tridentini Sess. VII. de Baptismo, 3. Mart. an. 1547. sub Paulo III.

I.

Si quis dixerit, baptismum Joannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, aquam veram et naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Jesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; anathema sit.

III.

Si quis dixerit, in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est et magistra, non esse veram de sacramento baptismi doctrinam; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum; anathema sit.

V.

Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.

VI.

Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiamsi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere; anathema sit.

VII.

Si quis dixerit, baptizatos per baptismum ipsum solius fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ; anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint; anathema sit.

IX.

Si quis dixerit, ita revocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia, quæ post baptismum fiunt, vi promissionis in baptismo ipso jam factæ irrita esse intelligant, quasi per ea et fidei, quam professi sunt, detrahatur, et ipsi baptismi; anathema sit.

X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post baptismum fiunt, sola recitatione et fide suscepti baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri; anathema sit.

XI.

Si quis dixerit, vere et rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit, cum ad pœnitentiam convertitur; anathema sit.

XII.

Si quis dixerit, neminem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo; anathema sit.

XIII.

Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismi inter fideles computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut præstare omitti eorum baptismi, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ; anathema sit.

XIV.

Si quis dixerit, hujusmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, et ubi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos; nec alia interim pœna ad christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; anathema sit.

CAPUT I.

DE ESSENTIA BAPTISMI, INSTITUTIONE, MATERIA AC FORMA.

4. Appellatione ac descriptione varia sacramentum baptismi tum Scriptura S. tum SS. Patres expresseunt. 1°. A materia dicitur *lavacrum aquæ*, ad Ephes. 5. 26. *sacramentum aquæ*, a TERTULLIANO L. de Bapt. c. 1. 2°. Ab effectibus, *lavacrum regenerationis et renovationis*, ad Tit. 3. 5., quia spiritualem homini vitam primo affert; *illuminatio*, ad Hebr. 6. 4., quia fides, cujus sacramentum est, illuminat intellectum. Eaque appellatio SS. Patribus Græcis perquam familiaris fuit; unde S. CYRILLUS Hierosolymitanus Catecheses suas de Baptismo, *Catecheses illuminatorum*, hoc est baptizatorum, nuncupavit. Item: *sigillum, signaculum* ob characterem, quem imprimit, ac quia per baptismum homo cœtui fidelium aggregatur. *Sacramentum fidei* a Concilio TRID. Sess. VI. cap. VII, quia in hoc sacramento homo solemnem professionem fidei vel per seipsum, si adultus sit, vel per susceptores levantes, si sit infans, emittit. *Sepultura hominis cum Christo in mortem*, ad Rom. 6. 4. quia ut Christus mortuus resurrexit ad vitam novam ac gloriosam, ita homo in baptismo ad spiritualem vitam. 3°. A forma, *sacramentum Trinitatis*, quia sub expressa Trinitatis invocatione perficitur. At nos, retento nunc communi in Ecclesia *baptismi* vocabulo, in quæstionibus sequentibus illum penitus consideratum imus.

ARTICULUS I.

QUID SIT BAPTISMUS? QUANDO A CHRISTO INSTITUTUS?

5. Dico I. Sacramentum baptismi spectatum physice recte definitur: *Ablutio corporis sub præscripta verborum forma*. Sumptum metaphysice vero: *Sacramentum regenerationis*, sive institutum ad fidelium regenerationem spiritualem.

Prior definitio admittitur quoad rem ab omnibus. Altera quoque leges rectæ definitionis servat: sacramentum enim locum tenet generis proximi; regeneratio vero differentie; illam enim solus baptismus inter sacramenta significat, et efficit: etsi enim etiam poenitentiae sacramentum hominem spiritualiter vivificet; id tamen facit potius per modum resuscitationis, cum sacramentum hoc supponat, hominem jam fuisse in Christo genitum; baptismus vero, quia ex primaria institutione sua primam spiritualem vitam confert, per quam homo a statu peccati transfertur ad statum adoptionis filiorum Dei, inde regenerationis nomen obtinet. Utrouque autem, physice ac metaphysice, sumptus baptismus brevibus definitur: *Sacramentum regenerationis per lavacrum aquæ in verbo vitæ*. Ubi essentiam metaphysicam exprimit sacramentum ut genus, et vis regenerativa ut dif-

ferentia; essentiam vero physicam adsignificat lavacrum aquæ ut materia, et verbum vitæ, hoc est expressa S. Trinitatis invocatio, ut forma.

6. Si dicas: Igitur non differunt baptismus Christi et baptismus Joannis. Prob. Nam in utroque reperitur idem signum, idem auctor, eadem significatio; ergo et idem sacramentum. Prob. Ant. per part. 1°. Est idem signum; nimirum aqua ad ablutionem data: *Ego baptizavi vos aqua*; Marc. 1. 2°. Idem auctor juxta ipsiusmet Joannis Baptistæ verba: *Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit*; Joan. 1. 3°. Eadem significatio; nam de Joanne baptizante dicitur: *Erat prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum*; Luc. 3. sicut nimirum de baptismo Christi dicitur: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum*; Act. 2.; ergo uterque baptismus peccata remittebat.

7. Observa: Jam olim Petilianus Donatista, apud S. AUG. L. 2. contr. litteras Petiliani, c. 32. unum esse docuit Joannis et Christi baptisma, in quo tamen tres essent gradus: aquam, dicebat, Joannes præbuit: Christus Spiritum sanctum contulit: Paracletus vero ignem detulit e cœlis; sed hæc tria unum idemque sacramentum constituunt. At Petiliani errorem ibid. n. 75. sic confutat AUGUSTINUS: *Si ergo aqua Joannis ad eundem (baptismum) pertinet cujus unitas commendatur, non debuerunt baptizari, jubente Paulo apostolo, quos compererat baptizatos a Joanne: jam enim habebant aquam ad eundem, sicut dicis, baptismum pertinentem: restabat ut Spiritum sanctum et ignem acciperent, quia defuerant Joanni, ut compleretur baptismus tribus, ut asseris, gradibus consecratus*. Petilianum postea secutus est Calvinus cum suis, Lutheranicis. E Catholicis vero alii, ut DURANDUS, baptismum Joannis pro vero habuerunt sacramentum, sed Legis veteris, proin distincto a Christi baptismo. Alii, ut S. BONAVENT., S. TH. in. 4. Dist. 2. eum inter utramque Legem quasi medium putarunt. Alii demum, ut S. TH., re melius perpensa, in Summa 3^a. p. q. 38. a. 1. ad 1. *Baptismum Joannis non fuisse per se sacramentum, sed quasi quoddam sacramentale disponens ad baptismum Christi* asserunt. His positis,

R. N. illat. et supp. fuisse sacramentum Joannis baptisma. Nam 1°. non fuit sacramentum Legis veteris, quæ usque ad Christi mortem tenuit, postquam cœpit esse mortua, quia de ratione veri sacramenti est, ut sit ritus stabilis ac permanens; at Joannis baptisma brevi admodum tempore substitit, nimirum quantum, ut S. AUG. ait L. 5. de Bapt. c. 9., *satis esset ad parandam viam Domino*. 2°. Nec erat sacramentum Legis novæ, tum ex ratione data; tum quia de hujus essentia est, esse institutum a Christo: at baptismus Joannis non fuit institutus a Christo speciali ea ratione, quæ ad sacramentum novæ Legis requiritur; sed ab ipso Joanne, licet ex speciali inspiratione S. Spiritus, ad parandam hoc modo per poenitentiam viam Domino; unde in Scriptura nunquam dicitur baptismus simpliciter, sed semper cum addito Joannis.

Præterea multiplex alia inter utrumque baptismum intercedit differentia. 1°. Ille Joannis characterem non impressit; cum baptizati ab eodem rebaptizari debuerint, Actor. 19. secus ac se res cum baptismo Christi habet. Deinde si unus idemque baptismus esset, cur Paulus baptizatos a Joanne

rebaptizari jussit *in nomine Domini Jesu*? 2^o. Differunt effectus; baptismum enim Joannis nullam produxisse gratiam, ipsemet testatur Joannes, Matth. 3., Marc. 1., Luc. 3., se Messiam non esse ex eo probans; quod Messiae baptismus Spiritum sanctum collaturus esset, ipse vero nudum exhibeat ministerium aqua: *Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto*. 3^o. Joannes non baptizabat forma, qua Christi confertur baptismus; item adultos tantum poenitentiae capaces tingebat. Unde merito S. TRID. Synodus Sess. VII. Can. 1. damnat Lutheranos ac Calvinistas, propter quos hic canon fuit positus: *Si quis dixerit, baptismum Joannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi; anathema sit.*

Ad prob. R. Equidem signum, sive aqua in utroque baptismo communis est; sed non caetera, ex dictis; unde patet responsio ad *prob. 1^{am}*, et *2^{am}*.

Ad prob. 3^{am}, R. N. quoad significationem; haec enim in sacramentis Christi practica est respectu gratiae: at talis significatio non erat in Joannis baptismo; haec enim Luc. 3. *in remissionem peccatorum*, non cum hac voce *baptismus*, sed cum altera *poenitentiae* conjungi debent; ac sensus est: praedicans baptismum poenitentiae, quae poenitentia in remissionem peccatorum est, seu ad hanc obtinendam disponit. Nec proinde inter textum Luc. 3. et alterum Act. 19. est paritas; hic enim baptismus Christi dicitur simpliciter *in remissionem peccatorum*; ibi vero: *baptismus poenitentiae in remissionem peccatorum*, hoc est ad poenitentiam excitans, qua remittuntur peccata: indeque baptismus Joannis ab Aug. dicitur *remissio peccatorum in spe*. de Bapt. contr. Donat. L. 5. n. 40.

Eodem sensu quidam Patres intelligendi sunt, ut S. BASIL., dum L. 1. de Bapt. c. 2. n. 5. in baptismo Joannis peccata, quae quis confessus esset, ait remissa fuisse, nimirum per poenitentiam. Dum vero S. AUG. inquit L. 5. de Bapt. c. 10. nolle se pugnaciter agere cum illis, qui dimissa in baptismo Joannis esse peccata contendunt; non ea hoc sensu dixit, ac si supponeret, vere probabilem esse eorum sententiam, qui hoc contenderent; sed veluti, ut dicimus, *permissio hoc, non concessio*, quasi diceret: etsi permittamus Donatistis peccata per baptismum Joannis remissa fuisse; quid hoc eorum causam juvat? Ideone, quia baptizati baptismo Joannis rebaptizari debuerunt, sequitur, etiam baptizatos baptismo Christi ab haereticis rebaptizandos esse? Sinceram hanc esse Aug. mentem, inde patet, quod loco cit. totus in eo sit, ut ostendat, iterari debuisse Joannis baptisma, eo quod peccatum non deleret, nisi *in spe*.

8. *Dico II.* Christus baptismum ante passionem suam instituit.

Prob. I. Christus saltem per discipulos suos jam ante suam passionem baptizavit, ut constat ex Joan. 3. 22. *Post haec venit Jesus et discipuli ejus in terram Judaeam, et illic demorabatur cum eis, et baptizabat.* Ac Joan. 4. 1. et 2. *Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisei, quod Jesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Joannes (quanquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus).* Atqui non baptizavit Joannis baptismo; quia baptismus Christi semper praefertur baptismo Joannis, quod prior Spiritum sanctum conferret ac remissionem peccatorum, non ille Joannis, ipso id Praecursore testante: *Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis... hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.* Joan. 1.

Neve dici possit, baptismum Christi ante passionem non fuisse sacramentalem, obstat, quod Act. 19. baptizati a Joanne rebaptizati fuerint, nunquam vero, qui a discipulis Christi baptizati fuerant ante ejusdem passionem; ergo baptismus hic sacramentalis fuit. Deinde in hoc baptismo aderant omnia ad sacramentum novae Legis requisita: 1^o. ritus externus, ut per se patet; 2^o. institutio Christi; hujus enim jussu et missione baptizabant discipuli; 3^o. collatio gratiae; conferebat enim Spiritum sanctum. Joan. 1. cit.

9. *Prob. II.* Apostoli jam ante Christi mortem alia a Christo receperunt sacramenta, ut Eucharistiam in ultima cena, item tunc Ordinem, juxta TRID. Sess. 26. c. 1.; ergo necesse est, sacramentum baptismi ante perceperint. *Quomodo*, inquit S. AUG. epist. 163. (al. 44. c. 5. n. 13.) *poterant Eucharistiam accipere (Apostoli) nondum baptizati?* Et vero semper in Ecclesia baptismus sacramentorum caeterorum fuit habitus janua. Unde idem S. Pater epist. 108. (al. 263. n. 4.) ad Seleucianum ait, quod, etsi non habeatur in Scripturis, credi tamen oporteat, Christum per se ipsum baptizasse Apostolos. Nicephor. autem L. 2. Hist. cap. 3. ex Evodii Antiocheni Apostolorum ea in sede successoris quadam epistola refert, quod Christus ipse tantummodo baptizavit Petrum; Petrus Andream et filios Zebedaei; ii deinceps reliquos; septuaginta autem illos Petrus et Joannes.

10. Neque dixerit quisquam, Apostolos ex dispensatione Christi accepisse Eucharistiam et Ordinem ante sacramentum baptismi: vel, etsi Apostoli verum baptismi sacramentum acceperint a Christo, eo quod ab hoc ordinandi essent in ultima cena, ac Eucharistiam percepturi; non ideo tamen sequi, quod Baptismus eundem etiam contulerint Judaeis aliis; sed satisfit Scripturae sacrae dicendo, quod missi a Christo discipuli baptizantur in baptismo Joannis.

Nam primum gratis omnino sine ullo fundamento tam in Scriptura quam Traditione asseritur. Praeterea obstat allata auctoritas. Demum minime conveniebat, Principes et Pastores Ecclesiae alia in hanc ingredi janua, quam postea oves: at semper baptismus et sacramentorum et Ecclesiae janua fuit.

Alterum inde corrui 1^o. quod ex dictis, baptizati a Joanne, vel ejus baptismo, rebaptizari debuerint, Act. 19.; nullus vero eorum, qui a Christi discipulis baptizatus fuerat, dicente Aug. Tr. 5. in Joan. n. 18. *Dedit Judas (Baptismus) et non baptizatum est post Judam: dedit Joannes, et baptizatum est post Joannem: quia si datus a Juda baptismus sit, Christi erat.* 2^o. Quia Joan. 3. 25. orta fuit discipulos Joannis inter et Judaeos quaestio, quanam purificatio, an illa Christi, an altera Joannis esset melior? Item conquesti dicuntur ibid. Joannis discipuli, quod plures ad baptismum Christi quam Joannis accederent; ergo discipuli Christi non Joannis baptismum conferebant, sed Christi, et quo ipsi fuerant baptizati; alias enim et quaestio illa et querela cessasset. 3^o. Ob dicta in *prob. 1^a*.

11. *Dico III.* Quo tempore Christus instituerit baptismum, controversum est: Probabilius tamen 1^o. Christus non instituit baptismum antequam

ipse baptizaretur a Joanne; nec 2^o. quando ab eodem baptizabatur in Jordane; nec 3^o. in colloquio cum Nicodemo; sed 4^o. quando ipse Apostolos et discipulos ad prædicandum et baptizandum misit.

Prob. 1^a. p. quæ est communis omnium: quia antequam baptizaretur Christus, nec prædicaverat Evangelium, nec condiderat legem aliquam, nec assumpserat Apostolos, quos de baptismo instrueret.

Prob. 2^a. p. Si Christus tunc instituisset baptismum, ergo vel actu exercito, vel signato: neutrum vero dici potest.

Non 4^{um}. quia baptismus, quem tunc recepit Christus, non erat baptismus Christi, sed baptismus Joannis. Quod si dicas Christum tunc instituisse baptismum, non hunc a Joanne recipiendo, sed hunc ipsum Baptismum baptizando, uti sentire videtur S. Hieron. in cap. 3. Matth. in illa verba, *sine modo*, dicens: *Pulchre dixit, sine modo, ut ostenderet Christum in aqua, Joannem a Christo in Spiritu baptizandum*; et S. Maximus homil. 1. de Epiphan. Verum hæc in Spiritu baptizandum plus non evincunt, quam augmentum gratiæ conferendum Joanni a Christo, quo sensu et Apostolis prædixerat Christus, eos baptizandos esse Spiritu sancto. Et vero Matth. 3. ubi accurate tota illa describitur ceremonia, nec verbo insinuatur, baptizatum tunc a Christo Joannem fuisse.

Non 2^{um}. quia 1^o. sacramenti alicujus institutio actus est legislatoris; sacramenta enim pars legis sunt, sicut vetera Legis veteris, ita et nova, Legis novæ; sed Christus, cum baptismum suscipere a Joanne, non legislatoris personam, sed potius penitentis gessit, qui aliena jam peccata incipiebat abluere.

Novi, ab adversariis reponi, Christum etiam in cruce et penitentis personam sustinuisse, et legislatoris, verbis illis: *Consummatum est*, abrogando Legem veterem, et suam condendo novam; verum nec in cruce formaliter, inque actu signato instituit Legem novam, nec sic abrogavit Legem veterem; cum hæc etiam post mortem Christi non esset continuo mortifera et illicita, sed adhuc perduraret Hierosolymis saltem usque ad Pentecosten, imo juxta communioem, usque ad sufficientem Legis novæ promulgationem, ipsis Apostolis varia adhuc legalia post Christi mortem observantibus, ut dictum alibi Tr. de Legib. Sed Christus formaliter legislator fuit, cum suam Legem prædicaret, quæ ad summum confirmata dici potest morte Christi, sicut testamentum, quod formaliter jam conditum supponitur morte testatoris. Illa vero: *Consummatum est*, perperam dicuntur formalis Legis antiquæ abrogatio; sed ad litteram intelligi de iis debent, quæ prænuntiata erant de Christo, ut pateretur, juxta illud Luc. 18. 31. *Ecce ascensus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.*

2^o. Quia ex tota Christi baptizati historia ad summum evinci potest institutio quædam baptismi inchoata, exemplaris, non vero formalis, ut solutione objectionum patebit; ergo.

Prob. 3^a. p. Quia non est verosimile, nec erat conveniens, sacramentum adeo omnibus necessarium instituere voluisse Christum in conclavi velut in angulo, cujus rei nulli adessent testes, nisi unica persona privata, quæ insuper non debebat esse illius institutionis præco. Deinde ideo dici posset tunc institutum baptismi sacramentum, quia Christus dixit NICODEMO: *Nisi quis*

renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, etc. Joan. 3. Aliud enim afferri non potest; sed verba illa etsi summam baptismi a Christo instituendi necessitatem evincant, non tamen formalem ejusdem institutionem; sicut nec illa Eucharistiæ Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis... non habebitis vitam in vobis.*

Prob. 4^a. p. Ea ex dictis sequitur; cum aliud tempus non appareat. Præterea habetur hic practica baptismi declaratio, et intimatio cum præscriptione materiæ et formæ, quæ sola est formalis baptismi institutio; cum enim Christus discipulos ad baptizandum mitteret, necessario debebat eos de baptismi sui materia et forma instruere.

12. *Obj. 1. contr. Concl. 2^{um}. 1^o.* Baptismus Christi suam ab ejus passione efficaciam habuit; ergo illius institutio hanc non præcessit. *Conf.* Et vero ante passionem *nondum Spiritus erat datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* Joan. 7. 39.; ergo baptismus, per quem datur Spiritus sanctus sive gratia, nondum fuerat ante glorificationem Christi, sive resurrectionem institutus.

2^o. Christus non nisi post resurrectionem legitur, Apostolis dedisse potestatem baptizandi, scilicet Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, etc.* Et hæc mens S. Leonis est epist. 16. ad episcopos Siciliæ cap. 3. dum inquit: *Christus, postquam resurrexit a mortuis, Discipulis suis... et formam et potestatem tradidit baptizandi*; ergo.

3^o. S. CHRYSOSTOMUS homil. 28. (al. 29.) in Joan. n. 1. et THEOPHYLACTUS in cap. 3. Joan. aperte docent, baptismum quo discipuli Christi baptizabant, non remisisse peccata, et fuisse in aqua tantum sine Spiritu; nec ullam inter baptismum discipulorum Christi et Joannis faciunt differentiam. Idem TERTULLIANUS senserat de Bapt. c. 11. Ac S. OPTATUS Milevit. Lib. 5. contra Parmen. c. 5. inquit: *Nemo tinctus fuerat in Trinitate; nemo adhuc noverat Christum; nemo audierat esse Spiritum sanctum. At ubi venit tempus plenitudinis, certo tempore dedit leges baptismatis Filius Dei, et dedit viam, qua iretur ad regnum cælorum; etiam tunc præcepit dicens: ite, docete, etc.*; ergo.

4^o. Juxta S. AUG. Tr. 15. in Joan. aliosque communiter, sacramenta Ecclesiæ de latere Christi in cruce profluxerunt; ergo.

5^o. Baptismus aperit baptizato cælum: atqui ante passionem Christi nemi patebat cælum; ergo et ante hanc nemo baptismi Christi baptizatus fuit.

13. R. Ad 1^{um}. R. 1^o. Si quid valeret hoc argumentum, probaret, nequidem Eucharistiam institutam fuisse ante Christi passionem.

R. 2^o. In forma D. A. Baptismus efficaciam suam habet a passione Christi vel prævisa, vel actu peracta C. necessario actu peracta N. Passio Christi est causa moralis et meritoria; ut vero causa moralis et meritoria operetur, non est necesse, ut existat actu, sed sufficit, quod aliquando extitura et prævisa sit. Sic in Lege veteri, ob extitura merita Christi dabatur gratia. Quanto magis igitur Christus ipse jam existens, quique jam passionem acceptaverat, ac aliquo modo inchoaverat, multa pro salute nostra operando, poterat vim justificandi baptismi a se instituto annectere?

Ad Conf. R. D. A. Spiritus sanctus nondum erat datus visibiliter, sicut in die Pentecostes *C.* nondum invisibiliter *N.* Sic enim jam fuerat datus Apostolis, sic Magdalenæ, sic paralytico, sic latroni in cruce.

Ad 2^{am}. R. D. A. Christus non nisi post resurrectionem legitur dedisse Apostolis baptizandi potestatem universalem respectu omnium gentium *C.* particularem, respectu Judæorum *N.* Hanc particularem dederat Joan. 3.; quia vero Christus Evangelium suum omni creaturæ prædicari voluit, potestatem baptizandi tandem Matth. ult. ad gentes omnes extendit. Dici etiam potest, quod Christus Matth. ult. datæ potestati baptizandi addiderit præceptum speciale 1^o. pro Apostolis, ut hi baptizare tenerentur omnes, qui baptismum peterent; 2^o. pro populis, ut hi tenerentur baptismum recipere post sufficientem promulgationem Evangelii.

Ad S. LEONEM R. Explico cum D. Inquit tunc formam baptizandi essentiali esse traditam N. accidentalem, hoc est, ritum, ordinem, quo ministrandus esset baptismus, primo nempe prædicandum esse gentibus, eas instruendas, ac deinde baptizandas C. Per formam hic S. LEO modum et ordinem ministrandi baptismi intelligit; minime vero partem illam sacramentorum constitutivam, quæ in verbis consistit, atque a Scholasticis, phrasi e schola Peripatetica ad sacra Theologiæ lyreæ translata, forma dicitur; methodus enim explicandi sacramentorum partes per materiam et formam ante Theologiæ Scholasticæ initia prorsus incognita fuit, etiam integro post seculo, quam Philosophia Peripatetica invaluisse. Unde nec primi Scholasticæ Theologiæ Patres, HUGO VICTORIN., Magister sententiarum PETRUS LOMBARDUS illa methodo usi sunt; ac si quando materiæ vocabulo utantur, non hanc sumunt in ordine ad formam sensu scholæ, sed quidquid est sensibile in sacramentis, ea voce comprehendunt. Sed, qui primus ita sacramenta exposuit, fuit GUILLIELMUS ANTISSIODOR. in summa Theol. an. 1215., quem deinde secuti cæteri, ipsum CONC. FLOR. in Decret. ac postea TRIDENT. Sess. 14. cap. 3. observante cum aliis DOMINICO SOTO in 4. Dist. 1. q. 1. et 6. ubi inquit, *fidei esse Catholicæ, sacramenta constare rebus et verbis, quod sine manifesta hæresi negari non posset; quod vero res materiæ, verba formæ nomine denotentur, ex usu Theologorum invaluisse, a quo recedere jam non licet, cum sit totius Ecclesiæ praxi consecratus.* Quod si igitur Scriptores veteres ejusmodi utantur phrasi, *forma baptismatis*, ut Patres Concilii MILEVITANI anno 402., totum intelligunt baptismi ritum, modum, ordinem, prout scilicet forma etiam sensu vulgari pro figura, modo, accipitur.

Sed et revera S. LEONEM cit. non hoc indicare voluisse, ut quibusdam videtur, baptismum post resurrectionem institutum fuisse, ipse ibid. declarat cap. 6. dicens: *Tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis et aqua baptismatis.* Si vero in morte, quomodo post resurrectionem? Conciliari igitur secum ipso LEO debet, dicique, baptismum quidem ante passionem institutum fuisse; ejus pretium per sanguinem, unde suam vim haberet, declaratum in cruce; post resurrectionem totum baptismi, etiam gentibus conferendi, ritum præscriptum fuisse.

Ad 3^{am}. R. In quæstionibus meri facti, qualis est præsens, quæ Patres in diversas traxerunt sententias, iis esse adhærendum, qui rem exactius pon-

derarunt, et solidioribus nituntur fundamentis, ut in præsentis S. AUG. locis cit. in Concl., tum Tr. 13. et 15. in Joan. hanc materiam ex professo ad S. Scripturæ sensum propius pertractans: S. CYRILLUS Lib. 2. in Joan. (opp. t. 4. p. 156. 157. 175.), HUGO a S. Victore alique. Et vero tantum S. CHRYS. et THEOPHYLACTI fundamentum est illud Joan. 7. *Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.* At constat ex dictis, textum loqui de plenitudine Spiritus sancti dati visibiliter in Pentecoste; omnes enim Sancti habebant Spiritum sanctum etiam ante Christi mortem. Atque hæc responsio ad S. CHRYSOST. THEOPHYLACT. TERTULLIAN. accommodata est. Quoad S. OPTATUM sensus est, quod ante legem particularem baptizandi Judæos nemo fuerit in Trinitate tinctus; postea vero Matth. ult. datam fuisse legem universalem gentes omnes baptizandi. Et vero ipse L. 5. de schism. Donatist. c. 3. ex his Christi verbis in ultima cœna: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet,* Apostolos jam ante fuisse baptizatos Christi baptisate infert.

Ad 4^{am}. R. 1^o. probari nimium; nec Eucharistiam ante institutam fuisse.

R. 2^o. D. Sacramenta fluxerunt e latere Christi, hoc est, suam inde institutionem acceperunt *N.* perfectionem, quatenus tunc consummata fuit causa eorum meritoria *C.*

Ad 5^{am}. R. D. M. Aperit cœlum, hoc est, baptizatum dignum reddit cœlesti gloria, ad hanc ei jus conferens *C.* ut etiam tunc baptizati, si morentur ante Christum, ante hunc ad eam admitti deberent *N.* Elsi baptizati ante Christum mortui haberent jus ad cœlum, ut in hoc recipi deberent; non tamen conveniebat, ut in illud reciperentur antequam Caput sive Christus in illud ascenderet.

14. *Obj. II. cont. Concl. 3^{am}. 1^o.* Tunc sacramentum dicitur institui, quando ritui externo confertur vis producendi gratiam: atqui hoc quoad baptismum factum fuit, quando Christus baptizabatur in Jordane. *Min. prob. ex SS. Patribus:* nam, ait S. AUGUST. serm. 36. de Temp. (al. in app. serm. 135. n. 4.), *Ex quo Salvator in aqua se mersit, ex eo omnium gurgitum tractus, cunctorumque fontium venas mysterio baptismatis consecravit.* Juxta S. AMBROSIIUM Lib. 2. in Luc. n. 83. *Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, ut ablute per carnem Christi, quæ peccatum non cognovit, baptismatis jus haberent.* Juxta S. HIERON. adversus Luciferian. n. 6. *Christus in lavacro suo universas aquas mundavit.* Juxta S. MAXIMUM homil. 7. de Epiph. (opp. p. 65.): *Quod autem baptizatus est Agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum.*

2^o. In baptismo Christi fuit designata forma, et insinuatus effectus: prior, quia tunc tota manifestata est Trinitas; Pater, cujus tunc vox audita est; Filius, qui in persona aderat; Spiritus sanctus in specie columbæ apparens; effectus, dum cœli aperti sunt; ergo.

Ad 1^{am}. R. N. min. Ad huj. prob. N. Cons. quia hæc consecratio, sanctificatio, de sanctitate formaliter tunc aquis collata nequit intelligi, cum vis sanctificandi non sit formaliter in aqua nisi per expressam Trinitatis invocationem; hinc sanctificatio illa erat mera deputatio aquæ ad hoc, quod ordinaturus erat Christus; sed deputare aliquid, ut sit sacramenti insti-

tuendi materia, nondum est formalis sacramenti institutio. Nec plus ex Patrum sententiis evinci potest.

Ad 2^{um}. R. D. A. Fuit tunc designata forma quomodocumque, exemplariter: item sic insinuat effectus C. formaliter N. Aliud est manifestari Trinitatem; aliud declarare practice et simul præcipere, ut aliquid fiat cum expressa trium personarum invocatione, quod est formam designare formaliter; at hoc Christus non fecit. Hinc illa Christi baptizati historia quedam imago tantum et exemplar fuit baptismi instituendi.

Si dicas: Juxta S. AMBROS. Lib. 1. de Sacram. cap. 5. n. 15. Christus etiam formam designavit formaliter; inquit enim S. Pater descendisse Spiritum sanctum, cum Christus formam baptismatis daret.

R. D. Formam, id est, figuram, exemplar baptismi C. formam, prout nunc sumi consuevit a schola in ordine ad materiam N. Valde perperam hic sensus tribueretur S. AMBROSIO juxta superius dicta.

A quo tempore obligare baptismus cœperit, inde pendet, quod Tract. de Legib. dicitur de obligatione Legis evangelicæ.

ARTICULUS II.

DE MATERIA REMOTA BAPTISMI.

15. *Præmitto*. Duplicem in sacramentis oportere materiam distingui, remotam unam, alteram proximam, jam supra (Tract. de Sacram. in gen. Dissert. 2^a. c. 1. a. 4. n. 103.) observavimus. Unde hic primum de baptismi materia remota, quæ ordine ac consideratione prior est, movetur questio; circa quam duplex hæreticorum error notandus venit.

1^o. Eorum, qui aquam in baptismo penitus rejecerunt, etsi hunc alias non negarent, ut Caiani juxta TERTULLIAN. L. de Bapt. c. 4., Manichæi, teste S. AUG. HÆR. 46., Seleuciani et Hermiani, teste eodem HÆR. 59. quibus Paulicianos accensent alii, uti et Waldenses Ebrardus c. 6. operis contra eosd. De Paulicianis tamen non æque certum est.

2^o. Aliorum, qui quidem aquam retinendam putarunt in baptismo, sic tamen, ut in necessitate, deficiente aqua, quovis in liquore conferri posset, velut Lutherus in colloquiis symposiacis c. 17., Beza epist. 2 ad Tillium; aliique posterioris ævi Novatorum, teste Palavicino L. 9. Histor. Conc. Trid. c. 7. ubi inter propositiones varias ex recentioribus Lutheranis et Calvinistis excerptas hanc de baptismo refert: *Aqua vera et naturalis non est de necessitate baptismi*; ac propterea verba illa Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*, ad metaphoram detorquenda sunt; quam damnavit TRIDENTINUM Sess. 7. Can. 2. Et vero Calvinus L. 4. Instit. c. 15. per aquam nihil aliud quam Christi sanguinem vult intelligi, propter mundandi et abluendi similitudinem; quem secuti Calvinistarum alii. Aliter tamen nunc passim censent Protestantes.

16. *Dico I.* Materia remota baptismi, eaque necessaria absolute, sola aqua naturalis seu elementaris est. Est de fide catholica juxta TRIDENT. Sess. 7. Can. 2.

Prob. I. Ex SCRIPTURA: Joan. 3. 5. Christus aiebat ipse Nicodemo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Apostolus vero ad Ephes. 5. 26. quomodo Ecclesia, immaculata Christi Sponsa, sanctificetur ab eo, ostensurus, inquit, *ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ*. Ac ne quis aquam hic figurate sumi existimet, ipsa continua praxis obstat; nam Act. 8. a Philippo in fide instructus Eunuchus reginæ Candacis aiebat: *Ecce aqua; quid prohibet me baptizari?* Et Act. 10. 47. ait PETRUS: *Numquid aquam quis prohibere potest, ut baptizentur hi*. At quæ hic figurata aqua?

Prob. II. Ex consensu PATRUM unanimi et praxi ECCLESIE. Sic S. JUSTINUS M. Apol. 1^a. n. 61. de iis, qui ad religionem Christianam conversi, inquit: *Deinde eo adducuntur a nobis, ubi est aqua... Nam in nomine cunctarum rerum Parentis, et Domini Dei et Servatoris nostri Jesu Christi et Spiritus sancti in aqua tunc lavantur*. TERTULL. L. de baptismo his orditur verbis: *Felix sacramentum aquæ nostræ*. Ac, plerisque aliis in re aperta prætermissis, S. AUG. Tr. 15. in Joan. n. 4. Tolle, inquit, *aquam, et non est baptismus*. Sed et Ecclesia semper eos suo sinu expulit, accensuitque hæreticis, qui aliter sentirent, ut vel ex relatis iis initio hujus articuli patet. Accedit responsum GRÆC. IX. ad Archiepiscopum Nidrosiensem in Norwegia, ubi pro aqua in baptismo adhibebant cervisiam: *Cum secundum doctrinam Evangelicam oporteat ex aqua et Spiritu sancto renasci, non debent reputari rite baptizati, qui in cervisia baptizantur*.

Ut proinde merito Conc. FLOR. in Decr. doceat: *Materia hujus sacramenti est aqua vera et naturalis*; ac TRID. Sess. 7. Can. 2. jure damnet oppositum asserentes.

Ratio a priori sola et tota est Christi instituentis voluntas; cujus varias congruentias affert Doctor Angelicus hic q. 66. a. 3., ac post hunc Theologi, desumptas a proprietatibus aquæ.

Quidquid igitur veræ usualis aquæ nomine inter homines venit, materia baptismi est, sive marina sit, sive fluvialis, sive fontana, sive putei, sive paludis; sive limpida sit, sive turbida; salsa, sive dulcis; frigida, sive calida; colorata, sive non; pluviialis vel alia. Nec refert, quod ex nive aut grandine resolutis sit. Dico: *resolutis*; grando enim, nix, glacies, nebula non resoluta, ut nomine aquæ non veniunt nec per se abluunt, ita materia baptismi esse non possunt. E contra vero quidquid usualis aquæ rationem non participat, esse nequit baptismi materia, ut vinum, lac, oleum, saliva, sudor, lacrymæ, cervisia, lixivix perfectæ, succi ex pomis, pyris, cerasis expressi; nec si aquæ naturali aliud misceatur heterogeneum, ut hominum esse aqua usualis desinat. In dubio autem, utrum liquor aquæ naturalis, vel usualis naturam habeat, eo extra necessitatem uti nunquam licet, sed in necessitate tantum. De quibus pluribus Theologia Moralis pertractat.

Sed et illud præterea curandum, ut, qui baptizant, dum possunt, aqua benedicta utantur, non equidem, quod hoc de necessitate sacramenti sit; sed quia decentius fit, juxtaque Ecclesiæ praxin. Ac quidem in baptismo solemnium aqua esse debet, juxta morem Ecclesiæ, chrismate permixta, eodemque anno in pervigilio Paschæ vel Pentecostes benedicta, ex præscripto Ecclesiæ.

tuendi materia, nondum est formalis sacramenti institutio. Nec plus ex Patrum sententiis evinci potest.

Ad 2^{um}. R. D. A. Fuit tunc designata forma quomodocumque, exemplariter: item sic insinuat effectus C. formaliter N. Aliud est manifestari Trinitatem; aliud declarare practice et simul præcipere, ut aliquid fiat cum expressa trium personarum invocatione, quod est formam designare formaliter; at hoc Christus non fecit. Hinc illa Christi baptizati historia quedam imago tantum et exemplar fuit baptismi instituendi.

Si dicas: Juxta S. AMBROS. Lib. 1. de Sacram. cap. 5. n. 15. Christus etiam formam designavit formaliter; inquit enim S. Pater descendisse Spiritum sanctum, cum Christus formam baptismatis daret.

R. D. Formam, id est, figuram, exemplar baptismi C. formam, prout nunc sumi consuevit a schola in ordine ad materiam N. Valde perperam hic sensus tribueretur S. AMBROSIO juxta superius dicta.

A quo tempore obligare baptismus cœperit, inde pendet, quod Tract. de Legib. dicitur de obligatione Legis evangelicæ.

ARTICULUS II.

DE MATERIA REMOTA BAPTISMI.

15. *Præmitto*. Duplicem in sacramentis oportere materiam distingui, remotam unam, alteram proximam, jam supra (Tract. de Sacram. in gen. Dissert. 2^a. c. 1. a. 4. n. 103.) observavimus. Unde hic primum de baptismi materia remota, quæ ordine ac consideratione prior est, movetur questio; circa quam duplex hæreticorum error notandus venit.

1^o. Eorum, qui aquam in baptismo penitus rejecerunt, etsi hunc alias non negarent, ut Caiani juxta TERTULLIAN. L. de Bapt. c. 4., Manichæi, teste S. AUG. HÆR. 46., Seleuciani et Hermiani, teste eodem HÆR. 59. quibus Paulicianos accensent alii, uti et Waldenses Ebrardus c. 6. operis contra eosd. De Paulicianis tamen non æque certum est.

2^o. Aliorum, qui quidem aquam retinendam putarunt in baptismo, sic tamen, ut in necessitate, deficiente aqua, quovis in liquore conferri posset, velut Lutherus in colloquiis symposiacis c. 17., Beza epist. 2 ad Tillium; aliique posterioris ævi Novatorum, teste Palavicino L. 9. Histor. Conc. Trid. c. 7. ubi inter propositiones varias ex recentioribus Lutheranis et Calvinistis excerptas hanc de baptismo refert: *Aqua vera et naturalis non est de necessitate baptismi*; ac propterea verba illa Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*, ad metaphoram detorquenda sunt; quam damnavit TRIDENTINUM Sess. 7. Can. 2. Et vero Calvinus L. 4. Instit. c. 15. per aquam nihil aliud quam Christi sanguinem vult intelligi, propter mundandi et abluendi similitudinem; quem secuti Calvinistarum alii. Aliter tamen nunc passim censent Protestantes.

16. *Dico I.* Materia remota baptismi, eaque necessaria absolute, sola aqua naturalis seu elementaris est. Est de fide catholica juxta TRIDENT. Sess. 7. Can. 2.

Prob. I. Ex SCRIPTURA: Joan. 3. 5. Christus aiebat ipse Nicodemo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Apostolus vero ad Ephes. 5. 26. quomodo Ecclesia, immaculata Christi Sponsa, sanctificetur ab eo, ostensurus, inquit, *ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ*. Ac ne quis aquam hic figurate sumi existimet, ipsa continua praxis obstat; nam Act. 8. a Philippo in fide instructus Eunuchus reginæ Candacis aiebat: *Ecce aqua; quid prohibet me baptizari?* Et Act. 10. 47. ait PETRUS: *Numquid aquam quis prohibere potest, ut baptizentur hi*. At quæ hic figurata aqua?

Prob. II. Ex consensu PATRUM unanimi et praxi ECCLESIE. Sic S. JUSTINUS M. Apol. 1^a. n. 61. de iis, qui ad religionem Christianam conversi, inquit: *Deinde eo adducuntur a nobis, ubi est aqua... Nam in nomine cunctarum rerum Parentis, et Domini Dei et Servatoris nostri Jesu Christi et Spiritus sancti in aqua tunc lavantur*. TERTULL. L. de baptismo his orditur verbis: *Felix sacramentum aquæ nostræ*. Ac, plerisque aliis in re aperta prætermissis, S. AUG. Tr. 15. in Joan. n. 4. Tolle, inquit, *aquam, et non est baptismus*. Sed et Ecclesia semper eos suo sinu expulit, accensuitque hæreticis, qui aliter sentirent, ut vel ex relatis iis initio hujus articuli patet. Accedit responsum GRÆC. IX. ad Archiepiscopum Nidrosiensem in Norwegia, ubi pro aqua in baptismo adhibebant cervisiam: *Cum secundum doctrinam Evangelicam oporteat ex aqua et Spiritu sancto renasci, non debent reputari rite baptizati, qui in cervisia baptizantur*.

Ut proinde merito Conc. FLOR. in Decr. doceat: *Materia hujus sacramenti est aqua vera et naturalis*; ac TRID. Sess. 7. Can. 2. jure damnet oppositum asserentes.

Ratio a priori sola et tota est Christi instituentis voluntas; cujus varias congruentias affert Doctor Angelicus hic q. 66. a. 3., ac post hunc Theologi, desumptas a proprietatibus aquæ.

Quidquid igitur veræ usualis aquæ nomine inter homines venit, materia baptismi est, sive marina sit, sive fluvialis, sive fontana, sive putei, sive paludis; sive limpida sit, sive turbida; salsa, sive dulcis; frigida, sive calida; colorata, sive non; pluvialis vel alia. Nec refert, quod ex nive aut grandine resolutis sit. Dico: *resolutis*; grando enim, nix, glacies, nebula non resoluta, ut nomine aquæ non veniunt nec per se abluunt, ita materia baptismi esse non possunt. E contra vero quidquid usualis aquæ rationem non participat, esse nequit baptismi materia, ut vinum, lac, oleum, saliva, sudor, lacrymæ, cervisia, lixivie perfectæ, succi ex pomis, pyris, cerasis expressi; nec si aquæ naturali aliud misceatur heterogeneum, ut hominum esse aqua usualis desinat. In dubio autem, utrum liquor aquæ naturalis, vel usualis naturam habeat, eo extra necessitatem uti nunquam licet, sed in necessitate tantum. De quibus pluribus Theologia Moralis pertractat.

Sed et illud præterea curandum, ut, qui baptizant, dum possunt, aqua benedicta utantur, non equidem, quod hoc de necessitate sacramenti sit; sed quia decentius fit, juxtaque Ecclesiæ praxin. Ac quidem in baptismo solemnium aqua esse debet, juxta morem Ecclesiæ, chrismate permixta, eodemque anno in pervigilio Paschæ vel Pentecostes benedicta, ex præscripto Ecclesiæ.

17. *Obj. I.* Fundamentum dogmatis catholici est illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*; sed hoc infirmum est, quia in hoc textu aqua non litteraliter, sed metaphoricè debet accipi, scilicet pro Spiritu sancto interius animam abludente; quod

Prob. 1^o. Quia sicut in cit. textu dicimur renasci ex Spiritu, sic per aquam: sed Spiritus non habet rationem materiæ baptismi; ergo æque parum aqua.

2^o. Christus cit. loc. reprehendit Nicodemum, quod ignoraret, hominem ex aqua renasci posse: sed si de vera aqua locutus fuisset Christus, immerito reprehendisset Nicodemum; cum enim renascentia hominis ex aqua dependeret a Christi voluntate libera, Nicodemus scire non poterat, aquam ad renascentiam hominis esse necessariam.

3^o. Sicuti cit. loc. dixit Christus: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*; ita Matth. 3. dicitur de Christo: *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto et igne*; ergo sicut hic non intelligitur verus ignis; sic nec in priore loco aqua vera; sed utrobique intelligitur Spiritus. Unde et S. CHRYSOSTOMUS homil. 31. in Joan. (al. 32. n. 4.) ait, Spiritus sancti gratiam in Scriptura modo ignem, modo aquam appellari.

4^o. S. Joannes Baptista Matth. 3. ipse suum baptismum per hoc distinguit a baptismo Christi, quod ipse in aqua, Christus vero in Spiritu sancto baptizaret; ergo supponit renascentiam hominis fieri per gratiam Spiritus sancti intus operantis; ut proinde hæc: *ex aqua et Spiritu* idem sonent, ac per Spiritum interne instar aquæ mundantem et abludentem.

R. 1^o. *N.* eo solo textu niti Catholicos, sed et aliis in Concl. relatis, qui ad sensum metaphoricum deflecti non possunt, tum praxi et traditione Ecclesiæ perpetua.

R. 2^o. *N. min.* ejusque rationem.

Ad prob. 1^{am}. R. *N. A.* Spiritus non potest esse alicujus materia sacramenti; potest vero aqua; ergo ab uno ad alterum non tenet paritas. Proin juxta subjectam materiam per Spiritum sanctum indicatur causa efficiens spiritualis renascentiæ; per aquam vero materia, sive aqua naturalis, cum nihil sit, quod suadeat aut cogat alio in sensu aquam accipere; ipsaque semper ita intellexerit Ecclesia ab Apostolorum ævo, adeo ut nec Pelagiani hic ad commentum aquæ metaphoricæ sint ausi recurrere.

Ad 2^{am}. R. *N. min.* Reprehenditur enim Nicodemus, quod, cum Christus clare non de regeneratione carnali, sed spirituali loqueretur, utpote de renascentia ex aqua et Spiritu sancto, cujus omnes homines capaces sunt, ipse tamen, licet in lege peritus, magister in Israel, Christi dicta de renascentia carnali acciperet. Deinde scire, utpote legis Doctor, debuerat, quod prædixerat Ezechiel cap. 36. terram, id est, homines per aquam renovandos esse: *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab inquinamentis vestris*, etc. Demum cum Judæi ipsi neophytos suos baptizarent adhibitis purificationibus variis, itaque renovatos haberent pro hominibus novis; quin ipsi Judæi variis se baptismatibus purificarent; debuerat facile advertere, posse a Deo per aquam homines regenerari spiritualiter.

Ad 3^{am}. R. 1^o. *N. A.* Nullus enim unquam, si Hermianos et Seleucianos hæreticos exceperis, credidit, ignem verum de necessitate baptismi esse;

e contra constat, Christum ejusque discipulos, horumque exemplo Ecclesiam semper baptizasse in aqua: igitur recte Joan. 3. aqua vera materiæ in baptismo tenere locum dicitur; ignis vero Matth. 3. sumi symbolice, vel metaphoricè ad significanda dona Spiritus sancti; sed et falsum, a S. CHRYSOST. dici in loco controverso aquam et Spiritum pro eodem sumi, sive aquam pro Spiritu.

R. 2^o. Negari potest conseq.; cum et alii Patres, ut S. DAMASCENUS L. 4. Orthod. fid. c. 9., ignem litterali accipiant sensu, velintque S. Præcursores alludere ad linguas igneas, quæ in Pentecoste supra Apostolorum capita dispersitæ visæ sunt.

Ad 4^{am}. R. *D.* Distinguit suum baptismum per hoc, quod suum baptismum conferat in aqua, vel ratione materiæ, quasi baptismus Christi non haberet aquam pro materia *N.* uterque enim erat in aqua, ut vel ipsa discipulorum Joannis orta contentio evincit: ratione effectus, quod Joannes baptizaret in aqua tantum sine collatione gratiæ Spiritus sancti, quam conferebat baptismus Christi *C.*

18. *Obj. II. 1^o.* SIRICIUS Papa sec. IV. exeunte, item STEPHAN. II. sec. VIII. cum in Gallia versaretur, approbarunt baptismum in vino collatum, ut quidem de STEPHANO videtur est apud SIRMONDUM t. 2. Concil. Galliæ, et LABBEUM t. 6. Conc. p. 1632.

2^o. MOSCHUS in Prato spirit. cap. 176. initio sec. VII., tum NICEPHOR. L. 3. cap. 37. referunt Judæum, deficiente aqua, in necessitate baptizatum fuisse arena, subitoque a morbo, a quo fuerat correptus, convaluisse; ergo valuerat hic baptismus, utpote miraculo comprobatus.

3^o. In baptismo significatur ablutio interior; sed et alii liquores specie ab aqua distincti illam significare possunt; ergo et hi esse baptismi materia poterunt.

Ad 1^{am}. R. *N. Ass.* Utrumque rescriptum suppositivum, vel certo adulteratum fuit 1^o. quia nullum tale responsum datum ab his Pontificibus in Archivis Romanis, nec aliqua collectione Canonum unquam reperiri potuit; 2^o. tres duntaxat manuscripti codices hæc responsa referunt, sed sibi contradicendo; duo illa soli STEPHANO II., unus soli SIRICIO attribuit; nec in ipsa ratione historica consentiunt; 3^o. quia nulli est verisimile summos illos Pontifices ignorasse traditionem tam communem, quæ nec infimos clericos laicosque latebat. Hinc et nota marginalis t. 6. Conc. Labb. monet, hæc, quæ in responso STEPH. de infantibus vino baptizatis extant: *Infantes sic permaneant in baptismo*, esse glossemam a librario quodam temere intrusum.

Ad 2^{am}. R. 1^o. Permissa veritate historiæ, *N. Cons.* Gratia enim restitute sanitatis dari a Deo illi Judæo potuit intuitu baptismi fluminis, vel ob hujus bonam fidem. Et vero refert MOSCHUS, eum ardentissimum habuisse baptismi desiderium; et ob hoc fuisse sanitati redditum. Deinde si vera est historia, inde potius probatur dogma catholicum; nam, ut cit. auctor subdit, postquam eundem Asealonem ad DIONYS. episcopum duxissent: *Visum est B. Dionysio mittere fratrem illum ad Jordanem ibique baptizari*. NICEPHOR. vero ait, DIONYS. Alexandriae episcopo cum Ecclesia visum est, aqua insuper ad eum modum initiatum juxta Ecclesiæ traditionem abluendum esse.

Dixi: *Permissa veritate*; nam historia hæc saltem dubiæ fidei est; Cedrenus enim eam sub Antonino Pio contigisse ait; Niceph. sub Aurelio; Moschus scribit, hunc Judæum ductum fuisse ad Dionys. Ascalonis episcopum; Niceph. ad Dionys. Alexandria.

Ad 3^{um}. R. N. *min.* 1^o. Quia non omnes liquores ad abluendum apti sunt; saltem non ita perfecte mundant et abluunt, ut aqua, cum ex aliorum liquorum usu remaneat quædam adhuc infectio, odor, etc. 2^o. Non habentur tanta copia, tam facile. Ac demum materia sacramenti non tantum ex analogia qualicumque cum effectu spirituali judicatur, sed principaliter exigit institutionem divinam ad suum effectum producendum.

ARTICULUS III.

DE MATERIA PROXIMA BAPTISMI.

19. *Præmitto*, Ablutionem in baptismo esse hujus materiam, nemo ambigit; universim enim materiæ proximæ nomine ea intelligitur actio, quæ materia remota applicatur; hæc vero actio in baptismo, ablutio sive baptizatio est juxta illud Matth. ult. *baptizantes eos*. Sed cum externa illa corporis ablutio modis possit tribus peragi, 1^o. *immersione* in aquam; 2^o. *aspersione* aquæ; 3^o. *affusione*; hinc quæritur: quænam ex his ablutio necessaria sit necessitate sacramenti? Deinde cum ablutio una pluribusque vicibus fieri possit, utrum pariter necessaria sit trina vel immersio, vel aspersio, vel affusio; aut utrum una tantum? Ubi ante observandum

20. I. Immersionem trinam primis XII seculis perquam usitatam fuisse in Ecclesia, constat ex S. JUSTINO Apol. 1^a. n. 51., S. BASIL. L. de Spir. S. cap. 27., TERTULL. L. de Cor. mil. c. 3., S. AMBROS. L. 2. de Sacram. cap. 6. n. 19., S. GREG. L. 1. epist. 43. ad Leandrum (opp. t. 2. p. 332. B.), antiquissimis Græcorum Euchologiis ac Latinorum Ritualibus, tum ALCUINO, AMALARIO, WALAFRIDO STRABONE, et quotquot ferme de divinis officiis scripserunt. Quin S. THOMAS seculi XIII (obiit enim an. 1274.) 3. p. q. 66. a. 7. *tutius esse*, inquit, *baptizari per modum immersionis, quia hoc habet usus communior*. Utebantur hoc ritu passim veteres, ut exprimerent imitationem mortis Christi ac triduanæ ejus sepulturæ, ut S. LEO M. epist. ad episcopos Siciliae ait, ac Trinitatem personarum, ut TERTULL. L. contr. Praxeam cap. 26. inquit: *Non semel, sed ter ad singula nomina, in personas singulas tingimur*. Ac quo magis representarent spirituales regenerationem internam, sordiumque sive peccatorum depositionem, baptizandus depositis omnibus vestibus immergebatur, sic ut salutaris aqua supra caput coiret. A quo ritu soli ex hæreticis recesserunt postea Eunomiani, Arianae hæresis monstrosus partus, qui baptizandos inverso capite immergebant usque ad pectus pedibus in sublime extantibus; ut refert THEODORETUS Hæretic. Fabul. L. 4. c. 3. (opp. t. 2. p. 236. 237.), et ante ipsum EPIPHANIUS Hæretic. 76. (opp. t. 1. p. 992. C.): ideo vero a cæteris corporis partibus prohibebant aquam, quod illas malas, execrandas dicerent.

21. II. Ab hoc tamen baptizandi ritu per immersionem duplex erat casus exceptus. *Primus*, si ægroti in extremo vitæ periculo baptismum expeterent; tunc enim decumbentibus in lecto conferebatur aspersione vel affusione, dictusque inde *Baptismus clinicorum*, de cujus valore cum dubitaret MAGNUS episcopus, ac S. CYPRIANUM consulere, hic respondit valere, epist. 76. n. 13. et seqq. Ac valuisse vere judicio Ecclesiæ hunc baptismum, inde constat, quod baptizati clinici, si convaluissent, nunquam rebaptizati sint. Nec refert, quod postea ad ordines non admitterentur juxta varios canones; hanc enim legem plures condiderant Ecclesiæ, non quod invalidum putarent hunc baptismum, sed in pœnam gravis negligentiae, quod baptismum usque eo distulissent; tum, ut proposita hac pœna deterrentur alii a nimis morosa ac culpabili dilatione sacramenti tam necessarii. *Secundus*, si sufficiens ad immersionem aquæ copia ob necessitatem et circumstantias temporis haberi non posset, velut si baptizandus esset martyr in carcere; vel hic baptizare vellet alium, ut de S. LAURENTIO ejus martyrii Acta perhibent. Quin haud dubie sic Paulus in carcere Act. 19. *custodem carceris cum omni domo sua baptizavit*.

22. III. Ritus immersionis *trinae* postea initio seculi VII. Arianorum occasione nonnihil immutatus fuit in Hispania; cum enim Ariani Trinitatem dividerent, tres distinctas asserendo naturas, et ad hoc suum dogma exprimendum ter baptizandos immergerent; quin ex immersione trina, usitata etiam Catholicis, hos impugnandi occasionem sumerent, hi ad indivisam in Trinitate unitatem ac personarum consubstantialitatem significandam una ceperunt immersione uti; approbante S. GREG. M. L. 1. epist. 43., postquam ea de re consultus fuisset a LEANDRO Hispalensi episcopo, ut innuit Conc. TOLET. IV. an. 633. cap. 6. ac refertur Dist. 4. Can. 80. 85. *de Consecr.* In aliis tamen Ecclesiis ritus immersionis trinae perstitit usque ad sec. XIII. velut ex S. TH. discimus ante cit.: *Communiter, inquit, observatur in baptismo trina immersio, et ideo graviter peccaret aliter baptizans, quasi ritum Ecclesiæ non observans*.

23. IV. A seculo XIV. autem in tota ferme latina Ecclesia, abrogato immersionis ritu, alter per affusionem invaluit, hanc plerisque ritualibus Libris, qui ab eo tempore editi, præscribentibus. Dico: *ferme*, quia hic illic immersio adhuc saltem permissa, et aliquo in usu fuit, ut constat ex Rituali Romano PAULI V., Actis Ecclesiæ Mediolanensis, et Synodo BENEVENT. an. 1693. sub Cardinali URSINI postea summo Pontifice sub nomine BENEDICTI XIII. qui ipse ante Pontificatum parvulos baptizans eos immergebat. Ritus hunc affusionis nunc in Ecclesia latina receptum huic, soluto Conc. FLOR., graviter exprobravit MARCUS Ephesinus, aliique schismatici Græci hodie, asserentes, trinam immersionem esse de necessitate sacramenti, ideoque gravem in errorem incidisse Ecclesiam latinam: at immerito, ut nunc ex dicendis patebit.

24. *Dico I.* Ritus immersionis non est necessarius necessitate sacramenti; sed valet baptismus collatus sive per immersionem, sive per affusionem, sive per aspersionem.

Prob. contra Græcos. 1^o. Ezechielis 36. baptismum prænuntians Propheta

inquit : *Effundam super vos aquam mundam*, quod passim de baptismo Patres accipiunt.

2^o. Baptismum clinicorum validum censuit S. CYPR. juxta num. 21., Conc. ANTISSIOD. an. 578., MATISCON. II. an. 585. Can. 3. aliaque; nec usquam rebaptizari jubentur clinici, nequidem a Patribus, qui rebaptizantes dicti; ergo judicabant omnes immersionem non esse de necessitate sacramenti; alias rebaptizari debuissent; nec illorum baptismus potuisset haberi validus; sicut quia naturalis aqua est de necessitate sacramenti, si quis in quocumque vitæ periculo, deficiente aqua, baptizatus esset vino, similique liquore, qui specie ab aqua differt, nullum est sacramentum, itaque baptizati rebaptizari debent.

3^o. Valuit baptismus, nec uno unquam contradicente in Ecclesia, qui conferebatur in carcere sola affusione aque, ut quando S. Laurentius aqua ex urna effusa baptizavit Romanum, aut Paulus Act. 19. custodem carceris cum suis, cujus baptismi plura exempla ex genuinis Actis Sanctorum refert MARTENTIUS; sed quod est de necessitate sacramenti, nulla de causa omitti potest; vel secus sacramentum erit nullum. Huc refer factum S. Petri Apostoli, dum Act. 2. et 3. una vice tria, alia quinque hominum millia baptizavit; non enim est verisimile (quidquid sit, an absolute fieri potuerit), singulos immersione baptizatos fuisse.

4^o. Quocumque modo applicetur baptizando aqua, manet sacramenti substantia, analogia et signum ablutionis internæ, quod solum requisivit Christus; plus enim neque ex Scriptura, neque Traditione potest colligi, quam necessariam esse ablutionem corporis in aqua, ablutio autem hæc non tantum immersione, sed etiam affusione, aspersione, fieri potest.

25. *Dico II.* Nec est de necessitate sacramenti trina sive immersio, sive affusio, sive aspersione; sed unica sufficit.

Prob. I. Ex praxi Ecclesiæ Hispanicæ juxta num. 22. approbata a S. GREG. epist. cit. in qua hæc habet : *Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate vel ter, vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari.* Porro, inquit ibid. S. Pater, sicut per immersionem trinam significatur tridua sepultura Christi; ita per unam unitas mortis, ac resurrectionis ob emersionem pariter unam.

Prob. II. Ratione; quia de necessitate baptismi est ablutio per aquam, modus vero ablutionis se huc habet tantum per accidens juxta dicta Concl. præc.; ergo multo magis quod vel ter, vel semel fiat ablutio.

26. *Obj. I. contr. Concl. 1^{am}.* 1^o. Teste EUSEBIO. L. 6. Hist. cap. 43., CORNELIUS Papa cum Synodo Romana dubitavit de valore baptismi dati per effusionem Novatiano in lecto decumbenti; ait enim epist. ad Fabianum Antiochenum apud EUSEB. cit. *In ipso quo jacebat lectulo profusus baptismum suscepit, si tamen hujusmodi baptismum suscepisse dicendus.* Deinde declarat, non debuisse eundem ad ordines suscipi, quod licitum non sit, quemquam eorum, qui in lectulo, urgente vi morbi, sicut Novat., perfusi fuissent, in clerum assumi. 2^o. S. CYPR. dum respondet MAGNO juxta num. 21. cuique permittit libertatem sentiendi et faciendi, quid velit, ac si quis nullum judicaret baptismum clinici, hunc rebaptizandi.

27. *Ad 1^{am}.* R. N. dubitasse Pontificem de talis baptismi valore; alias de rebaptizando Novat. actum fuisset, de quo tamen nequidem ulla quæstio mota fuit, sed dubitabat de effectu ejusdem et fructu, eo quod Novat. gravi justaque tum ob improbitatem laboraret suspicione, an recta fide intentioneque baptismum suscepisset; tum quod post baptismum contra morem Ecclesiæ suscipere nolisset confirmationis et Eucharistiæ sacramenta. Quod vero tales arcerentur ab ordinibus, causa fuit tum, quam supra dedimus num. 21., tum quod non sufficienter instructi mysteriis fidei essent, ut ea nec aliis debite possent tradere, ac sacerdotii obire munera, quod in articulo mortis baptizari volentes, non tam motu proprio, quam mortis metu videantur baptismum admisisse juxta illam S. AGG. sententiam : *Pœnitentia sera raro vera.* Atque his de causis CORNEL. improbasse Novat. ordinationem, constat ex CORNELII epist. ad Fabian. cit. apud EUSEB. cit. loc. Unde nullo fundamento, nec idoneo teste, sed contra auctoritatem cit. ait Theologus Salisburgensis in Theol. t. 10. num. 39. hoc an. 1769. edita, ideo ita baptizatos fuisse ab ordinibus prohibitos, quod baptismum non ex motivo amoris, sed solo metu gehennæ crederentur suscipere, ex quo anticipato, ait, posse colligi, quid Patres illi senserint, de modernorum Theologorum sat frequenti sententia, qui attritionem ex pœnarum metu conceptam ad sacramentum pœnitentiæ sufficere docent. Nec verbum enim de hac causa excludendi ab ordinibus clinicos fit vel apud CORNEL., vel apud EUSEB., vel ullibi mentio. Et vero semper suspecta visa est Patribus pœnitentia ad articulum mortis dilata universim, ex quocumque tunc motivo concepta, eo quod actus sive ex motivo amoris, sive virtutis inferioris semper tunc sit suspectus, sitne serius et efficax, vel potius metu mortis extortus, non serius, nec efficax.

28. *Ad 2^{am}.* R. S. CYPR. epist. cit. distincte hunc baptismum judicat validum : nec ipse ideo unquam rebaptizavit clinicos. Alterum pro modestia sua addidit, quod res nunc nondum esset judicio solemnæ Ecclesiæ decisa; unde aliter judicantes damnare ipse non audebat. Sicut nimirum in controversia de baptismo hæreticorum, essetne validus; licet ipse teneret negativam sententiam, ac rebaptizaret baptizatos ab hæreticis; aliis tamen aliter judicantibus et sentiendi et agendi relictam libertatem voluit, quin damnare præsumeret episcopos, qui stabant pro ejus valore baptismi.

29. *Obj. II. contr. Concl. 2^{am}.* 1^o. Complures SS. Patres trinam immersionem dicunt esse Traditionis Apostolicæ. *Prob. Ant. TERTUL. de cor. militis c. 3. Solius, inquit, traditionis titulo... aquam adituri... sub antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo, et pompæ, et angelis ejus : de hinc ter mergitamur.* S. BASILIUS de Spiritu sancto c. 27. n. 66. *Alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione Apostolorum... Jam ter immergi hominem, unde haustum? Reliqua autem quæ fiunt in baptismo, veluti renuntiare satanæ et angelis ejus, ex qua scriptura habemus? HIERON. Dial. contr. Lucifer. n. 8. Multa quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt, velut in lavacro ter caput mergitare.*

2^o. PELAG. II. summ. Pontif. epist. ad Gaudentium relatus Can. *Multi*

Dist. 4. de Consecr. immersionem trinam ab ipso, ait, *Christo tradente nos admoneri, in nomine Trinitatis trina etiam immersione sanctum baptismum unicuique tribuere.* Ac S. CHRYSOST. hom. de Fide (opp. t. 9. p. 855. E.), *Dominus, inquit, in tribus mersionibus corporis unum baptismum discipulis suis tradidit; ergo est juris divini præceptivi.*

3°. In Conc. CONSTANTINOP. I. Can. 7. (Labb. t. 2. p. 952.), rebaptizari jubentur Eunomiani, qui mersione unica baptizabantur. Item Can. 49. inter sic dictos Apostolicos jubetur deponi presbyter, qui baptizaverit aliter, quam per immersionem trinam.

4°. Baptizari significat mergi; ergo cum Christus nos baptizari præceperit, simulque voluerit exprimi in baptismo trinitatem personarum, ter in baptismo mergi debemus.

30. Ad 1^{um}. R. D. Traditionis apostolicæ et divinæ simul N. latius dictæ, sive disciplinæ ab ipsis Apostolis usurpatæ C. Traditiones sunt apostolico-divinæ, quas Apostoli a Christo acceptas nobis tradiderunt, quarum proinde Apostoli non auctores, sed tantum promulgatores fuerunt. De tali loquitur Apostolus 1. Cor. 7. 10. *Præcipio non ego, sed Dominus.* Aliæ apostolico-humanæ, dum ipsi Apostoli quædam ordinarunt, feceruntve, velut dum ait ibid. v. 12. *Cæteris ego dico, non Dominus.* Item: *Cætera, cum venero, disponam.* Ita et S. AGG. epist. 118. ad Januar. (al. 54. n. 8.), Eucharistiam non esse dandam nisi jejunis, probat ex traditione apostolica; sed hæc juris tantum humani est. De hac traditione loquuntur Patres, dum immersionem trinam docent esse traditionis apostolicæ.

31. Ad 2^{um}. R. N. Cons. 1°. Quia neque omnia, quæ Christus fecit, etiam in sacramentorum administratione, præcepti ideo divini sunt; sic lotio pedum in ultima cœna facta a Christo, antequam Eucharistiam celebraret, non ideo ex præcepto, vel de necessitate hujus sacramenti est. Eodem modo se habet trina immersio. 2°. Quia nec PELAG., nec CHRYSOST. hoc intendunt, trinam immersionem esse ratione sui præceptam, sed quod Christus præceperit baptizari in nomine et cum expressione Trinitatis; quod deinde addunt de trina immersione, non nisi per congruentiam addunt; ac si dicant: ex præcepto debemus baptizari in nomine Trinitatis; convenit igitur nos ter in baptismo mergi. Ratio sic exponendi in specie PELAG. est, quod in epist. ad Gaudentium reprobet baptismum Bonosianorum, qui formam vitabant, cum non in nomine Trinitatis, sed tantum in mortem Christi baptizarent, contententes hoc esse præceptum Evangelicum; hinc inferebant, oportere igitur baptizandos mergi semel, quia Christus tantum semel est mortuus; baptizabant enim, ait ibid. S. Pater apud IVONEM in Decr. pag. 24. *solummodo in mortem Christi.* Sed ait S. Pater *ex præcepto evangelico nos admoneri, baptizari in nomine Trinitatis;* unde infert velut ex opposito per congruentiam, debere nos non mersione una, sicut Bonosiani faciebant propter unitatem mortis Christi, sed trina baptizari ob tres personarum; adeo hæc: *evangelicum præceptum ad formam baptismi, non ad mersionem trinam pertineant.* Patet amplius inde, quia pro ratione sui responsi hæc præcise Christi verba subdit: *baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti;* vultque Bonosianos per solam pœni-

entiam reconciliari Ecclesiæ, si modo in nomine Trinitatis fuerint baptizati, nihil memorando, an etiam trina mersione.

32. Ad 3^{um}. R. D. Jubentur rebaptizari ob mersionem unam N. ob formam vitatam C. Baptizabant enim Eunomiani non in nomine Trinitatis, sed in mortem Christi: *Non enim, sunt verba Canonis, dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, sed: euntēs... baptizantes eos in nomine Patris, etc.*

Ad Can. vero 49. Apostol. R. Ideo talem pœnam statutam fuisse, quod presbyteri privati non sit; ritum aliquem novum sua auctoritate contra communem Ecclesiæ, qualis erat trina immersio, invchere.

33. Ad 4^{um}. R. Equidem verbum baptizare juxta græcum idem esse, ac mergere, tingere, ideoque huic sacramento baptismi nomen datum esse, quod communiter per immersionem conferretur; nihilominus vox eadem baptizare, baptismus. in hebræo, græco et latino, ac S. Scripturæ phrasi etiam frequenter quamvis ablutionem significat, ut dum in ea fit mentio baptismatis calicum, urceorum, lectorum, Marc. 7. sic et Luc. 11. Pharisæus, qui invitaverat Christum, cogitabat intra se de Christo: *Quare non esset baptizatus ante prandium, id est, non lavisset manus.* Trinitatem vero exprimi Christus non per materiam, sed formam voluit, Matth. ult.

ARTICULUS IV.

DE FORMA BAPTISMI. QUÆ VERBA IN HAC ESSENTIALIA SINT? ET UTRUM NECESSARIA SIT DISTINCTA PERSONARUM SS. TRINITATIS EXPRESSIO?

34. Præmitto I. Tametsi quoad materiam baptismi hæretici plerique, si forte Seleucianos et Hermianos exceperis, convenerint cum Catholicis; quoad formam tamen baptismi complures aberrabant, eam quoad substantiam depravando. Tales fuerunt

1°. *Gnostici*, teste S. IRENEO L. 1. cap. 22. et EUSEB. L. 4. Hist. Eccl. cap. 11. baptizantes *in nomine Patris ignoti universorum, in veritate matris omnium, in eo, qui in Jesum descendit, in unione et redemptione et communiōne virtutum.* Hos *Priscillianistæ*, scilicet Gnosticorum lues, secuti. Item *Marcosiani* eadem utebantur forma, teste EUSEB. Hist. L. 4. c. 11.

2°. *Montanistæ*, sic a Montano dicti, item *Cataphryges*, quod in Phrygia suos conventus haberent, qui baptizabant *in nomine Patris et Filii et Montani et Priscillæ*, quæ scilicet insignis vatis inter eos loco habebatur, ut refert S. BASIL. epist. Can. 1^a. ad Amphil. can. 1. Unde eos redeuntes ad Ecclesiam rebaptizari jussit LAODICENA Synodus an. 364. Can. 8. (Labb. t. 1. p. 1498.)

3°. *Sabelliani*, a Sabellio, qui suam circa SS. Trinitatem hæresin, in qua unam asserebant personam, in forma baptismi expresserant, quos proinde redeuntes ad Ecclesiam rebaptizari jussit an. 381. Conc. general. CONSTANTINOP. I. Can. 7.

4°. *Paulianistæ*, sic nuncupati a Paulo Samosateno, qui Christi negavit divinitatem; item *Photiniani*, a Photino Pauli Samosateni discipulo et impii dogmatis hærede, non in expressa personarum distinctione baptizantes, quas

Dist. 4. de Consecr. immersionem trinam ab ipso, ait, *Christo tradente nos admoneri, in nomine Trinitatis trina etiam immersione sanctum baptismum unicuique tribuere.* Ac S. CHRYSOST. hom. de Fide (opp. t. 9. p. 855. E.), *Dominus, inquit, in tribus mersionibus corporis unum baptismum discipulis suis tradidit; ergo est juris divini præceptivi.*

3°. In Conc. CONSTANTINOP. I. Can. 7. (Labb. t. 2. p. 952.), rebaptizari jubentur Eunomiani, qui mersione unica baptizabantur. Item Can. 49. inter sic dictos Apostolicos jubetur deponi presbyter, qui baptizaverit aliter, quam per immersionem trinam.

4°. Baptizari significat mergi; ergo cum Christus nos baptizari præceperit, simulque voluerit exprimi in baptismo trinitatem personarum, ter in baptismo mergi debemus.

30. Ad 1^{um}. R. D. Traditionis apostolicæ et divinæ simul N. latius dictæ, sive disciplinæ ab ipsis Apostolis usurpatæ C. Traditiones sunt apostolico-divinæ, quas Apostoli a Christo acceptas nobis tradiderunt, quarum proinde Apostoli non auctores, sed tantum promulgatores fuerunt. De tali loquitur Apostolus 1. Cor. 7. 10. *Præcipio non ego, sed Dominus.* Aliæ apostolico-humanæ, dum ipsi Apostoli quædam ordinarunt, feceruntve, velut dum ait ibid. v. 12. *Cæteris ego dico, non Dominus.* Item: *Cætera, cum venero, disponam.* Ita et S. AGG. epist. 118. ad Januar. (al. 54. n. 8.), Eucharistiam non esse dandam nisi jejunis, probat ex traditione apostolica; sed hæc juris tantum humani est. De hac traditione loquuntur Patres, dum immersionem trinam docent esse traditionis apostolicæ.

31. Ad 2^{um}. R. N. Cons. 1°. Quia neque omnia, quæ Christus fecit, etiam in sacramentorum administratione, præcepti ideo divini sunt; sic lotio pedum in ultima cœna facta a Christo, antequam Eucharistiam celebraret, non ideo ex præcepto, vel de necessitate hujus sacramenti est. Eodem modo se habet trina immersio. 2°. Quia nec PELAG., nec CHRYSOST. hoc intendunt, trinam immersionem esse ratione sui præceptam, sed quod Christus præceperit baptizari in nomine et cum expressione Trinitatis; quod deinde addunt de trina immersione, non nisi per congruentiam addunt; ac si dicant: ex præcepto debemus baptizari in nomine Trinitatis; convenit igitur nos ter in baptismo mergi. Ratio sic exponendi in specie PELAG. est, quod in epist. ad Gaudentium reprobet baptismum Bonosianorum, qui formam vitabant, cum non in nomine Trinitatis, sed tantum in mortem Christi baptizarent, contententes hoc esse præceptum Evangelicum; hinc inferebant, oportere igitur baptizandos mergi semel, quia Christus tantum semel est mortuus; baptizabant enim, ait ibid. S. Pater apud IVONEM in Decr. pag. 24. *solummodo in mortem Christi.* Sed ait S. Pater *ex præcepto evangelico nos admoneri, baptizari in nomine Trinitatis;* unde infert velut ex opposito per congruentiam, debere nos non mersione una, sicut Bonosiani faciebant propter unitatem mortis Christi, sed trina baptizari ob tres personarum; adeo hæc: *evangelicum præceptum ad formam baptismi, non ad mersionem trinam pertineant.* Patet amplius inde, quia pro ratione sui responsi hæc præcise Christi verba subdit: *baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti;* vultque Bonosianos per solam peni-

entiam reconciliari Ecclesiæ, si modo in nomine Trinitatis fuerint baptizati, nihil memorando, an etiam trina mersione.

32. Ad 3^{um}. R. D. Jubentur rebaptizari ob mersionem unam N. ob formam vitatam C. Baptizabant enim Eunomiani non in nomine Trinitatis, sed in mortem Christi: *Non enim, sunt verba Canonis, dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate, sed: euntēs... baptizantes eos in nomine Patris, etc.*

Ad Can. vero 49. Apostol. R. Ideo talem pœnam statutam fuisse, quod presbyteri privati non sit; ritum aliquem novum sua auctoritate contra communem Ecclesiæ, qualis erat trina immersio, invchere.

33. Ad 4^{um}. R. Equidem verbum *baptizare* juxta græcum idem esse, ac *mergere, tingere*, ideoque huic sacramento baptismi nomen datum esse, quod communiter per immersionem conferretur; nihilominus vox eadem *baptizare, baptismus.* in hebræo, græco et latino, ac S. Scripturæ phrasi etiam frequenter quamvis ablutionem significat, ut dum in ea fit mentio baptismatis calicum, urceorum, lectorum, Marc. 7. sic et Luc. 11. Pharisæus, qui invitaverat Christum, cogitabat intra se de Christo: *Quare non esset baptizatus ante prandium, id est, non lavisset manus.* Trinitatem vero exprimi Christus non per materiam, sed formam voluit, Matth. ult.

ARTICULUS IV.

DE FORMA BAPTISMI. QUÆ VERBA IN HAC ESSENTIALIA SINT? ET UTRUM NECESSARIA SIT DISTINCTA PERSONARUM SS. TRINITATIS EXPRESSIO?

34. Præmitto I. Tametsi quoad materiam baptismi hæretici plerique, si forte Seleucianos et Hermianos exceperis, convenerint cum Catholicis; quoad formam tamen baptismi complures aberrabant, eam quoad substantiam depravando. Tales fuerunt

1°. *Gnostici*, teste S. IRENEO L. 1. cap. 22. et EUSEB. L. 4. Hist. Eccl. cap. 11. *baptizantes in nomine Patris ignoti universorum, in veritate matre omnium, in eo, qui in Jesum descendit, in unione et redemptione et communionem virtutum.* Hos *Priscillianistæ*, scilicet Gnosticorum lues, secuti. Item *Marcosiani* eadem utebantur forma, teste EUSEB. Hist. L. 4. c. 11.

2°. *Montanistæ*, sic a Montano dicti, item *Cataphryges*, quod in Phrygia suos conventus haberent, qui baptizabant in nomine Patris et Filii et Montani et Priscillæ, quæ scilicet insignis vatis inter eos loco habebatur, ut refert S. BASIL. epist. Can. 1^a. ad Amphil. can. 1. Unde eos redeuntes ad Ecclesiam rebaptizari jussit LAODICENA Synodus an. 364. Can. 8. (Labb. t. 1. p. 1498.)

3°. *Sabelliani*, a Sabellio, qui suam circa SS. Trinitatem hæresin, in qua unam asserebant personam, in forma baptismi expresserant, quos proinde redeuntes ad Ecclesiam rebaptizari jussit an. 381. Conc. general. CONSTANTINOP. I. Can. 7.

4°. *Paulianistæ*, sic nuncupati a Paulo Samosateno, qui Christi negavit divinitatem; item *Photiniani*, a Photino Pauli Samosateni discipulo et impii dogmatis hærede, non in expressa personarum distinctione baptizantes, quas

nec in ipso distinguebant Trinitatis mysterio, teste INNOCENT. I. summ. Pontif. epist. ad episc. Maced. c. 6. (Labb. t. 2. p. 1275. B.), *Paulianistas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti minime baptizasse*; unde rebaptizari eos jussit Conc. gen. Nic. I. can. 19. Photinianos vero simul Conc. ARELAT. II. an. 452. Can. 16. et 17. (ibid. t. 4. p. 1013.), inquit: *Photinianos, sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportet*. Hinc, dum in Conc. LAODIC. an. 364. Photiniani non jubentur rebaptizari Can. 7., dicendum, vel eos tunc nondum in Sabellianam hæresin lapsos fuisse; vel, ut volunt alii, verba illa irrepsisse in canonem, ac corrigendam esse ejus lectionem.

5º. *Arianos* tempore Conc. gen. Nic. I. nondum depravasse formam, inde colligitur, quod hoc Concilium eos rebaptizari non præceperit, sed solos Paulianistas. Unde dum S. ATHANAS. orat. 2. contr. Arian. n. 42. et S. HIERON. Dial. contr. Luciferian. n. 9. aiunt, eos baptizasse in nomine Creatoris et creature, intelligendi sunt, non de prolotione formæ, sed de Arianorum mente, quod Filium esse creaturam crederent: vel, quod loquantur de aliquibus post Conc. Nic. tempora; nam postea Arianorum aliquos vere suam hæresin expressisse in forma, testatur THEOD. Lector Collectan. L. 2. et NICEPHORUS L. 13. cap. 3. Unde S. LEANDER Hispanensis episcopus eosdem rebaptizavit, ut constat ex supplemento GREG. TURON. ac Brunichil. Ariana Gothorum regina in Galliam adveniens, ut regi Sigeberto nuberet, rebaptizari debuit, teste AIMONIO Floriacensi L. 3. Hist. Francor. cap. 4.

6º. *Eunomiani*, ab Arianis oriundi, baptizantes in mortem Christi, quod idem de *Aetianis*, alia Arianorum secta refert THEODORET. Hæret. fabular. L. 4. cap. 3.; sed et Bonosianorum aliquos in mortem Christi baptizasse, ex PELAG. II. epist. ad Gaudent. colligitur. Insuper *Anomæi*, dicti Ariani rigidi, Filium simpliciter creaturam et Patri per omnia dissimilem constanter asserentes post Conc. Nic. I. in ipsa forma suam exprimebant hæresin, teste EPIPH. Hæret. 76. (opp. t. 1. p. 992.), baptizantes sub hac forma: *In nomine Dei increati, et in nomine Filii creati, et in nomine Spiritus sancti-ficantis, et a creato Filio procreati*.

Demum his addi possunt ex antiquioribus hæreticis *Menander*, Simonis magi discipulus, suo volens nomine (nam Messiam se dicebat) baptismum conferri, teste TERTUL. L. de Præscript. cap. 46.; *Elicesæi*, carminibus variis baptizantes, teste THEODORET. Hæret. fab. L. 2. c. 7.

35. *Præmitto II.* Hanc Latinorum formam: *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, legitimam et validam esse, nemo hodie, nec Protestantes, qui eadem utuntur, ambigit. Ac constat ex Conc. FLORENT. in Decr. union., TRID. Sess. 7. Can. 4., tum praxi totius occidentalis Ecclesiæ constanti.

Pariter istam Græcorum esse validam: *Baptizatur servus, vel serva N. Christi in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, modo indubium est; approbante illam pariter Conc. FLOR. in Decr. idque definiente LEONE X. in Bulla *Accepimus nuper*, an. 1521. et CLEMENTE VII. Bulla *Provisionis nostræ*, an. 1526. Nec enim quoad substantiam ab altera Latinorum discrepat; unde nunquam latina Ecclesia rebaptizat Græcos. Dico, modo; olim enim de hujus valore formæ disputatum fuit inter Theologos, quod eorum quidam putarent, Græcos forma uti deprecatoria, *baptizetur servus vel*

serva Christi. At constat ex Græcorum Euchologiis, editis ab Arcudio, ritum Græcorum peritissimo, item P. GOAR, Græcos non deprecative, sed enuntiative baptizare, utendo voce in Ritualibus præscripta, *βαπτίζου baptizatur*, non *βαπτίζεσθω baptizetur*; quin si hæc, *baptizetur*, uterentur, sensum faceret juxta Græcos imperativum.

His igitur, velut extra controversiam positus, interim præmissis, solum quaeritur 1º. utrum de essentia formæ sit, ut in ea exprimat actio baptizantis, ac proinde verba hæc apud Latinos, *Ego te baptizo*, vel apud Græcos, *baptizatur* sint de essentia formæ. 2º. Utrum ad essentiam formæ, consequenter ad valorem baptismi requiratur distincta personarum SS. Trinitatis invocatio, sive expressio; vel an valeat, vel saltem aliquando valuerit baptismus in solo nomine Christi?

36. *Dico I.* Ad valorem sacramenti requiritur, ut in forma exprimat actus baptismi; proinde non satis est dicere, *in nomine Patris*, etc. sed verba hæc, *te baptizo*, aut *baptizatur*, vel æquivalentia de essentia formæ sunt. Est certa nunc sententia contra antiquiores quosdam Theologos.

Prob. Ex ALEXAND. III., qui cap. *Si quis 1.* Extra. de Baptismo. *Si quis*, inquit, *puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen; et non dixerit; ego te baptizo, etc. puer non est baptizatus.* Equidem post decretalem hanc adhuc Theologorum aliqui sunt oppositum tuiti; at excusandi sunt, quod hanc decretalem ignorarent, quæ tempore GREG. IX. primum in collectione RAYMUNDI circa medium sec. XIII. juris publici facta est. Responsum ALEXANDRI confirmavit Concilium FLOR. in Decr. et ALEXANDER VIII. inter plures propositiones damnans hanc ordine 27. *Valuit aliquando baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti, prætermittis istis: Ego te baptizo.*

Adde perpetuam Ecclesiæ utriusque occidentalis et orientalis praxin, semper adhibentis verba actum baptismi exprimentia *baptizo*, vel *baptizatur*. Primus equidem verborum istorum formæ Latinis usitatæ, *te baptizo*, S. GREG. M. meminit sec. VI. in suo Sacramentario; verum meminit hujus formæ, non tanquam recentem a se primum inductæ, sed tanquam jam notæ et usitatæ in Ecclesia occidentali.

Rationem a priori reddit Doctor Angelicus 3. p. q. 66. a. 5. ad 2., quia cum ablutio hominis in aqua variis fieri de causis possit, oportet, ut in baptismo determinetur per verba formæ; sed per hæc præcise verba: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, nondum sufficienter illa ablutio determinatur, ut sacramentalis sit; quia in nomine Trinitatis pleræque actiones, etiam ablutio, sanitatis causa fieri potest; imo ut omnia hoc invocato nomine faciamus, nos hortatur Apostolus ad Coloss. 3.; ergo in forma actus baptismi debet exprimi.

37. *Dico II.* De essentia formæ est; proinde de necessitate sacramenti, distincta trium personarum SS. Trinitatis expressio, ut nec valeat, nec valuerit unquam aliis sub verbis, etiam Christi nomine, baptismus collatus. Est pariter communis et certa contra Magistrum Sententiarum et CAJET., in cujus tamen posterioribus editionibus doctrina hæc jussu S. PIV. expuncta fuit.

Prob. Matth. ult. Christus ipse ritum baptizandi tradens Apostolis hanc
v. p. 1.

præscripsit formam dicens: *baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; ergo hæc distincta personarum SS. Trinitatis expressio de essentia est baptismi.

Prob. Ant. Ex traditione constanti Ecclesiæ, quæ semper iudicavit, hanc distinctam personarum divinarum expressionem, vi institutionis Christi Matth. ult. cit. esse de necessitate sacramenti, ut constat inde 1^o. quod juxta num. 34. semper eos rebaptizari jussit, qui aliter, quam sub hac expressa personarum divinarum invocatione baptizati erant. 2^o. Ex SS. Patribus e quorum ordine sufficiant sequentes: TERTULL. Lib. de Bapt. cap. 13. inquit: *Lex tingendi imposita est, et forma (ritus) præscripta: Ite, docete nationes tingentes eas in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Similia S. JUSTINUS M. habet Apol. 1^a. n. 61. personas divinas aliis tantum verbis, re vero idem significantibus, efferens. S. CYPRIAN. epist. ad Jubaian. ex proposito docet (c. 48), non valere baptismum in solo Christi nomine collatum, eo quod *Christus gentes baptizari jubeat in plena et adunata Trinitate.* S. AMBROS. Lib. de Mysteriis cap. 4. n. 20. de catechumeno, *Nisi, ait, baptizatus fuerit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum.* S. CHRYSOST. hom. 20. in epist. n. 2. in illud, ad Ephes. 5. *mundans eam (Ecclesiam) lavaacro aquæ in verbo vitæ, inquit: In verbo dixit; quonam? In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti.* His adde S. HERON. L. 4. Comment. in Matth. S. ATHANASAS orat. 4. contr. Arian. n. 21. aliosque apud SUAREZ et VASQUEZ.

Prob. Cons. Quia sacramenta nostra suam præcise ab institutione Christi habent virtutem; hinc fit, ut, si quid omittatur eorum quæ Christus instituit, nullum sit sacramentum.

Ratio vero a priori sola est institutio Christi, cui addi potest hæc altera congruentiæ, quod baptismus sit sacramentum fidei, et prima ad salutem janua; ideoque omnino fuerit conveniens, illum institui sub expressione SS. Trinitatis, utpote quæ præcipuum est fidei mysterium.

Exprimende igitur sunt personæ Trinitatis consuetis Patris, et Filii, et Spiritus sancti nominibus, vel, ut valeat saltem baptismus, æquivalentibus, aut synonymis tum quoad rem, tum quoad modum significandi; Unde non valeret baptismus datus *in nomine Trinitatis*; vel datus *in nomine Dei triunitus*; etsi enim verba hæc æquivalentia sint quoad substantiam; non tamen sunt quoad modum significandi, cum personæ singulas distincte non exprimant.

38. *Obj. I.* Valuit baptismus collatus sine expressa trium personarum invocatione; ergo hæc non est de necessitate baptismi.

Prob. Ant. 1^o. Ex Scriptura sacra; nam in Christi nomine baptizasse leguntur Apostoli Act. 2. 38. ubi inquit S. Petrus: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum.* Deinde Act. 8. 12. qui Philippo evangelizanti crediderant, *in nomine Jesu Christi baptizabantur.* Pariter Act. 10. 48. S. Petrus *jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi.* Item Act. 19. 5. S. Paulus discipulos quosdam Ephesi eodem nomine baptizari jussit: *His auditis baptizati sunt in nomine Jesu*; ergo.

Prob. 2^o. Ex SS. Patribus. Ex his plures testari videntur valuisse, ac valere baptismum collatum in solo Christi nomine, velut 1. S. CYPRIAN. epist. 73.

ad Jubaianum c. 17. 18. scribens: Apostolos baptizasse Judæos in nomine Jesu; Gentiles autem in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

2. S. HILAR. Lib. de Synod. n. 83. *Ne postremo, inquit, Apostoli reperiantur in crimine, qui baptizare in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti jussi, tantum in nomine Jesu baptizaverunt.* Item S. BASILIUS Lib. 5. contra Eunom. cap. 3. (opp. t. 1. p. 299. c. 9.)

3. S. AMBROS. Lib. 1. de Spiritu sancto c. 3. n. 42. et 44. inquit: *Si unum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum... quid qui unum dixerit, Trinitatem signavit; si Christum dicas, et Deum Patrem, a quo unctus est Filius, et ipsum qui unctus est Filium, et Spiritum sanctum quo unctus est, designasti.*

4. S. BERNARDUS consultus ab Henrico Archidiacono Aurelianensi, ratusne baptismus esset periclitanti infanti sub hac forma datus: *Baptizo te in nomine Dei, et sanctæ et veræ crucis?* respondit epist. nunc 403. (opp. t. 1. p. 359. F. edit. Mabill.) affirmative, additque: *Ut enim taceam, quod in nomine Dei unam expressit substantiam Trinitatis, in eo ipso quod addidit, sanctæ et veræ crucis, manifeste commendavit Dominicam passionem.*

39. *R. N. Ant.* Ante responsionem ad probationem primam.

Observe: existimasse plures Theologos quod Apostoli solo Christi invocato nomine ex dispensatione divina baptizarent; inque hujus opinionis præsidium a quibusdam etiam advocari auctoritatem Doctoris Angelici. At allata Scripturæ loca cum commode explicari possint, illiusque dispensationis divinæ desit fundamentum solidum; non apparet, cur ad hanc recurrere necesse sit, dicereque, valuisse aliquando formam baptismi aliam ab ea, quam Christus clare expressit Matth. ult. Sed et Doctor Angelicus, si attentius expendatur, non hoc asserit, sed potius loquitur in hypothesi, supposita videlicet veritate facti, quod non examinat; ac si diceret: si verum est, quod Apostoli baptizarent in solo Jesu nomine, id ex divina dispensatione fecerunt. Unde

Ad prob. 1^{am}. R. D. Ant. Apostoli leguntur baptizasse in Christi nomine, hoc est, baptismo Christi, ritu a Christo præscripto, ad distinctionem baptismi Joannis C. in Christi nomine, id est, hoc nomine solo invocato, exclusis personis divinis aliis N. Nam Act. 19. cum Paulus Ephesi reperisset quosdam Christianos, ex iisque quæreret: *Si Spiritum sanctum accepistis credentes?* hiique responderent: *Sed neque, si Spiritus sanctus est, audivimus;* Apostolus subintulit: *In quo ergo baptizati estis?* Quibus supponit, baptismum dari tunc solitum etiam invocato nomine Spiritus sancti; quod si vero hujus invocato nomine conferretur baptismus, haud dubie etiam invocatis personis divinis aliis.

Nec dicas: Act. 8. 16. dicuntur Samaritani fuisse baptizati tantum in nomine Domini Jesu; nam particula exclusiva tantum ibi baptismum afficit, prout sacramento confirmationis opponitur, ut sensus sit: erant tantum baptizati baptismo Christi; sed nondum confirmati, sive nondum Spiritum sanctum acceperant impositione manus, hoc est, per sacramentum confirmationis. Unde v. seq. subditur: *Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.*

40. *Ad prob. 2^{am}.* R. rursus *N. Ant.* Quod ex relatis SS. PP. non evincitur; nam

Ad S. CYPRIAN. R. Ab eo personas reliquas non excludi; addit enim ibid. *Jesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi Pater omitteretur, sed ut Patri quoque Filius adjungeretur; ergo nec in baptismo Judæorum omittantur personæ cæteræ; proinde dum CYPR. inquit, Judæos baptizatos in nomine Jesu, ejus sensus est, Apostolos in baptismo Judæorum loco vocis Filii, qua secunda persona alias denotatur, usos altera æquivalenti Jesu Christi; vel sub hac forma: In nomine Patris, et Filii Domini nostri Jesu Christi, et Spiritus sancti, quacumque de causa propter Judæos; sicque CYPRIAN. bene secum concordat.*

41. Nec S. HILAR. invocationem personarum aliarum excludit. Nimirum assertit ibid. Evangelii et Actuum Apostolorum textus, sibi quoad apparentiam circa formam baptismi repugnantes, et contendit, non ideo eliminandos esse, quod apparens antilogia possit perversum sensum ingerere; ac inde infert, nec ideo vocem *δουλοῦ* debere proscribi, quod in pravum sensum detorqueri possit; utrum vero Apostoli in solo baptizarint Christi nomine, hanc quæstionem ibi nequidem attingit. En textum integrum: *Pereant quoque, si videtur (quod non ego dixerim, sed responsionis necessitas), omnia illa et sancta Evangelia salutis humanæ, ne se invicem contraria dictorum opinionem compugnent: ne missurus Dominus Spiritum sanctum ipse de Spiritu sancto natus legatur: ne mortem gladio denuntiaturus usuris; emi gladium passurus indicat: ne ad inferos descensurus, in paradiso sit cum latrone: ne postremo Apostoli reperiantur in crimine, etc. ut supra in Object. Unde S. Patris sensus est: etsi antilogia videatur esse Evangelium inter et Actus Apostolorum quoad baptismi formam; vera tamen antilogia non est; quia, etsi dicantur Apostoli in Christi baptizasse nomine, contra Christi sententiam Matth. ult.; non tamen dicitur, aut sequitur, quod baptizarint in hoc nomine solo.*

42. S. BASILIUS vero adeo non judicavit, in solo Jesu nomine Apostolos baptizasse, ut in Lib. de Spir. S. capiti 12. titulum dederit: *Adversus eos, qui dicunt, sufficere baptismum tantum in nomine Domini.* In quo et data opera assertionem nostram probandam sumpsit, monens, *neminem in fraudem inducat illud Apostoli, quod nomen Patris et Spiritus sancti in baptismatis commemoratione frequenter omittit.* Tum non valere baptismum unius solum expressione personæ declarat: *Videtur interdum et Spiritus tantum in baptismate fecisse mentionem Apostolus; omnes enim, inquit (1. Cor. 12.) in uno corpore et Spiritu baptizati sumus... At non ideo quis dixerit, perfectum esse baptismum, in quo solum Spiritus nomen invocatum est.* Lib. 13. igitur contra Eunom. cit. dum ait, Petrum hortatum Judæos, ut unusquisque baptizetur in nomine Domini Jesu, non ideo vult dicere, revera tunc Judæos baptizatos fuisse hoc solo invocato nomine, sed hæc verba Apostoli recitat, ut ostendat, ratum esse baptismum, quod in virtute et auctoritate Christi collatum; eo quod eadem sit trium personarum virtus et operatio, quod sibi sumpserat probandum, ut inde evinceret contra Eunomium, Spi-

ritum sanctum Deum esse, perinde ac Patrem, et Filium ejus Christum, quia et baptismus confertur in nomine Spiritus.

43. *Ad S. AMBROSIUM* R. cum cit. loc. non agere de baptismi forma, sed solum de fide baptizandi, docetque catechumenum percipere baptismi gratiam, si interrogatus in professione fidei, saltem unam nominet personam, modo cæteras non abneget; quia tunc, ait, *plenum est fidei sacramentum: sed hæc suscipientem, non ministrum baptismi attingit; baptismus enim non a fidei ministri, sed a suscipientibus dicebatur sacramentum fidei, qui ante baptismum interrogati faciebant professionem fidei.* Etsi vero sic dicti rebaptizantes cum S. CYPRIANO, etiam in ministro fidem esse necessariam ad baptismi valorem contenderent; nunquam tamen ea opinio S. AMBROSIUM fuit.

44. *Ad S. BERNARDUM* R. 1^o. S. BERNARDI epistolam a multis in dubium vocari; 1. quia, observante Michaelæ Baio in opusc. de form. Bapt., et Horstio, est una ex triginta, quæ sunt posterius editæ, quæ pleræque sunt dubiæ. 2. Quia teste P. MABILLON, etsi ipse genuinam pronunciet, monet tamen in Præf. ad S. BERNARDI opera, eam in paucis manuscriptis reperiri; nec in ullo alio, quam exemplari Sorbonico, eoque valde mutilo, a se repertam.

R. 2^o. Dato, esse genuinam, S. Pater hoc non ut certum, sed, ut ipse re obiter ponderata putabat, tanquam probabile, salvo alio judicio meliore, asseruit; ait enim: *breviter vobis de proposita questione respondemus, sine præjudicio tamen sanius sapientis.*

45. *Obj. II.* Auctorit. SS. Pontific. 1^o S. STEPHANUS I. decrevit contra rebaptizantes valere baptismum collatum in solo Christi nomine: item approbavit baptismum Marcionis, qui in solo hoc nomine baptizabat; ut colligitur ex epistola S. CYPRIANI 73. ad Jubaianum, n. 18.

2^o. NICOLAUS I. in responso ad consulta Bulgarorum cap. 104. de baptismo a quodam Judæo collato respondit (Labb. t. 8. p. 548. B. C.): *Hi profecto si in nomine sanctissimæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.*

46. R. 1^o. Ex epistola S. CYPR. non satis liquet, utrum STEPHAN. intelligat, vel alium; ait enim: *quidam dicunt; qui vero illi sint, non explicat.* En ejus verba loc. cit.: *Quomodo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam, imo et contra Ecclesiam, modo in nomine Jesu Christi ubicumque et quomodoecumque gentilem baptizatum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari jubeat in plena et adunata Trinitate?* Supra (n. 4.) dicit quidem, quod is, qui ad Jubaianum scripserat, etiam baptismum Marcionis, in solo Jesu Christi nomine baptizantis ratum habeat: *Prætereundum hunc locum non putavi, maxime cum in eadem epistola animadvertierim, etiam Marcionis fieri mentionem, ut nec ab ipso venientes dicat baptizari oportere, quod jam in nomine Jesu Christi baptizati videantur; sed neque ex epistola CYPR. satis potest colligi, an STEPHANUS fuerit, qui hoc ad Jubaianum scripserat, an alius?*

R. 2^o. Dato, STEPHANUM Roman. Pontificem fuisse, qui ita ad Jubaianum scripsisset, S. CYPRIANUS illius mentem in æstu illo contentionis non attingit;

sed quod STEPHANUS scripserat de baptismo in nomine Christi collato, hoc est, ritu a Christo præscripto cum invocatione SS. Trinitatis, CYPRIANUS intellexit de baptismo collato, Christi *solo* invocato nomine, in quo falli potuit. Quod vero addit de baptismo Marcionis, hoc vel CYPRIANUS ex verbis STEPHANI ita tantum intulit; vel male rursus aut intellexit, aut exposuit; si enim STEPHANUS approbasset Marcionis baptisma, id fecisset in hypothese et conditionate, si nimirum cum invocatione SS. Trinitatis baptizarent Marcionitæ, quo sensu idem aliquando asseruit S. AUG. L. 3. contra Donatist. Ratio horum est 1^o. quia in decreto STEPHANI, quod ipse recitat CYPR. epist. ad Pompei. n. 1. hæc sola extant: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad vos, nihil imoveatur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad penitentiam.* Ubi plane nihil de baptismo in Christi collato nomine. 2^o. STEPHAN. ita locutum fuisse de baptismo hæreticorum, qui tamen formam adherent evangelicam, ex epist. FIRMLI. ad CYPR. perspicitur, in qua (n. 9): *Illud quoque, inquit, absurdum, quod putant, quærendum non esse, quibus sit ille, qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi poterit, invocata Trinitate nominum Patris et Filii et Spiritus sancti;* ergo ex mente FIRMLIANI STEPHANUS approbabat baptisma hæreticorum sub conditione, quod cum invocatione Trinitatis baptizarent; sique Pontifex approbasset baptismum datum in Christi nomine, id intelligi deberet de baptismo collato juxta ritum a Christo præscriptum, verbisque evangelicis.

47. Ad 2^{um}. Communis est plurimorum responsio, NICOLAUM hæc non definiendo ex cathedra, et qua doctorem publicum; sed qua privatum asseruisse, exque privata sententia, eo quod de forma baptismi interrogatus non esset; sed tantum de ministro, utrum valeret baptismus collatus a Judæo, vel pagano? Proinde quod de forma in responso scripsit, ex privata addidit sententia; quo casu Rom. Pontifex non est infallibilis. At

Respondent alii, nec omnino absque fundamento, verba NICOLAI in objectione citata ad fidem suscipientis tantummodo pertinere, sicuti ante ad S. AMBROSII, num. 43. responsum est; non vero ad ministrum. Quippe duæ, inquit, distingui debent partes in responso Pontificis; prior est de fide baptizandi; altera de ministro; sed objecta verba ad baptizandi fidem solum referri debent:

1^o. Quia S. Pontifex provocat ad Actus Apostolorum et S. AMBROSIIUM; sed nec hic, nec illi de forma baptismi agunt. Ac S. AMBROSIIUS quidem cit. loc. non de forma baptismi agere, sed de fide suscipientium, ex contextu nequit non patere illi, qui vel mediocri attentione S. Patrem legerit. Mirum vero, si nec S. Pontifex, nec alius eorum, quorum in expediendis responsis ad 100. consulta Bulgarorum utebatur opera, id vidisset.

2^o. Idem NICOLAUS I. ab iisdem consultus Bulgaris, num essent rebaptizandi, qui a Græco quodam se presbyterum fingente fuerant baptizati, respondet præcise resp. 15. (Lab. t. 8. p. 323): *Si in nomine summæ ac individuae Trinitatis baptizati fuere, Christiani profecto sunt, et eos... iterato baptizare non convenit.* Ubi S. Pontifex certo de baptismi forma loquitur, quin addat aliquid horum: *vel tantum in nomine Christi;* ergo sola illa verba evangelica Matth. ult.: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* censebat

Pontifex constituere baptismi formam; ac dum resp. 104. hæc addidit: *vel tantum in nomine Christi*, ea cum S. AMBROSII. ad suscipientium fidem retulit; vel secus, cur solius Trinitatis meminit resp. 15. si æque his verbis, *in nomine Christi*, judicasset, verum baptisma conferri posse?

3^o. Quia in eod. resp. 104. de ministri qualitate agens verbis perspicuis significat, sibi æque ac AUG. non aliud probari baptismum, quam quod verbis evangelicis consecratur. *Jam satis, inquit ex S. AUG., ostendimus, ad baptismum, qui verbis evangelicis consecratur, non pertinere cujusquam vel dantis vel accipientis errorem, sive de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu sancto aliter sentiat, quam doctrina celestis insinuat.* Verba autem evangelica sunt illa notissima Matth. ult. *In nomine Patris*, etc. Non vero hæc: *In nomine Christi.* Quomodo igitur paucis ante lineis idem S. Pontifex de forma dixerit, ad hanc sufficere ista: *Vel in nomine Christi tantum?* Necesse igitur est, ut dicatur, in parte priore, S. Pontificem de suscipientis fide locutum esse; ac dum inquit: *A quodam Judæo* (quod nomen non Religionis, sed negotiationis hic est, ut ex ipso responso intelligitur) *nescitis utrum Christiano, an Pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis; et quid de his sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legimus, baptizati sunt* (unum quippe idemque est, sicut sanctus exponit Ambros.) *constat eos non esse denuo baptizandos;* sensus est: Hi profecto, si christiano more ac ritu abluti sunt, hoc est, si in baptismo interrogati se in Trinitatem credere confessi sint, vel tantum in Christum, sicut in Actis Apostolorum de Eunucho reginæ Candacis legimus, aliisque, unum enim idemque est juxta S. AMBROSII., rebaptizandi non sunt. Deinde vero post illa de ministro respondens docet ex AUG., ut ante, hujus errorem non baptismi valori obesse, quia baptismus non ministri fide, *sed verbis evangelicis consecratur*, sive forma in Evangelio præscripta Matth. ult.

Si dicas: Pontifex non fuerat interrogatus de fide suscipientis, sed ministri; ergo immerito explicatur de fide suscipientium; talis enim debet esse responso, qualis est interrogatio.

R. N. Cons. Non raro enim interrogantis gratia plus dici in responso solet, quam præcise petitur. Et vero, juxta adversarios, etiam non fuerat interrogatus de forma, et tamen de hac juxta ipsos respondit. Nimirum cum Bulgari interrogassent de ministri fide, S. Pontifex in gentis illius recentissime ad fidem converse, nec adhucdum satis excultæ plenioris instructionem præmittit ante de fide suscipientium, docens, quo christiano ritu debeat quis baptizari, nimirum ut ante baptizandus profiteatur, se credere in SS. Trinitatem, vel sufficere, si dicat, se credere in Christum, non negando scilicet personas reliquas, ac tum minister, quicumque sit, verbis evangelicis conferat baptismum; itaque baptizatos, ait, non esse rebaptizandos; esse vero, si baptismus evangelicis verbis non consecratur.

CAPUT II.

DE NECESSITATE BAPTISMI.

48. Duplex a Theologis distinguitur necessitas, una *medii*, altera *præcepti* dicitur. Necessarium necessitate *medii* est, quod, independenter etiam ab omni *præcepto*, sic est necessarium, ut eo, etiam inculpabiliter, omisso nequeat obtineri salus. Necessarium necessitate *præcepti* est, quod citra peccatum, quo impeditur salus, omitti non potest voluntarie. In his tamen rebus, si omittantur, a peccato excusantur *præcepti ignorantia*, tum rem *præceptam* ponendi impotentia. Circa baptismi necessitatem post Manichæos, Hermianos, aliosque, qui baptismum aquæ penitus rejecisse visi sunt, plurimum aliorum variusque error fuit.

Pelagiani sec. V. negantes originale peccatum, ad hujus deletionem necessarium esse baptismum consequenter negabant; at pressi a S. Ave. illis Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*, baptismum dicebant non nisi ad consecutionem regni cælorum esse necessarium.

Ex recentioribus hæreticis sec. XV. necessitatem baptismi inficiatus est Wicleffus, ut constat ex Sess. 13. Conc. CONSTANT., Zwinglius L. de ver. et fals. relig., Bucerus. Calvinus vero L. 4 Instit. adultis quidem necessarium ex *præcepto* baptismum asserit, non tamen necessitate *medii*, neque ad deletionem originalis, præsertim respectu parvulorum parentum fidelium, quos ipso in matris utero sanctificari contendit. Demum e Calvinismo orti Sociniani, mala matre pejor proles, baptismum nihil aliud esse inquirunt, quam Christianæ professionis externum, nudum gratiæ signum; ejus proinde ritum esse liberum; nec Matth. ult. datum esse Apostolis baptizandi, sed gentes instruendi *præceptum*; vel, si quod ibi baptismi *præceptum* sit, hoc universale non esse; sed eos afficere solos, qui ex Paganismo aut Judaismo convertuntur; nequaquam vero ex christianis jam parentibus ortos.

E Catholicis GERSON, CAJET. parvulis, quibus applicari baptismus non potest, sufficere putarunt ad salutem votum baptismi a parentibus aliisque conceptum, et præsertim signo quodam externo applicatum parvulis, puta externa precatione, aut invocatione SS. Trinitatis. Sed, quod CAJET. attinet, opinionem hanc, ceu minus fidei consonam, in illius commentariis in D. Thomam Prus V. expungi jussit.

In præsentī proinde cap. hæc pertractanda sunt: 1°. An et quomodo baptismus sit omnibus omnino hominibus, etiam fidelium liberis necessarius? 2°. An baptismus *aqua* suppleri possit per baptismum *flaminis*? 3°. An et per baptismum *sanguinis*? 4°. An Deus ex lege aliqua ordinaria, vel saltem ex speciali clementia ob parentum vota, in parvulis, quibus conferri baptismus aquæ non potest, hujus defectum suppleat?

ARTICULUS I.

AN ET QUOMODO BAPTISMUS AQUÆ SIT HOMINIBUS SINGULIS, ETIAM FIDELIUM LIBERIS, NECESSARIUS AD SALUTEM?

49. *Dico I.* Secluso casu martyrii, baptismus aquæ est omnibus ad salutem necessarius necessitate *medii*, adultis quidem in re, vel in voto, si in re suscipi non possit; infantibus vero in re. Est de fide catholica.

Prob. I. Illud est necessarium necessitate *medii* ad salutem, ut eo, etiam inculpabiliter, omisso non possit obtineri salus: atqui ita baptismus ad salutem ordinatus est, ut baptismus, etiam inculpabiliter, omisso obtineri salus non possit; ergo. *Prob. min.* Ex Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quæ sententia Christi generalis est, æque parvulos quam adultos involvens, ac respectu singulorum importans necessitatem, ac proinde de sola necessitate *præcepti* nequit intelligi, utpote ejus insuper infantes, qui tamen eadem in lege involvuntur, incapaces sunt.

CALVINI contra cit. textum exceptiones jam cum responsionibus præoccupatas vide in Tract. de Sacram. in genere, Diss. 1°. cap. 2. num. 41.

50. *Prob. II.* Ex constanti, invariata traditione Ecclesiæ, quæ elucet 1°. ex Conciliis, 2°. ex SS. Patribus, 3°. ex praxi totius Ecclesiæ, usuque.

1°. Ex CONCILII. Dogma catholicum jam pridem tradiderunt CARTHAGINENSE ANNO 416. et MILEVITANUM II. anno eod. contra Pelagianos primum apud S. AUGUSTINUM epist. 90. (al. 173.) nomine Concilii ad INNOCENTIUM I. missa, definit (n. 6.): *Quicumque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari et salutem percipere sempiternam; anathema sit.* Alterum, ut constat ex epist. hujus Concilii ad eundem summum Pontificem inter Augustinianas 32. (al. 176.) qua ab INNOCENTIO perniciosissimi erroris expostulant damnationem, quo omnino totum quod Christiani sumus nituntur evertere Pelagiani; nempe, non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam christianæ gratiæ sacramentum (ib. n. 3). Et confirmatur ex INNOCENTII ad Patres Milevitane synodi epistola, in qua sic loquitur (Labb. t. 2. p. 1288. D.): *Illud vero quod eos (Pelagianos) vestra Fraternalitas asserit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis absque baptismatis gratia posse donari, perfatuum est.* Ubi hæc: *perfatuum est*, Pelagianos attinet, quos damnaverant Milevitani Patres, ac quorum sententiam apud S. AUGUSTINUM cit. approbat Pontifex. Idem BRACCAR. III. definivit, tum FLOR. in Decr. docet, ac TRID., de quo infra.

51. 2°. Ex SS. PATRIBUS. S. IRENÆUS sec. III. infantes, docet, esse necessario baptizandos ut per eum regenti pristinæ regenerationis sordes abluant: *Omnes, ait L. 2. c. 22. n. 4. venit per semetipsum salvare (Christus): omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros.* Et L. 5. c. 15. n. 3. *Quoniam in illa plasmatione, quæ secundum*

Adam fuit, in transgressione factus (est) homo, indigebat lavaero regenerationis. At hoc de simplici necessitate præcepti accipi nequit, cujus illi parvuli incapaces sunt; ergo medii necessitas hic significatur, S. CYRILL. Hierosolymitanus sec. IV. Cath. 3. n. 10. *Si quis, ait, non baptizatur, salutem non habet præter solos martyres, qui sine aqua regno cælesti potiuntur.* S. AMBR. L. de Myster. cap. 4. n. 20. *Credit catechumenus... sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum.* Et L. 2. de Abraham. cap. 11. n. 84. de necessitate baptismi loquens: *Utique, inquit, nullum excipit, non infantem, non aliqua præventum necessitate, quæ rursus necessitatem medii important.* S. AUG. mens nemini esse dubia potest, qui ex baptismi necessitate contra Pelagianos peccatum originale constanter probat; ac præterea epist. 28. ad Hieron. (al. 166. n. 21.) hanc necessitatem medii ita discrete adstruit: *Quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine sacramenti ejus (Baptismi) participatione de vita exeunt, hic profecto et contra Apostolicam prædicationem venit, et totam condemnat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo vivificari omnino non posse.* Tum L. 3. de Anima et ejus origine cap. 9. *Noli credere, nec dicere, nec docere infantes antequam baptizentur morte præventos, pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.* Plures Patrum sententias qui volet, apud BELLARM. comperiet et SUAR.

3°. Accedit usus et praxis Ecclesiæ, utpote quæ semper, teste AUG. supra cit., fuit quam maxime sollicita, ne sine regenerationis lavaero infantes decederent; baptizandi facultatem in casu necessitatis etiam laicis, quin mulieribus indulget; sine præcepto Baptismo defunctos non creditur pertinere ad Ecclesiam, nec sepultura sacra donavit.

Hinc merito sacra Trin. Synodus docet Sess. 4. cap. 6. justificationem post promulgatum Evangelium sine lavaero regenerationis, aut ejus voto, fieri non posse: ac Sess. 7. hunc Can. 5. opposuit Novatoribus: *Si quis dixerit, baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem, anathema sit.*

Dixi in Concl. in re vel in voto. Voti autem nomine hic non venit nudum et simplex suscipiendi baptismi desiderium, aut propositum; sed actus charitatis perfectæ, vel contritionis, includens voluntatem ponendi omnia ad salutem necessaria, sicque et præsertim suscipiendi baptismi; per talem vero actum suppleri posse in adultis baptismum, si suscipi in re non possit, dabit Art. seq.; sicut et baptismus in re, vel voto suppleri aliquando potest martyrio, ut constabit ex Art. 3. Unde et in Concl. dictum: *secluso casu martyrii.*

52. Dico II. Adultis baptismus insuper necessarius est necessitate præcepti.

Prob. Matth. ult. Christus obligat sub præcepto Apostolos ad baptizandas gentes: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos,* etc. ergo et simul eo loco præcipitur gentibus, ut baptismum suscipiant; correlativa enim sunt: sicut, dum loco eodem præcipitur Apostolis, ut gentes doceant; simul gentibus præceptum datur, ut audiant.

Accedit ratio; si enim baptismus sit ad salutem necessarius omnibus necessitate medii, hoc ipso sequitur, etiam necessarium esse necessitate præ-

cepti 1°. naturalis, cum quilibet ex præcepto naturali charitatis erga se ipsum teneatur adhibere media ad salutem necessaria, 2°. divini, cum omne id, quod ex ordinatione divina est medium ad salutem absolute necessarium, etiam hoc ipso, si est in potestate nostra, sit ex præcepto divino necessarium; cum nihil potuerit præcipi magis, quam illud, sine quo obtineri salus non potest, 3°. etiam ecclesiastici, quod ex traditione et constanti Ecclesiæ praxi intelligitur.

53. Obj. I. Ex Script. sacra: 1°. Sicut Joan. 3. ait Christus: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto,* ita Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis,* etc. atqui ex Joan. 6. non sequitur Eucharistiam necessariam esse necessitate medii; ergo nec ex Joan. 3. ita necessarium baptismum esse.

2°. Filii parentum fidelium, teste Scriptura sacra, hoc ipso, quod nascantur e parentibus fidelibus, sancti sunt, et filii Dei; ergo ad salutem baptismum non egent. Prob. Ant. Nam ad Rom. 4. et 11. item ad Gal. 3. dicuntur semen Abrahæ; Deus vero Gen. 17. promisit Abrahæ, se Deum et ipsius, et ejus seminis futurum. Deinde 1. Cor. 7. 14. idem docet Apostolus: *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem; et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem; alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt;* ergo.

54. Ad 1^{am}. R. N. A. Nam 1°. ipsis in propositionibus reperitur diversitas; hæc enim: *nisi manducaveritis,* ut legenti patet, in persona secunda ad solos adultos diriguntur capaces præcepti; alia vero: *nisi quis renatus fuerit,* etc. in persona tertia dicuntur indistincte de omnibus tam adultis, quam parvulis incapacibus præcepti. Deinde baptismus institutus est, ut sit regeneratio spiritualis; regenerari vero ad spiritualem vitam est omnibus absolute necessarium; Eucharistia vero instituta est, ut spiritualis cibus sit, quo vita spiritualis conservetur, ejusque vires reparentur, si eæ deperditæ sint; sicut ad tuendam corporalem vitam, hujusque reparandas vires ordinatur corporalis cibus; sed infantes, etsi sine corporali alimento servare vitam corporalem non possint, possunt tamen sine Eucharistia servare vitam spiritualem animæ, imo nec hanc nec ejus acceptas vires deperdere possunt, quia peccati omnis, quo solo illa deperditur, incapaces sunt; ergo non est his Eucharistia necessaria. Demum illa Joan. 3. semper Ecclesia de necessitate medii, non illa Joan. 6. intellexit. (R)

55. Ad 2^{am}. R. N. A. Ad prob. 1^{am}. R. D. Dicuntur semen Abrahæ secundum carnem, sive ratione nativitatis corporalis N. secundum spiritum, vel ratione nativitatis spiritualis per baptismum C. Sic et Deus promisit se futurum Deum seminis Abrahæ, non præcise secundum carnem talis, sed spiritum, id est eorum, qui haberent fidem Abrahæ, quam, sicut olim per circumcisionem, sic nunc infantes habitualiter habent per baptismum. Responsio in ipso fundatur Apostolo ad Rom. 9. 6. dicente: *Non enim omnes, qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ; neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii*

Dei; sed qui filii sunt promissionis. Sed filii promissionis sunt, qui habent fidem patris Abrahæ, ut idem docet Apostolus ad Rom. 4. v. 10. et seqq.

Ad prob. 2^{am}. R. D. Ant. Sancti sunt sanctitate vera, sive spirituali interna N. civili, politica, sanctitatem sumendo pro legitimitate C. Varia dubia de matrimonio proposuerant Corinthii Apostolo, ut innuit hic v. 4. *de quibus autem scripsistis mihi.* Inter quæ illud erat, num valeret matrimonium fidelis cum infideli? Respondet Apostolus affirmative, probatque, quia filii non sunt spurii, sed sancti, sive legitimi. Unde non de munditia vera spirituali ac sanctitate interna, sed de civili sermo erat.

56. *Obj. II.* Ex auct. et histor. Eccles. 1^o. Orientales et Africae episcopi, qui olim cum S. CYPRIANO contendebant contra STEPHANUM Papam, nullum esse baptismum collatum ab hæreticis, controversiam hanc, juxta dicta Tract. de Sacram. in gen. Disp. 2. cap. 2. ad disciplinam pertinere putabant, ideoque aliis aliter sentientibus et libertatem sentiendi et agendi, sive non rebaptizandi relinquebant integram; quin et ipsimet rebaptizantes aliquando non rebaptizabant baptizatos ab hæreticis; ergo non censebant, necessarium ad salutem baptismum necessitate medii: secus enim, quia nullum judicabant baptismum hæreticorum, semper eos rebaptizare debuissent; nec potuissent relinquere libertatem aliis rebaptizandi tales, vel non.

2^o. In veteri Ecclesia sæpe viros magnos per plures annos degisse in catechumenatu legimus. Sic Constantinus M., teste Eusebio in ejus vita cap. 62. ac S. HIERON. in chronico, primum in extremo vitæ tempore baptizatus fuit. S. AMBROSIVS, cum adhuc in catechumenatu esset, electus fuit in Mediolanensis Ecclesie episcopum. S. MARTINVS octo annos in catechumenatu fuisse dicitur; ergo baptismus non credebatur, tantæ esse necessitatis.

3^o. Pro catechumenis sine baptismo defunctis Ecclesia offerebat preces et sacrificia, ut ex S. AMBROSIO in orat. funeb. de Valentiniano Imperatore n. 56. (opp. t. 2. part. 1^a. p. 1189.) item ex Conc. Arelat. II. can. 12. ac CARTHAGIN. IV. can. 79. colligitur; ergo censebat Ecclesia, tales salutem consequi posse. *Conf.* ex INNOCENTIO III. qui consultus ab episcopo Cremonensi, quid sentiendum de quodam presbytero, qui ignorans se baptizatum non fuisse, sine baptismo obierat, respondit: *Quia in sanctæ matris Ecclesie fide, et Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali peccato solutum, et celestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter.* cap. *Apostolicam.* 2. de Presbyt. non baptiz. Ac responsum confirmat ex S. AUGUSTINO L. 8. de civ. dicente: *Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit:* item S. AMBROSIVS ante cit. ac tandem pro presbytero illo offerri preces et hostias jubet.

4^o. Si baptismus sit necessarius omnibus necessitate medii et præcepti simul adultis; ergo et beatissima Virgo, et Apostoli baptizari debuissent: atqui tamen hi baptizati non sunt; ita enim censet TERTULLIANVS L. de Bapt. cap. 12.; ergo.

57. *Ad 1^{am}.* R. 1^o. Sicut illa S. CYPRIANI aliorumque rebaptizantium sententia de invaliditate baptismi ministrati ab hæreticis non obstat traditioni perpetuæ Ecclesie de talis valore baptismi, ita nec officeret eidem traditioni Ecclesie de baptismi necessitate, si ideo baptizatos ab hæreticis non

rebaptizassent aliquando, ac aliis rebaptizandi vel non libertatem reliquerint, quod ipsi crederent, baptismum non esse absolute necessarium; sicut enim in primo fallebantur, ita in altero falli poterant. Sed

R. 2^o. N. Cons. Non ideo rebaptizantes controversiam de valore baptismi hæreticorum esse meræ disciplinæ sentiebant, quod putarent, baptismum non esse absolute necessarium; sed quoniam, cum controversia hæc nondum esset solemnem quodam judicio Ecclesie decisa, posset quis, salva unitate Ecclesie, sentire et facere quid vellet. Vel dici potest, quod, etsi sententia sua privata judicarent, nullum esse baptismum hæreticorum, ideo aliquando non rebaptizarint baptizatos ab hæreticis, quod in redeuntibus ad Ecclesiam putarent baptismum aquæ suppleri baptismo in voto.

58. *Ad 2^{am}.* R. N. Cons. Quia alias poterant habere rationes differendi baptismi; nimirum ut se magis ad eundem per pietatis ac pœnitentiæ opera prepararent, putantes, interea baptismi votum sufficere. Si nulla simili de causa baptismum distulerint, factum hoc non laude, sed potius reprehensione dignum fuisset. Unde et Patres alii hanc dilationem omnino improbant. S. GREGORIUS NAZIANZ. acri plane in dilatores baptismi oratione invehitur. S. AMBROSIVS, teste BARONIO ad an. C. 377., de dilato baptismo postea doluit. Similia apud Patres alios legere est. Quin vetus Ecclesia clericos, quod baptismum ad extremum usque distulissent; si postea convalescent, a sacris ordinibus arcebat.

59. *Ad 3^{am}.* R. 1^o. N. Ullo solido fundamento probari posse existentiam hujus disciplinæ in Ecclesia. AMBROSIVS, fateor, preces et sacrificia pro anima Valentiniani priusquam baptismo initiaretur defuncti obtulit; sed hujus insoliti modi agendi hanc affert excusationem, quod Valentinianum regeneratum, et sanctificatum baptismo in voto suscepto existimavit, orat. cit. n. 51. Canones vero 12. Conc. Arelat. II. an. 452. (Lab. t. 4. p. 1012.) et 79. Conc. CARTHAGINENSIS IV. an. 398. (Lab. t. 2. p. 1206.) immerito prorsus nobis objiciuntur, non enim in iis de catechumenis agitur, sed de pœnitentibus, qui improvisa morte prius rapti fuerant, quam solemnem ritum Ecclesie reconciliarentur. De illis autem Conc. BRACCARENSE II. an. 563. can. 17. (Lab. t. 5. p. 841.) definitivè, *catechumenis sine redemptione baptismi defunctis, neque oblationis commemorationem, neque psallendi impendendum esse officium.*

R. 2^o. D. Cons. Ergo Ecclesia censebat illos salvari posse sine baptismo etiam in voto N. sine baptismo in re C. Tales morte præventi antequam baptizarentur in re, ob perspectum suscipiendi baptismi desiderium, meri to præsumebantur habuisse baptismum flaminis. Cæterum hoc permittebat Ecclesia pro catechumenis solum adultis, nunquam pro parvulis; sed hos sine baptismo defunctos, nec ut suos agnovit, nec Ecclesiastica donavit sepultura. Cur hoc? nisi quod baptismi flaminis incapaces essent. Dum ergo catechumenos adultos ut suos agnovit, suffragiis adjuvari posse credidit, ob eorum baptismum in voto factum est. Quanquam, observante TOURNELLO, si tales frivole distulissent baptismum, plures Ecclesie eis denegassent suffragia.

Ad Conf. Eadem est responsio. Rescripsit ita INNOCENTIUS, quod de tali presbytero non posset non judicari, habuisse illum baptismum flaminis.

Hoc etiam sensu intelligendus AUGUSTINUS est, eo casu baptismum, scilicet aquæ, *invisibiliter*, scilicet perbaptismum flaminis, suppleri.

60. *Ad 4^{um}. R. N. min.* cum communiore SS. Patrum sententia, S. AUGUSTINI epist. 108. (al. 263. n. 4.), Evodii episcopi Antiocheni post S. Petrum Apostolum, teste NICEPHORO L. 2. cap. 3. EUTHYMI in cap. 3. Joan. v. 5. (t. 3. p. 94. edit. Matthæi Lips. 1792.), aliorumque et S. THOM. hic q. 38. a. 6. Quod TERTULLIANUM attingit, is solum id dubitanter asserit dicens: *Quia illis (Apostolis) vel primæ adlectionis (hoc est, electionis a Christo in Apostolatam) et exinde individua familiaritatis prerogativa compendium baptismi (Christus) conferre posset.*

61. *Obj. III. Ex Ratione.* 1°. Quod est necessarium necessitate medii, non potest suppleri: sed baptismus suppleri potest, ut dicitur Art. 2. et 3.; ergo.

2°. In baptismo excusare potest ignorantia invincibilis; qui enim nihil unquam de baptismo audivit, non peccat, si hunc non suscipiat; ergo non est necessarius necessitate medii; quod enim sic est necessarium, in eo etiam ignorantia excusare non potest.

3°. Hæc doctrina de necessitate baptismi adversari videtur tum misericordiæ divinæ, tum voluntati sinceræ salvandi omnes: primum; quia multi infantes sua absque culpa perirent: alterum; quia his non providisset de sufficienti salutis medio; ergo.

Ad 1^{um}. R. D. M. Quod est necessarium necessitate medii summa, vel stricta; sive, ut aliis loqui placet, tanquam medium salutis internum, non potest suppleri per aliud C. quod est necessarium necessitate medii minus stricta, ut externum salutis medium N. Necessaria autem necessitate medii summa, vel stricta ad salutem sunt fides et gratia sanctificans, quia juxta præsentem Dei ordinationem requiruntur in re, nec in alio sui vicario haberi vel suppleri possunt: at baptismum Deus suppleri posse voluit per votum ipsius, et martyrium; unde hujus necessitas medii comparative ad priorem minus stricta est.

Ad 2^{um}. R. N. A. Equidem talis qui præceptum de baptismo suscipiendo inculpate ignoraret, reus non esset violati mandati, nec ideo damnaretur; sed quia nihilominus careret medio ad justificationem necessario. Hinc etiam D. A. Excusat in baptismo ignorantia, ut baptismus præceptum est C. ut est medium ad justificationem necessarium N.

Ad 3^{um}. R. N. A. Et quoad 1^{um}. membrum R. cum S. AUGUSTINO L. 2. de Don. persev. cap. 12. n. 30. tum S. PROSPERO L. 2. de Vocat. gent. cap. 20. occulta quidem Dei esse judicia, cur plures parvulos perire sinat; at tamen justissima: licet enim parvuli sine sua culpa non baptizentur, non tamen sine culpa sua pereunt, cum peccatum originale habeant; misericordiæ vero divinæ mensura non ab humano peli affectu debet, sed ex Scriptura sacra et Traditione: at hic utraque constanter ingerit illud: *Nisi quis renatus fuerit, etc.*

Quoad 2^{um}. membrum R. N. ejus rationem. Instituendo enim baptismum pro omnibus, Deus etiam parvulis secundum eorum conditionem sufficientia providit salutis media; ne vero parvulorum quis præmoriatur ante baptismum, cursum causarum naturalium non tenetur miraculo quodam inter-

cipere etiam qua provisor generalis. Respondent etiam alii, auxilia sufficientia parvulis conferri in parentibus, quibus si recte uterentur, infantes eorum pervenirent ad baptismi medium. Hæc difficultas, quæ hujus nondum loci est, pertractari solet Tr. de Deo, ejusque voluntate salvandi omnes, tum Tr. de Grat.

ARTICULUS II.

AN BAPTISMUS AQUÆ SUPPLERI POSSIT PER BAPTISMUM FLAMINIS?

62. *Præmitto.* Frequens et usitata est non apud Theologos tantum, sed etiam SS. PP. GREG. NAZIANZ. orat. 39. in sancta Lumina, contr. Donatist. c. 21. 22. AUG. L. 4. de Bapt. n. 17. BERNARD. epist. 77. ad Hugonem Victorin. c. 2. (opp. t. 1. p. 627. et seqq.) aliosque baptismi divisio in baptismum aquæ, flaminis et sanguinis, etsi duo posteriores nec sacramenta sint, nec proprie et univoce, sed solum analogice baptismata, quatenus scilicet principalem baptismi effectum, gratiam remissivam peccatorum suppleat. Proprie enim non nisi unus baptismus est, juxta illud ad Ephes. 4. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* De baptismo aquæ quid sit, satis constat ex hucusque dictis. Baptismus flaminis dicitur perfecta cordis contritio, ac quilibet charitatis perfectæ actus continens saltem implicitum baptismi votum. Flaminis vero nomen traxisse a flamine, seu Spiritu sancto videtur, cujus est ad diligendum Deum, ad pœnitendum movere cor. Queritur igitur modo, an et quatenus contritio perfecta, vel actus perfectæ charitatis suppleat baptismi vices?

63. *Dico.* Baptismus flaminis, sive perfecta in Deum charitas, perfectæve contritio vices baptismi aquæ in adultis supplet, quoad effectum ejus principalem, gratiam peccatorum remissivam.

Prob. I. Ex Scriptura sacra. Quia, post sancitam Joan. 3. necessitatem suscipiendi baptismi, Christus generaliter charitati, perfectæve contritioni adpromisit infallibiliter gratiam justificantem Joan. 14. 21. *Qui diligit me, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum; ac v. 23. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus:* sed, si ob perfectam charitatem, contritionemve infallibiliter conferatur gratia justificans, actus illi suppleat baptismi vices, quoad hujus effectum principalem; nam gratia hæc ex natura sua remissiva peccatorum est; ergo.

64. *Prob. II. Ex Conc. TRID.* quod doctrinam hanc textibus perspicuis ac repetitis inculcat: Sess. 6. cap. 4. declarans, *post Evangelium promulgatum translationem (a statu veteris Adam ad statum gratiæ) sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non posse sicut scriptum est: nisi quis renatus fuerit, etc.* Idem definit Sess. 7. de sacram. in gen. Can. 4. Ac Sess. 14. cap. 4. docet, *contritionem aliquando charitate perfectam esse contingere, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc (pœnitentiæ) sacramentum suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: sed si ea vis contri-*

Hoc etiam sensu intelligendus AUGUSTINUS est, eo casu baptismum, scilicet aqua, *invisibiliter*, scilicet perbaptismum flaminis, suppleri.

60. *Ad 4^{um}. R. N. min.* cum communiore SS. Patrum sententia, S. AUGUSTINI epist. 108. (al. 263. n. 4.), Evodii episcopi Antiocheni post S. Petrum Apostolum, teste NICEPHORO L. 2. cap. 3. EUTHYMI in cap. 3. Joan. v. 5. (t. 3. p. 94. edit. Matthæi Lips. 1792.), aliorumque et S. THOM. hic q. 38. a. 6. Quod TERTULLIANUM attingit, is solum id dubitanter asserit dicens: *Quia illis (Apostolis) vel primæ adlectionis (hoc est, electionis a Christo in Apostolatam) et exinde individua familiaritatis prerogativa compendium baptismi (Christus) conferre posset.*

61. *Obj. III. Ex Ratione.* 1°. Quod est necessarium necessitate medii, non potest suppleri: sed baptismus suppleri potest, ut dicitur Art. 2. et 3.; ergo.

2°. In baptismo excusare potest ignorantia invincibilis; qui enim nihil unquam de baptismo audivit, non peccat, si hunc non suscipiat; ergo non est necessarius necessitate medii; quod enim sic est necessarium, in eo etiam ignorantia excusare non potest.

3°. Hæc doctrina de necessitate baptismi adversari videtur tum misericordiae divinæ, tum voluntati sinceræ salvandi omnes: primum; quia multi infantes sua absque culpa perirent: alterum; quia his non providisset de sufficienti salutis medio; ergo.

Ad 1^{um}. R. D. M. Quod est necessarium necessitate medii summa, vel stricta; sive, ut aliis loqui placet, tanquam medium salutis internum, non potest suppleri per aliud C. quod est necessarium necessitate medii minus stricta, ut externum salutis medium N. Necessaria autem necessitate medii summa, vel stricta ad salutem sunt fides et gratia sanctificans, quia juxta præsentem Dei ordinationem requiruntur in re, nec in alio sui vicario haberi vel suppleri possunt: at baptismum Deus suppleri posse voluit per votum ipsius, et martyrium; unde hujus necessitas medii comparative ad priorem minus stricta est.

Ad 2^{um}. R. N. A. Equidem talis qui præceptum de baptismo suscipiendo inculpate ignoraret, reus non esset violati mandati, nec ideo damnaretur; sed quia nihilominus careret medio ad justificationem necessario. Hinc etiam D. A. Excusat in baptismo ignorantia, ut baptismus præceptum est C. ut est medium ad justificationem necessarium N.

Ad 3^{um}. R. N. A. Et quoad 1^{um}. membrum R. cum S. AUGUSTINO L. 2. de Don. persev. cap. 12. n. 30. tum S. PROSPERO L. 2. de Vocat. gent. cap. 20. occulta quidem Dei esse judicia, cur plures parvulos perire sinat; at tamen justissima: licet enim parvuli sine sua culpa non baptizentur, non tamen sine culpa sua pereunt, cum peccatum originale habeant; misericordiae vero divinæ mensura non ab humano peli affectu debet, sed ex Scriptura sacra et Traditione: at hic utraque constanter ingerit illud: *Nisi quis renatus fuerit, etc.*

Quoad 2^{um}. membrum R. N. ejus rationem. Instituendo enim baptismum pro omnibus, Deus etiam parvulis secundum eorum conditionem sufficientia providit salutis media; ne vero parvulorum quis præmoriatur ante baptismum, cursum causarum naturalium non tenetur miraculo quodam inter-

cipere etiam qua provisor generalis. Respondent etiam alii, auxilia sufficientia parvulis conferri in parentibus, quibus si recte uterentur, infantes eorum pervenirent ad baptismi medium. Hæc difficultas, quæ hujus nondum loci est, pertractari solet Tr. de Deo, ejusque voluntate salvandi omnes, tum Tr. de Grat.

ARTICULUS II.

AN BAPTISMUS AQUÆ SUPPLERI POSSIT PER BAPTISMUM FLAMINIS?

62. *Præmitto.* Frequens et usitata est non apud Theologos tantum, sed etiam SS. PP. GREG. NAZIANZ. orat. 39. in sancta Lumina, contr. Donatist. c. 21. 22. AUG. L. 4. de Bapt. n. 17. BERNARD. epist. 77. ad Hugonem Victorin. c. 2. (opp. t. 1. p. 627. et seqq.) aliosque baptismi divisio in baptismum aquæ, flaminis et sanguinis, etsi duo posteriores nec sacramenta sint, nec proprie et univoce, sed solum analogice baptismata, quatenus scilicet principalem baptismi effectum, gratiam remissivam peccatorum suppleat. Proprie enim non nisi unus baptismus est, juxta illud ad Ephes. 4. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma.* De baptismo aquæ quid sit, satis constat ex hucusque dictis. Baptismus flaminis dicitur perfecta cordis contritio, ac quilibet charitatis perfectæ actus continens saltem implicitum baptismi votum. Flaminis vero nomen traxisse a flamine, seu Spiritu sancto videtur, cujus est ad diligendum Deum, ad pœnitendum movere cor. Queritur igitur modo, an et quatenus contritio perfecta, vel actus perfectæ charitatis suppleat baptismi vices?

63. *Dico.* Baptismus flaminis, sive perfecta in Deum charitas, perfectæve contritio vices baptismi aquæ in adultis supplet, quoad effectum ejus principalem, gratiam peccatorum remissivam.

Prob. I. Ex Scriptura sacra. Quia, post sancitam Joan. 3. necessitatem suscipiendi baptismi, Christus generaliter charitati, perfectæve contritioni adpromisit infallibiliter gratiam justificantem Joan. 14. 21. *Qui diligit me, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum; ac v. 23. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus:* sed, si ob perfectam charitatem, contritionemve infallibiliter conferatur gratia justificans, actus illi suppleat baptismi vices, quoad hujus effectum principalem; nam gratia hæc ex natura sua remissiva peccatorum est; ergo.

64. *Prob. II. Ex Conc. TRID.* quod doctrinam hanc textibus perspicuis ac repetitis inculcat: Sess. 6. cap. 4. declarans, *post Evangelium promulgatum translationem (a statu veteris Adam ad statum gratiæ) sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non posse sicut scriptum est: nisi quis renatus fuerit, etc.* Idem definit Sess. 7. de sacram. in gen. Can. 4. Ac Sess. 14. cap. 4. docet, *contritionem aliquando charitate perfectam esse contingere, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc (pœnitentiæ) sacramentum suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: sed si ea vis contri-*

tionis perfectæ sit, ut hominem peccatorem baptizatum reconciliet Deo, hoc est, justificet, ante perceptionem ipsius sacramenti pœnitentiæ in re, cur non et catechumenum justificet ante baptismum?

65. *Prob. III. Ex SUMMIS PONTIFICIBUS. PIUS V. et GREG. XIII. damnarunt hanc inter propositiones Baii ordine 31. Charitas perfecta, quæ est ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta, in catechumenis et pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum. Et hanc ordine 33. Catechumenus juste, recte et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem ante obtentam remissionem peccatorum, quæ in lavacro baptismi demum percipitur; ergo. Sed et jam sec. XII. INNOC. III. consultus de Judæo, qui se ipsum baptizaverat, respondet cap. Debitum 4. de Bapt. et ejus effectu nullum equidem hunc baptismum fuisse, quod se ipsum, etsi morti proximus, baptizasset; quamvis, verba ejus sunt, si talis continuo decessisset, ad patriam protinus evolasset, propter sacramenti fidem (votum), etsi non propter fidei sacramentum.*

66. *Prob. IV. Ex SS. PATRIBUS. AMBROS. orat. funeb. in obitum Valentiniani n. 51. Non habet ergo, inquit, gratiam (regenerationis) quam desideravit? Non habet, quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit. AUG. L. 4. de Bapt. contr. Donatist. cap. 22. Invenio, inquit, non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Similia habet S. BERNARD. epist. 77. ad Hugonem de S. Victore, n. 8. aliique, quorum omnium est ratio, quod Deus ex misericordia singulari ob excellentiam actus perfectæ charitatis, hujusque intuitu voluerit esse infallibiliter conjunctam justificationis gratiam, ut ex *prob. 1^a*. patet. Hinc effectum hunc non producit actus ille ex opere operato, sacramentorum more, sed ex opere operantis, infallibiliter tamen, vi divinæ promissionis, et velut privilegii.*

Dixi in *Concl. quoad effectum principalem*; quoad effectum enim secundarium, qui est pœnæ omnis peccate debitæ remissio, quod et suppleat baptismus flaminis baptismum aquæ, nullum habetur sive in Scriptura sive in Patribus asserendi fundamentum; quin contrarium sentire videntur, cum e Patribus plures cum solo baptismo flaminis defunctos adjuvari velint Ecclesiæ suffragiis, ut S. AMBROS. Valentinianum.

67. *Obj. I. Ex Scriptura. 1^o. Lex illa Christi Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, universalis est; ergo.*

2^o. S. Paulus Act. 9. indubie charitatem ac contritionem perfectam habuerat, cum diceret: Domine, quid me vis facere? atqui tamen nondum justificationis gratiam obtinuerat, ut ex Act. 22. colligitur, ubi Ananias dicit ad eumdem: *Exurge, baptizare, et abluere peccata tua.*

3^o. Cornelius Centurio quoque videtur perfectam habuisse charitatem in Deum Act. 10. nec tamen justificatus est antequam baptismum perciperet, ut sentire videtur S. AUG. L. 1. de divers. Quæst. ad Simplicianum q. 2. n. 2. ubi, in quibusdam, inquit, tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cælorum, sicut in catechumenis, sicut in ipso

Cornelio, antequam sacramentorum participatione incorporaretur Ecclesiæ... Fiunt inchoationes quedam fidei conceptionibus similes; non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est.

68. *Ad 1^{um}. R. Explico: Lex illa generalis est absolute pro omni casu N. alioquin nec baptismus sanguinis suppleret baptismum aquæ: limitata per aliam Christi legem C. Qui enim generaliter dixerat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, idem postea generaliter edixit: Qui diligit me, diligitur a Patre meo. Itaque semper generalem illam Christi legem, nisi quis renatus, etc. intellexit Ecclesia de baptismo aquæ vel in re, vel in voto.*

69. *Ad 2^{um}. R. N. min. Nec contrarium probant Ananiæ verba; nam 1^o. recte adhuc dicere poterat baptizare; quia obtenta etiam per contritionem justificationis gratia, nihilominus suscipiendi sacramenti obligatio manet. Deinde per baptismum debebat incorporari Ecclesiæ. 2^o. Abluere peccata; tum quia Ananias ignorare poterat justificationem internam Pauli; tum quia contritio non est ex se æque deletiva omnis pœnæ, sicut baptismus; tum demum quia, dum de sacramento baptismi vel pœnitentiæ agitur, nec minister nec suscipiens præsumere justificationem ut certam debent, cum contritio justificativa nec adeo frequens, nec facilis sit.*

70. *Ad 3^{um}. R. C. M. N. min. Nam v. 22. dicitur justus; etsi vero justificatus esset, baptizari tamen debuit; etenim, inquit S. AUG. L. 4. de Bapt. contra Donatist. cap. 21., Cornelius, si etiam Spiritu sancto jam accepto, baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret. In q. 2. igitur ad Simplic. cit. notat varios in Cornelio gradus justificationis, nascentis, proficientis, et adultæ. Initio quidem in Cornelio erant solum inchoationes fidei conceptionibus duntaxat adhuc similes; sed postea ad eam perfectionem venit, ut ante adhuc baptismum justificationis gratiam obtineret.*

71. *Obj. II. Ex SS. Patribus. 1^o. S. AMBROS. L. de Myster. cap. 4. n. 20. Credit, inquit, catechumenus... sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum. Similia habet L. 2. de Abraham c. 11. n. 84.*

2^o. S. AUG. variis in locis videtur sentire contrarium. Nam 1. Tr. 13. in Joan. n. 7. *Quantumcumque, ait, catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat: non illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum.* 2. Tr. 4. in Joan. n. 13. rursus inquit de catechumeno: *Omnia peccata super illum sunt, et nisi venerit ad salutarem baptismum... cum omni sua excellentia non potest intrare in regnum cælorum.* 3. L. de Unit. Eccl. cap. 22. n. 62. *Utrunque necessarium est ad regnum Dei adipiscendum, et baptismus et justitia.* 4. L. 2. de peccator. meritis, cap. 26. *Sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum in regnum cælorum.* 5^o. idem relatus Dist. 4. de Consecr. Can. 37. *Catechumenus, dicit, quamvis in bonis operibus defunctus, vitam æternam habere non credimus.*

3^o. *Explicitis verbis negat S. GREG. NAZ. orat. 40. n. 23. ad vim baptismi obtinendam, ipsius desiderio teneri satis esse. Cui consentit S. FULGEN. epist. 12. ad Ferrand. Diac. c. 8. n. 19. et L. de Fide ad Petrum cap. 3. (opp.*

p. 519.) ubi ita loquitur: *Absque sacramento baptismatis, præter eos, qui in Ecclesia catholica sine baptismo pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum caelorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam.*

72. Ad 1^{um}. R. S. AMBROS. in priori loco de iis loquitur catechumenis, qui de sua sibi justitia velut blandientes, sine causa baptismum differentes negligebant; sic vero rei fiebant contempti sacramenti, peccabantque. In altero loco ei de infantibus sermo est; sed his, secluso martyrio, absolute ad salutem necessarius est baptismus in re.

73. Ad 2^{um}. R. N. ASSERT. Ad 1^{um}. textum R. S. AUG. de iis solum loquitur, qui de sua justitia confisi contemnunt, vel negligunt baptismum tanquam sibi jam inutilem; adeoque vera contritione et charitate carebant ob defectum voti efficacis suscipiendi sacramentum, sine quo tamen contritio et charitas non justificant, ut constat ex TRID. cit. prob. 2^a; sed et insuper contempti sacramenti fiebant rei. Responsio ex ipso sumpta AUG. est; cit. enim loco Tr. 13. n. 6. ante objecta verba inquit: *Quare oportebat ut Dominus baptizaretur? Quia multi (Catechumeni) contempturi erant baptismum, eo quod jam majore gratia præditi viderentur, quam viderent alios fideles. Verbi gratia, jam continenter vivens catechumenus contemneret conjugatum, et diceret se meliorem quam ille sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo: Quid mihi opus est accipere baptismum, ut hoc habeam quod et iste, quo jam melior sum? Sed superbus hujusmodi catechumenus, quantumlibet se proficere credat, revera adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat; nec de hujusmodi hic quæstio est.*

Ad 2^{um}. textum eadem est responsio.

Ad 3^{um}. textum Explico cum D. Baptismus vel in re, vel in voto, et justitia C. baptismus præcise in re subd. ordinarie loquendo, extra casum necessitatis et impotentiae C. pro hoc casu N. In casu vero necessitatis et impotentiae sufficere juxta AUG. baptismum in voto, constat ex ejus relata ante sententia de CORNELIO. Extra vero casum hunc necessarius est baptismus in re, non quod perfecta contritio et charitas non justificent ante baptismum, sed quia, dum percipi baptismus potest, tamen negligitur, vel contemnitur, hoc ipso peccatur, justitiæque amittitur. Eodem modo similes aliæ tum AUG., tum S. BERN. epist. 77. ad Hugonem Victorinum aliorumque Patrum sententiæ explicantur.

Ad 4^{um}. textum Explico: Sanctificatio perfecta non valet catechumeno ad intrandum regnum caelorum N. imperfecta C. De hac posteriore, qua catechumeni præparantur ad baptismum, ut manuum impositione, signo crucis, etc. S. AUG. sermo est, ex hac sanctificatione catechumeni probare volenti veritatem dicti illius Apostoli 1. Cor. 7. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem*; sed hæc sanctificatio imperfecta est, ad veram non nisi dispositio.

Ad 5^{um}. R. ERRONEE GRATIAN. Canonem huic S. AUG. tribuit, sumptum ex L. de Dogmat. Ecclesiast. cap. 74. cujus non S. AUG., sed GENNADIUS Massiliensis auctor est, Semipelagianus, ac nullius proinde auctoritatis.

74. Ad 3^{um}. R. Sunt, qui utrumque S. Patrem benigne interpretari conantur,

dicendo, eos de iis loqui, qui contritione perfecta carent, nec habent baptismum in voto. Non moror laudabiles conatus. Quidquid vero sit; permisso, quod ita senserint, alios opponimus illis Patres cum reverentia; tum maxime definitiones Ecclesiæ, quibus et potius, et necessario adhærendum est.

ARTICULUS III.

AN ET QUOMODO BAPTISMUS SANGUINIS, SIVE MARTYRIUM SUPPLEAT VICES BAPTISMI AQUÆ?

75. Præmitto. Martyrium, sive μαρτύριον ex vi nominis idem est, quod Latinis testimonium; unde martyres testes fidei sunt in Ecclesia. Martyrium vero baptismi sanguinis nomen tulit, quod communius et ordinarie fuso sanguine peragatur. Definitur vero martyrium: *Perpressio mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi fide, aut virtute christianæ fidei.* Unde duo sunt de essentia martyrii: primum velut materiale, mors ipsa, vel cruciatus illativus mortis; alterum velut formale, mortis illius, vel cruciatus illatio ex odio fidei, vel propter opus aut virtutem christianæ fidei. Hinc et duæ in martyrio requiruntur personæ: 1^o. Martyr, seu persona mortem, vel cruciatum naturaliter illativum mortis pro Christo patiens: 2^o. Mortem vel cruciatum talem inferens, et persecutor dicitur; nemo enim martyr se ipsum occidendo fit; imo hoc nulla de causa licet, hocque graviter in Donatistis reprehendit S. AUG., et damnat Ecclesia.

Explicatur amplius definitio. Dicitur 1^o. *perpressio mortis, vel cruciatus lethalis*, hoc est ejusmodi, qui de se causativus doloris, et naturalis illativus mortis est. Hinc stat martyrii gloria, quando a tortore ponitur causa inferens dolorosam mortem, etsi et dolorem et mortem per miraculum impediatur Deus. Unde Ecclesia S. Joannem Evangelistam, item S. Theclam colit cum veros martyres, licet prior ex ferventis olei dolio, altera ex cruciatibus lethaliibus variis incolumis plane evaserit, ac tandem in ætate gravi morte non violenta, sed naturali obierit. E contra martyribus nondum accensentur, qui fervens solum pro Christo moriendi habent desiderium, aut cruciatum qualemcumque, non lethalem perpressi; nec qui peste infectis ex charitate serviendo contracta lue moriuntur, tametsi hoc genus mortis juxta SS. Patres parum distet a splendore martyrii.

2^o. *Pro Christi fide*, quia, ut inquit S. AUG. serm. 2. in Ps. 34. n. 13. *Martyres non facit pena, sed causa.* Et martyr vere esse Christianus debet, sive in nullo a recta fide dissentire pertinaciter. Unde hæreticus, etsi pro certo alias fidei articulo occumbat, haud tamen martyr est.

3^o. *Vel virtutem christianæ fidei*, sive pertinentem ad doctrinam et religionem christianam: Hinc martyrum accensentur choro ab Ecclesia: S. THOMAS Cantuariensis ob asserta Ecclesiæ jura: S. JOANNES NEPOMUC. ob servatum confessionis sacramentalis sigillum: variæ novi Testamenti virgines, mori eligentes potius, quam libidini cedere. Nec refert, a quo inferatur mors, vel cruciatus. Sic et iudex necatus a catholico, quod a sententia justa decedere nollet, verus martyr est. Contra vero bonus latro cum Christo crucifixus verus martyr non est, quia nec propter fidem, nec veram virtutem passus.

p. 519.) ubi ita loquitur: *Absque sacramento baptismatis, præter eos, qui in Ecclesia catholica sine baptismo pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum caelorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam.*

72. *Ad 1^{um}.* R. S. AMBROS. in priori loco de iis loquitur catechumenis, qui de sua sibi iustitia velut blandientes, sine causa baptismum differentes negligebant; sic vero rei fiebant contempti sacramenti, peccabantque. In altero loco ei de infantibus sermo est; sed his, secluso martyrio, absolute ad salutem necessarius est baptismus in re.

73. *Ad 2^{um}.* R. N. ASSERT. *Ad 1^{um}.* textum R. S. AUG. de iis solum loquitur, qui de sua iustitia confisi contemnunt, vel negligunt baptismum tanquam sibi jam inutilem; adeoque vera contritione et charitate carebant ob defectum voti efficacis suscipiendi sacramentum, sine quo tamen contritio et charitas non justificant, ut constat ex TRID. cit. *prob. 2^a*; sed et insuper contempti sacramenti fiebant rei. Responsio ex ipso sumpta AUG. est; cit. enim loco Tr. 13. n. 6. ante objecta verba inquit: *Quare oportebat ut Dominus baptizaretur? Quia multi (Catechumeni) contempturi erant baptismum, eo quod jam majore gratia præditi viderentur, quam viderent alios fideles. Verbi gratia, jam continenter vivens catechumenus contemneret conjugatum, et diceret se meliorem quam ille sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo: Quid mihi opus est accipere baptismum, ut hoc habeam quod et iste, quo jam melior sum? Sed superbus hujusmodi catechumenus, quantumlibet se proficere credat, revera adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat; nec de hujusmodi hic quæstio est.*

Ad 2^{um}. textum eadem est responsio.

Ad 3^{um}. textum Explico cum D. Baptismus vel in re, vel in voto, et iustitia C. baptismus præcise in re subd. ordinarie loquendo, extra casum necessitatis et impotentiae C. pro hoc casu N. In casu vero necessitatis et impotentiae sufficere juxta AUG. baptismum in voto, constat ex ejus relata ante sententia de CORNELIO. Extra vero casum hunc necessarius est baptismus in re, non quod perfecta contritio et charitas non justificent ante baptismum, sed quia, dum percipi baptismus potest, tamen negligitur, vel contemnitur, hoc ipso peccatur, iustitiæque amittitur. Eodem modo similes aliæ tum AUG., tum S. BERN. epist. 77. ad Hugonem Victorinum aliorumque Patrum sententiæ explicantur.

Ad 4^{um}. textum Explico: Sanctificatio perfecta non valet catechumeno ad intrandum regnum caelorum N. imperfecta C. De hac posteriore, qua catechumeni præparantur ad baptismum, ut manuum impositione, signo crucis, etc. S. AUG. sermo est, ex hac sanctificatione catechumeni probare volenti veritatem dicti illius Apostoli 1. Cor. 7. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem*; sed hæc sanctificatio imperfecta est, ad veram non nisi dispositio.

Ad 5^{um}. R. ERRONEE GRATIAN. Canonem huic S. AUG. tribuit, sumptum ex L. de Dogmat. Ecclesiast. cap. 74. cujus non S. AUG., sed GENNADIUS Massiliensis auctor est, Semipelagianus, ac nullius proinde auctoritatis.

74. *Ad 3^{um}.* R. Sunt, qui utrumque S. Patrem benigne interpretari conantur,

dicendo, eos de iis loqui, qui contritione perfecta carent, nec habent baptismum in voto. Non moror laudabiles conatus. Quidquid vero sit; permisso, quod ita senserint, alios opponimus illis Patres cum reverentia; tum maxime definitiones Ecclesiæ, quibus et potius, et necessario adhærendum est.

ARTICULUS III.

AN ET QUOMODO BAPTISMUS SANGUINIS, SIVE MARTYRIUM SUPPLEAT VICES BAPTISMI AQUÆ?

75. *Præmitto.* Martyrium, sive μαρτύριον ex vi nominis idem est, quod Latinis testimonium; unde martyres testes fidei sunt in Ecclesia. Martyrium vero baptismi sanguinis nomen tulit, quod communius et ordinarie fuso sanguine peragatur. Definitur vero martyrium: *Perpessio mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi fide, aut virtute christianæ fidei.* Unde duo sunt de essentia martyrii: primum velut materiale, mors ipsa, vel cruciatus illativus mortis; alterum velut formale, mortis illius, vel cruciatus illatio ex odio fidei, vel propter opus aut virtutem christianæ fidei. Hinc et duæ in martyrio requiruntur personæ: 1^o. Martyr, seu persona mortem, vel cruciatum naturaliter illativum mortis pro Christo patiens: 2^o. Mortem vel cruciatum talem inferens, et persecutor dicitur; nemo enim martyr se ipsum occidendo fit; imo hoc nulla de causa licet, hocque graviter in Donatistis reprehendit S. AUG., et damnat Ecclesia.

Explicatur amplius definitio. Dicitur 1^o. *perpessio mortis, vel cruciatus lethalis*, hoc est ejusmodi, qui de se causativus doloris, et naturalis illativus mortis est. Hinc stat martyrii gloria, quando a tortore ponitur causa inferens dolorosam mortem, etsi et dolorem et mortem per miraculum impediatur Deus. Unde Ecclesia S. Joannem Evangelistam, item S. Theclam colit cum veros martyres, licet prior ex ferventis olei dolio, altera ex cruciatibus lethaliibus variis incolumis plane evaserit, ac tandem in ætate gravi morte non violenta, sed naturali obierit. E contra martyribus nondum accensentur, qui fervens solum pro Christo moriendi habent desiderium, aut cruciatum qualemcumque, non lethalem perpessi; nec qui peste infectis ex charitate serviendo contracta lue moriuntur, tametsi hoc genus mortis juxta SS. Patres parum distet a splendore martyrii.

2^o. *Pro Christi fide*, quia, ut inquit S. AUG. serm. 2. in Ps. 34. n. 13. *Martyres non facit pena, sed causa.* Et martyr vere esse Christianus debet, sive in nullo a recta fide dissentire pertinaciter. Unde hæreticus, etsi pro certo alias fidei articulo occumbat, haud tamen martyr est.

3^o. *Vel virtutem christianæ fidei*, sive pertinentem ad doctrinam et religionem christianam: Hinc martyrum accensentur choro ab Ecclesia: S. THOMAS Cantuariensis ob asserta Ecclesiæ jura: S. JOANNES NEPOMUC. ob servatum confessionis sacramentalis sigillum: variæ novi Testamenti virgines, mori eligentes potius, quam libidini cedere. Nec refert, a quo inferatur mors, vel cruciatus. Sic et iudex necatus a catholico, quod a sententia justa decedere nollet, verus martyr est. Contra vero bonus latro cum Christo crucifixus verus martyr non est, quia nec propter fidem, nec veram virtutem passus.

Hinc S. Aug. dum cum vocat martyrem, vocem hanc in sensu improprio et latiore sumit.

Quæritur nunc, an martyrium suppleat vires baptismi aquæ 1º. in infantibus, 2º. in adultis, et in his 3º. sub qua dispositione?

76. *Dico I.* Martyrium supplet vices baptismi aquæ 1º. in infantibus, et 2º. in adultis, 3º. tam quoad remissionem omnis culpæ, quam pœnæ.

Prob. 1ª. p. de infantibus 1º. Matth. 10. generaliter affirmat Christus: *Qui confitetur me coram hominibus, confitebor et ego coram Patre meo... Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam; ergo. Nec dicas: parvuli nequeunt confiteri Christum; nam etsi non ore confiteantur Christum, ex mente tamen Ecclesiæ confitentur opere, juxta illud ejusdem de infantibus ab Herode occisis: qui non loquendo, sed moriendo Christum confessi sunt. Deinde, etsi pars prior non spectaret ad parvulos; at eos tamen comprehendit promissio Christi altera æque generalis: Qui perdidit animam suam propter me.*

2º. Ex Traditione et mente Ecclesiæ, quæ elucet 1. hinc, quod infantes pro Christo ab Herode occisos colat ut martyres: nec dici potest, eos per circumcisionem jam fuisse justificatos antea; nam imprimis de singulis id non videtur credibile. Deinde nec, si hoc daretur, argumentum vim haberet, quia Ecclesia illos colit ut martyres, sive sanctos, sanctitate non ob circumcisionem, sed mortem pro Christo toleratam obtenta. 2. Ex consensu Patrum, qui citra distinctionem parvulos inter et adultos, hanc vim martyrii attribuunt, quorum textus nunc in *prob. p. 2ª.* accipe.

77. *Prob. 2ª. p. 1º.* Ex SCRIPTURA. S. Matth. 10. ante cit., quæ Christi promissio repetitur Luc. 9., Marc. 8., item Joan. 12.

2º. Ex auctoritate SS. PATRUM. E quibus Auctor Constitut. Apostol. L. 5. cap. 5. de martyrio, quod catechumenus subit loquens, *Cruciatu*, inquit, *quo est propter Deum affectus, erit illi verior baptismus.* TERTULLIAN. L. de Bapt. cap. 16. *Est quidem nobis etiam secundum lavacrum, unum et ipsum, sanguinis scilicet, de quo Dominus: Habeo, inquit, baptismo tingui, cum jam tinctus fuisset... Hic est baptismus, qui lavacrum et non acceptum representat, et perditum reddit.* S. AUG. L. 13. de Civ. cap. 7. *Quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis.* Eadem energia loquuntur de martyrio S. CYRILL. Hierosolymit. Catech. 3. n. 10., S. CYPR. epist. 73. ad Jubaian. n. 21. ac de unit. Eccl. et passim alibi; tum alii Patres ne uno, quantum constat, contradicente. Amplius hæc pars constabit simul ex *prob. seq.*

78. *Prob. 3ª. p.* Ex TRADITIONE et sensu constanti Ecclesiæ, præsertim de pœna; nam de culpa nemini dubium esse potest, ex jam dictis. Sensus vero ille Ecclesiæ inde elucet, tum quod pro nullo martyre oret, aut quævis offerat suffragia; quin orare pro martyribus, horum interpretetur injuriam, ut dicitur cap. *Cum Marthæ* §. 2. de celebr. Miss. sumpto ex S. AUG. Tr. 84. in Joan. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre.* Tum quod ipso ostendat facto, per martyrium majorem conferri gratiam, quam per ipsum bapti-

smum aquæ, dum martyres prosequitur honore singulari ut specialiter sanctos, illos etiam, qui recenter conversi pro Christo mortem obierunt; imo infantes pro Christo occisos, quod honoris genus nulli impendit, qui solo cum baptismo decessit. Ex quibus omnibus colligitur, martyrium conferre adultis gratiam supra eorum meritum, ac tam culpæ omnis, quam pœnæ deletivam.

79. *Dico II.* Martyrium supplet baptismum aquæ, quoad remissionem culpæ omnis et pœnæ quasi ex opere operato.

Prob. Martyrium, ex dictis, baptismum aquæ supplet in infantibus quoad omnem effectum: atqui sic hunc non supplet in illis ex opere operantis; hujus enim incapaces sunt; ergo aliqua ratione ex opere operato. Deinde, etiam quoad adultos, martyrium confert gratiam supra meritum operantis; si quis enim gravissimorum criminum reus in odium fidei subito rapiatur ad mortem, plectatur capite, vel transfodiatur, et remissionem omnis culpæ et pœnæ consequitur ex dictis: sed pœna hæc non est satisfactio proportionata tot ex supposito sceleribus enormibus; nec videtur iis in circumstantiis, quibus adeo maturatur mors, tam intensa elici posse contritio, cui tanta respondeat gratia; ergo hoc casu operatur martyrium supra meritum operantis; proinde quasi ex opere operato, ut sentiunt Patres, dum negant, orandum esse pro martyre.

Dixi: *quasi ex opere operato*, hoc est, per modum operis operati, vel ex opere operato æquivalenter, sive, ut alii loqui malunt, ex benevolentia et privilegio singulari, quo Deus voluit, ut, qui propter Deum perdidit animam, inveniat eam. Non vero ex opere operato sacramentorum more, sive formaliter; hæc enim ex opere operato causant gratiam, quatenus continent Christi merita, suntque actiones Christi moraliter propriæ, cujus nomine fiunt, sicque ab eo institutæ; non sic occisio fidelis in odium fidei.

80. *Dico III.* In adultis ad obtinendum martyrii effectum necessario debita requiritur dispositio. Ac quidem

1º. Consensus in martyrium, sive acceptatio mortis saltem *habitualiter* voluntaria; quia vel spectatur martyrium, ut est actus virtutis, nimirum fortitudinis; et sic certum est, acceptationem requiri internam, ut actus ille liber et honestus sit. Vel ut est medium vim velut ex opere operato justificandi habens; atque ita rursus necessaria est acceptatio in adultis, quos Deus, non nisi volentes, in amicitiam admittit; sicut et ex dictis Tr. de sacram. in gen. in sacramentorum susceptione voluntas eorum saltem habitualis ideo requiritur.

2º. Acceptatio mortis pro Christo ex motivo honesto, eoque supernaturali per fidem proposito procedere debet; esse enim actus virtutis supernaturalis debet, cum secus vi justificandi in adultis pollere non possit, juxta ea, quæ alibi in Theologia traduntur, et S. HIERONYMUM in cap. 5. ad Gal. v. 14. (opp. t. 7. p. 499.) *Si ita martyrium fecerimus, ut nostras velimus ab hominibus reliquias honorari; si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, et substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium, quam pœna debetur; et persidie magis tormenta sunt, quam corona victoriæ.* Hinc quoque consequitur, hæreticorum

non posse esse martyrem; cum enim fidem non habeat, actus supernaturalis eliciendi incapax est.

3^o. Ut martyr non resistat, aut se, vi tyranno opposita, defendat; sed mors patienti, hoc est, non resistenti inferatur, ut Patres passim monent, ac TERTULLIANUS notat L. 4. contra Marcionem cap. 39. *Nemo oves appellat eos qui in bello armati, et ipsi eadem feritate certantes cadunt: sed qui in sua proprietate, atque patientia dedites potius semetipsos quam vindicantes, trucidantur.* Christus quippe, exemplar martyrum, *sicut ovis ad occisionem ductus est.* Isaia 53. 7. Unde Christiani milites, qui contra infideles fidei causa dimicantes caesi bello cadunt, etsi plurimum mereantur, veri tamen martyres non sunt, ut tenent Theologi communissime contra S. ANTONIUM; suffragante sensu Ecclesiae, quae, teste BARONIO in notis ad Martyrolog., tales nunquam pro martyribus habuit, coluitve.

4^o. In peccatore insuper necessaria est poenitentia, quae sit ad minus attritio. Ratio a paritate sacramenti baptismi et poenitentiae sumitur, quorum utrumque, ut effectum suum primum, sive gratiam primam conferat ex opere operato, dolorem exigit de peccatis; ergo a fortiori dolor et retractatio peccatorum ad effectum martyrii requiritur; cum sacramenta illa sint media ad justificationem peccatoris per se instituta; martyrium vero ad modum specialis privilegii. Dixi: *ad minus attritio*; nam

81. *Dico IV.* Probabilius est per se, et speculative loquendo, baptismum sanguinis, sive martyrium vim justificandi adultos habere independentem ab actu charitatis, vel contritionis perfectae, idque ex privilegio singulari ac velut ex opere operato. Ita SUAR. de Baptism. Disput. 39. sect. 3^a. concl. 2^a. ac communius hodie Theologi contra alios, praesertim antiquiores.

Prob. I. Ex SCRIPTURA SACRA. Haec, ut ex relatis *Concl. 1.* et *2.* textibus constat, salutem hoc ipso promittit, quod quis vitam pro Christo ponat, citra mentionem charitatis, vel actus alterius; ergo.

Prob. II. Ex SS. PATRIBUS qui pariter, ut ex eorum supra liquet sententiis, martyrium comparant baptismum fluminis, eandemque illi vim attribuunt; ergo sicut baptismus fluminis sine actu charitatis delet culpam et poenam omnem in adultis caetera dispositis, ita et martyrium. Deinde juxta Patres ipse baptismus sanguinis secundum se peccata abluit, deletque; at falsum hoc foret, si ad illum necessario praerquiratur contritio perfecta, vel charitas; sic enim non baptismus sanguinis, sed praevia perfecta contritio, aut charitas peccata remitteret.

Prob. III. RATIONE. 1^o. Quia, si martyrium non nisi dependenter ab actu charitatis justificaret, sequeretur, frustra distingui baptismum in baptismum fluminis, fluminis, et sanguinis, cum ea ratione baptismus fluminis cum altero sanguinis confunderetur, quod est tum contra Patres supra relatos, tum communem sensum fidelium; mors enim nihil, quod haberet rationem baptismi, actui charitatis superadderet; nec per martyrium delerentur peccata aliter, quam per quodvis opus aliud bonum ex charitate positum.

2^o. De facto, infantibus in odium fidei occisis independentem a charitatis actu confertur gratia; ergo actus hic de essentia martyrii non est; cognita vero semel ejus vi, non est cur eadem martyrio negetur in adultis, ut in

his obicem non ponentibus omnis culpae poenaeque deletivum sit: atqui hi vere attriti obicem nullum ponunt, uti neque in baptismo fluminis. Neque dicas: hoc argumento probari nimium, scilicet adultum peccatorem justificari per martyrium etiam sine attritione, cum sine hac justificentur infantes; nam argumento dato id solum contenditur, quod martyrium suppleat baptismum fluminis, ac sicut hic prodest infantibus sine ullo eorum actu, adultis vero sine contritione, licet non sine attritione, sic quoque martyrium.

82. *Obj. 1. cont. Concl. 1^{am}. 1^o.* TRIDENTINUM Sess. 6. cap. 4. docet, justificationem in lege nova non posse fieri sine lavacro regenerationis, aut ejus voto; ergo excludit martyrium.

2^o. Infantes non sunt capaces martyrii; hoc enim est actus fortitudinis, qui consistere non potest sine rationis usu. Deinde mors pro Christo tolerata martyrii gloriam non meretur, nisi acceptata sit: sed acceptionis infantes incapaces sunt, utpote nondum valentes dare consensum.

3^o. Ex paritate rationis allatae pro infantibus sequeretur, eos etiam in matris utero occisis justificari: at hoc dicere videtur inconveniens; ergo.

Ad 1^{am}. R. D. A. Ita docet spectatis mediis ordinariis a Christo institutis C. extraordinariis N. Deinde sacra Synodus eo loco contra haereticos agit, asserentes, parvulos sola etiam parentum fide, sine baptismo in re salutem consequi.

Ad 2^{am}. R. Quoad 1^{am}. membrum D. A. Non sunt capaces martyrii, si hoc sumatur pro acceptione interna mortis C. si pro morte ipsa ob Christum obita N. *Rationem additam etiam D.* Est actus fortitudinis vel realis, vel elicited C. necessario elicited *subd.* in adultis C. in infantibus N. Generaliter enim asseruit Christus: *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam*; sed vere infantes hujusmodi perdunt realiter pro Christo animam; in adultis tamen hic, sicut et in baptismo, plus exigitur, quam parvulis.

Quoad 2^{am}. membrum N. M. universaliter. In adultis quidem acceptatio haec necessaria est; in parvulis, qui nullius actus liberi capaces sunt, sufficit, eos propter Christum occidi. *Unde, verba sunt S. THOMAE 2. 2. q. 124. a. 1. ad 1., sicut in pueris baptizatis per gratiam baptismalem meritum Christi operatur ad gloriam obtinendam; ita et in occisis propter Christum, meritum martyrii Christi operatur ad palmam martyrii obtinendam.* Dici etiam potest parvulos profiteri pro Christo fidem, acceptando mortem non voluntate propria qua carent, sed voluntate aliena Ecclesiae: sicut quoque, juxta S. AUGUSTINUM serm. 14. de verbis Apostoli (al. 294. c. 18. n. 17.) parvuli in baptismo credunt aliena fide Ecclesiae: *Credit in altero, qui peccavit in altero.*

Ad 3^{am}. R. C. M. N. min. Si replices: Hac ratione plus tribuitur baptismum sanguinis, quam ipsi lavacro aquae, cum hoc infanti, nisi nato prodesse nequeat; ille vero eidem necdum nato prodesse possit; sed hoc absurdum est; ergo.

R. N. min. Cum enim martyrium mortem Christi non in figura solum exprimat, ut baptismus aquae, sed in ipsa rei veritate, non mirum, si et ad plures extendi possit, et specialem eis aureolam promereri; quandoquidem, etsi nondum nati, vere perdunt suas pro Christo animas.

83. *Obj. II. cont. Concl. 4^{am}.* S. Scriptura negat inesse vim martyrio justificandi citra actum charitatis; ergo. *Prob. Ant. 1^o.* A. ad Cor. 13. ait Apostolus: *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; ergo.* 2^o. Joan. 13. Christus ipsemet inquit: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; ergo necessario martyrium ex charitate procedere debet.*

R. *N. Ant. Ad prob. 1^{am}.* R. 1^o. ad litteram. Si charitatem non habuero, hoc est, actum virtutis illius theologicæ N. charitatem proximi *subd.* hæc, non habuero, sumendo negative N. contrarie, ut sensus sit: si proximum oderim, vel schismata et dissensiones foveam, nihil mihi proderit, quidquid pro Christo patiar C. Talibus enim, nisi hæc delicta pœnitentia, quæ saltem sit attritio, retractent, revera nihil proderit martyrium. Hæc expositio est ad mentem et scopum Apostoli, reprehendentis Corinthios ob dissensiones inter eosdem et schismata.

R. 2^o. Permisso etiam gratis, sermonem eo loci de vera charitate esse, explico cum D. Si charitatem precise *actualement* non habuero N. alioquin enim si existens in gratia ex solius motivo religionis, vel etiam ex gehennæ metu se potius pateretur comburi vivum, quam idolo thus adoleret, hoc ipsum nihil prodesset, quod perspicue falsum est: charitatem vel actualement, vel *habitualement*, quamque vel supponat, vel saltem causet, posita etiam sola attritione, cum qua martyrium ex attrito facit contritum C. Posita requisita dispositione martyrium ipsum causat charitatem habitualement, unde hanc in martyre non præsupponit necessario. Quod si vero ex defectu dispositionis hanc charitatem habitualement nequidem causaret, tunc nec fides, nec contestatio fidei per mortem quidquam prodesset.

Ad prob. 2^{am}. R. *N. Cons.* Non enim hoc loco Christus aut docet, aut supponit, martyrium ex essentia sua debere imperari a charitate; sed sensus juxta verba, ut jacent, est: inter actus externos nullus est, quo quis magis testetur suum erga alterum amorem, quam si pro eo vitam ponat. Ex quo non sequitur, quod acceptatio mortis in martyre imperari necessario a charitate debeat; etsi plerumque ex motivo dilectionis procedere soleat, præsertim si mors subeat pro homine, quia respectu hominis non facile dabitur motivum aliud impellens ad actum tam difficilem; at respectu Dei, vel Christi impellere motiva alia possunt, puta Religionis et similia.

Si porro dicas: Christus Matth. 10. de martyrio loquens non obscure exigit, ut procedat ex charitatis imperio, cum dicat: *Qui perdidit animam suam propter me; illæ enim particule charitatem sonant.*

R. *N. Ass.* et *rationem;* sed potius causalitatem illatæ mortis a tyranno, scilicet ex odio Christi et Evangelii, denotant, ut colligitur ex Marc. 8. 35. ubi additur: *et propter Evangelium.* Præterea verba illa Patres de parvulis æque ac adultis intelligunt; nec est ratio, cur ad hos solos restringantur. Igitur causam illatæ mortis significant; nempe ex odio Christi et Evangelii ex parte tyranni mortem inferentis; ex parte martyris vero, si adultus sit, intentionem, vel voluntatem confitendi ipsa morte Christum ejusque fidem.

84. *Obj. III. Ex SS. Patribus. 1^o.* S. CYPRIANUS epist. 34. n. 4. *Nec quisquam dicat: qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo*

necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem; ergo S. Pater censet, martyrium solum ad salutem non sufficere.

2^o. S. AUGUSTINUS L. 3. de Bapt. contra Donatist. cap. 16. docet, martyrium sine charitate nec esse martyrium, nec prodesse.

3^o. S. THOMAS 3. p. q. 66. a. 12. ad 2. *Effusio,* inquit, *sanguinis non habet rationem baptismi, si sit sine charitate: ex quo patet, quod baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, et non e converso; ergo.*

Ad 1^{am}. R. *D. Cons.* S. Pater censet, non sufficere martyrium iis, qui baptismum negligentia gravi culpabilique omittebant C. aliis N. Qui baptismum recipere potest, eum tamen negligit martyrii quod sperat intuitu, peccat, gravissimam Christi legem velut contemnens, nullumque, nisi hanc ipsam negligentiam ante martyrium pœnitentia eluat, ex martyrio fructum consequitur. Sed aliud est de aliis, qui recipere ante martyrium baptismum nequeunt; eorum enim, ait CYPRIAN. ipse epist. 38., *peccata omnia passione purgantur.*

Ad 2^{am}. R. *Explico:* Per charitatem hic intelligendo actum, quo Deus super omnia diligitur N. charitatem, qua quis conjungitur cum vera Christi Ecclesia C. Vult, martyrium non prodesse illis, qui se ab Ecclesia separant, ejus unitatem seindunt, ut hæretici et schismatici, quales erant Donatistæ, quos immerito ait provocare ad suos martyres, ut probent, penes se esse Ecclesiam, cum ipsi se ab Ecclesiæ separarint unitate, a qua scissi non possint esse martyres.

Ad 3^{am}. R. *Explico:* Non habet rationem martyrii sine charitate prævia N. saltem concomitante, sive cum tali dispositione, ad quam sequatur gratia vel charitas causata a martyrio C. Nam, inquit idem, Quod l. 4. a. 12., posse reperiri martyrium sine charitatis imperio; et in 4. Dist. 4. q. 3. a. 3. *Baptismus sanguinis non habet hoc* (quod liberet ab omni culpa et pœna), *tantum ex opere operantis, sed hoc habet ex imitatione passionis Christi.*

Cæterum, non obstantibus hucusque disputatis, in praxi tenetur peccator afficiendus martyrio, confiteri, si possit, aut saltem elicere contritionem perfectam, quantum potest, et ad minus existimatam; tum quia in articulo mortis tenetur homo ad actum dilectionis perfectæ ex præcepto charitatis erga Deum, tum ex præcepto charitatis erga se ipsum; cum sic quilibet obligetur pro mortis tempore ad salutis media, quæ habent securiora, ne secus se exponat salutis discrimini; si enim vera sit sententia negans, inesse vim justificandi martyrio sine charitate, non liberabit eum sententiæ affirmantis probabilitas, neque bona ipsius fides. Unde dictum in Concl. *loquendo per se, et speculative.*

ARTICULUS IV.

AN EX LEGE ALIQUA ORDINARIA, VEL CLEMENTIA ALIQUA SPECIALI SUPPLEAT DEUS DEFECTUM BAPTISMI IN PARVULIS OB PARENTUM VOTA, VEL FIDEM?

85. *Dico.* De facto, sive in præsentia providentia Deus nec ex lege aliqua ordinaria, nec ex peculiari clementia ob parentum vota, vel fidem, in parvulis supplere defectum baptismi, secluso martyrio, dici potest. Contra antiquiores quosdam Theologos,

83. *Obj. II. cont. Concl. 4^{am}.* S. Scriptura negat inesse vim martyrio justificandi citra actum charitatis; ergo. *Prob. Ant. 1^o.* A. ad Cor. 13. ait Apostolus: *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; ergo.* 2^o. Joan. 13. Christus ipsemet inquit: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; ergo necessario martyrium ex charitate procedere debet.*

R. *N. Ant. Ad prob. 1^{am}.* R. 1^o. ad litteram. Si charitatem non habuero, hoc est, actum virtutis illius theologicæ N. charitatem proximi *subd.* hæc, non habuero, sumendo negative N. contrarie, ut sensus sit: si proximum oderim, vel schismata et dissensiones foveam, nihil mihi proderit, quidquid pro Christo patiar C. Talibus enim, nisi hæc delicta pœnitentia, quæ saltem sit attritio, retractent, revera nihil proderit martyrium. Hæc expositio est ad mentem et scopum Apostoli, reprehendentis Corinthios ob dissensiones inter eosdem et schismata.

R. 2^o. Permisso etiam gratis, sermonem eo loci de vera charitate esse, explico cum D. Si charitatem precise *actualem* non habuero N. alioquin enim si existens in gratia ex solius motivo religionis, vel etiam ex gehennæ metu se potius pateretur comburi vivum, quam idolo thus adoleret, hoc ipsum nihil prodesset, quod perspicue falsum est: charitatem vel actua-lem, vel *habitualem*, quamque vel supponat, vel saltem causet, posita etiam sola attritione, cum qua martyrium ex attrito facit contritum C. Posita requisita dispositione martyrium ipsum causat charitatem habitua-lem, unde hanc in martyre non præsupponit necessario. Quod si vero ex defectu dispositionis hanc charitatem habitua-lem nequidem causaret, tunc nec fides, nec contestatio fidei per mortem quidquam prodesset.

Ad prob. 2^{am}. R. *N. Cons.* Non enim hoc loco Christus aut docet, aut supponit, martyrium ex essentia sua debere imperari a charitate; sed sensus juxta verba, ut jacent, est: inter actus externos nullus est, quo quis magis testetur suum erga alterum amorem, quam si pro eo vitam ponat. Ex quo non sequitur, quod acceptatio mortis in martyre imperari necessario a charitate debeat; etsi plerumque ex motivo dilectionis procedere soleat, præsertim si mors subeat pro homine, quia respectu hominis non facile dabitur motivum aliud impellens ad actum tam difficilem; at respectu Dei, vel Christi impellere motiva alia possunt, puta Religionis et similia.

Si porro dicas: Christus Matth. 10. de martyrio loquens non obscure exigit, ut procedat ex charitatis imperio, cum dicat: *Qui perdidit animam suam propter me; illæ enim particule charitatem sonant.*

R. *N. Ass.* et *rationem*; sed potius causalitatem illatæ mortis a tyranno, scilicet ex odio Christi et Evangelii, denotant, ut colligitur ex Marc. 8. 35. ubi additur: *et propter Evangelium.* Præterea verba illa Patres de parvulis æque ac adultis intelligunt; nec est ratio, cur ad hos solos restringantur. Igitur causam illatæ mortis significant; nempe ex odio Christi et Evangelii ex parte tyranni mortem inferentis; ex parte martyris vero, si adultus sit, intentionem, vel voluntatem confitendi ipsa morte Christum ejusque fidem.

84. *Obj. III. Ex SS. Patribus. 1^o.* S. CYPRIANUS epist. 34. n. 4. *Nec quisquam dicat: qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo*

necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem; ergo S. Pater censet, martyrium solum ad salutem non sufficere.

2^o. S. AUGUSTINUS L. 3. de Bapt. contra Donatist. cap. 16. docet, martyrium sine charitate nec esse martyrium, nec prodesse.

3^o. S. THOMAS 3. p. q. 66. a. 12. ad 2. *Effusio*, inquit, *sanguinis non habet rationem baptismi, si sit sine charitate: ex quo patet, quod baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, et non e converso; ergo.*

Ad 1^{am}. R. *D. Cons.* S. Pater censet, non sufficere martyrium iis, qui baptismum negligentia gravi culpabilique omittebant C. aliis N. Qui baptismum recipere potest, eum tamen negligit martyrii quod sperat intuitu, peccat, gravissimam Christi legem velut contemnens, nullumque, nisi hanc ipsam negligentiam ante martyrium pœnitentia eluat, ex martyrio fructum consequitur. Sed aliud est de aliis, qui recipere ante martyrium baptismum nequeunt; eorum enim, ait CYPRIAN. ipse epist. 38., *peccata omnia passione purgantur.*

Ad 2^{am}. R. *Explico:* Per charitatem hic intelligendo actum, quo Deus super omnia diligitur N. charitatem, qua quis conjungitur cum vera Christi Ecclesia C. Vult, martyrium non prodesse illis, qui se ab Ecclesia separant, ejus unitatem seindunt, ut hæretici et schismatici, quales erant Donatistæ, quos immerito ait provocare ad suos martyres, ut probent, penes se esse Ecclesiam, cum ipsi se ab Ecclesiæ separarint unitate, a qua scissi non possint esse martyres.

Ad 3^{am}. R. *Explico:* Non habet rationem martyrii sine charitate prævia N. saltem concomitante, sive cum tali dispositione, ad quam sequatur gratia vel charitas causata a martyrio C. Nam, inquit idem, Quod l. 4. a. 12., posse reperiri martyrium sine charitatis imperio; et in 4. Dist. 4. q. 3. a. 3. *Baptismus sanguinis non habet hoc* (quod liberet ab omni culpa et pœna), *tantum ex opere operantis, sed hoc habet ex imitatione passionis Christi.*

Cæterum, non obstantibus hucusque disputatis, in praxi tenetur peccator afficiendus martyrio, confiteri, si possit, aut saltem elicere contritionem perfectam, quantum potest, et ad minus existimatam; tum quia in articulo mortis tenetur homo ad actum dilectionis perfectæ ex præcepto charitatis erga Deum, tum ex præcepto charitatis erga se ipsum; cum sic quilibet obligetur pro mortis tempore ad salutis media, quæ habent securiora, ne secus se exponat salutis discrimini; si enim vera sit sententia negans, inesse vim justificandi martyrio sine charitate, non liberabit eum sententiæ affirmantis probabilitas, neque bona ipsius fides. Unde dictum in Concl. *loquendo per se, et speculative.*

ARTICULUS IV.

AN EX LEGE ALIQUA ORDINARIA, VEL CLEMENTIA ALIQUA SPECIALI SUPPLEAT DEUS DEFECTUM BAPTISMI IN PARVULIS OB PARENTUM VOTA, VEL FIDEM?

85. *Dico.* De facto, sive in præsentia providentia Deus nec ex lege aliqua ordinaria, nec ex peculiari clementia ob parentum vota, vel fidem, in parvulis supplere defectum baptismi, secluso martyrio, dici potest. Contra antiquiores quosdam Theologos,

Prob. I. Ex una enim parte et ex Scriptura sacra, et ex traditione certum est, Deum legem tulisse universalem, neminem, secluso martyrio, salvatum iri sine baptismo, juxta illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.*; ex altera vero parte nec ex Scriptura sacra nec traditione, nec auctoritate, nec ratione potest prudenter colligi, Deum sive ex lege aliqua ordinaria, sive clementia peculiari supplere in parvulis ob parentum fidem aut preces baptismi defectum; ergo nec asseri istud debet. Sicut generaliter in rebus, quæ a divino liberoque pendent arbitrio, nihil est sine positivo fundamento asserendum positive.

Nec dicas: Sententia illa Christi Joan. 3. ut generalis videtur, tamen restringi eam debere, aliunde tenemus, et patet ex dictis de baptismo fluminis et sanguinis; ergo et sic restringi potest per legem Dei, vel singularem clementiam salvandi ejusmodi parvulos; nam

R. Non tenet hæc consequentia; si quidem prioris restrictionis fundamentum Christus ipse suppeditat, qui legem tulit Joan. 3. ut constat ex Articulis præcedentibus, praxi sensuque Ecclesiæ; at fundamentum prorsus nullum pro restrictione altera usquam reperire est. Quin contrarium colligitur ex Patribus et Ecclesiæ praxi. Nam

86. *Prob. II.* S. AUGUSTINUS L. 2. contr. duas epist. Pelag. c. 6. n. 11. quod subinde piæ matris parvulus ad baptismum non perveniat, dum contra baptismi gratiam accipit proles immundissimæ matris, in occulta Dei judicia refundit: at frustra hoc, si ob piæ matris fidem, precesve baptismi defectum Deus suppleret. Idem S. Doctor L. 2. de Peccator. merit. et remiss. c. 27. n. 43. decretorie affirmat, *neminem in suo parente renasci potuisse non natum*: porro iterum id falsum esset, si ob parentum preces baptismi defectum suppleret Deus. S. PROSPER CARMIN. de ingrat. c. 29. absolute enunciat: *Sanctis genitoribus ortos nullo salvari studio potuisse suorum*; ergo nec parentum oratione, nec fide. Patres passim respectu parvulorum, secluso martyrio, strictissimam asserunt baptismi necessitatem, ut secus negent, eos salutem posse consequi; recale eorum sententias supra Art. 1. de necess. Bapt., præsertim illam S. AUGUSTINI L. 3. de anima et ejus origine cap. 9. Demum contrariæ opinioni repugnat praxis sensusque Ecclesiæ, adeo sollicitæ, ne parvuli priventur salutaris lavacro baptismatis; hujus vero sollicitudinis simul causam reddit AUGUSTIN. epist. 28. (al. 166. n. 21.) *Propterea cum baptizandis parvulis festinatur, et curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo vivificari non posse, dum scilicet non instat martyrium, quod unum S. Pater excipit Art. præc.; ergo, AUGUSTINO teste, credidit Ecclesia non vivificari parvulos vel fide, vel votis parentum fidelium.*

87. *Dices 1º.* Etiam Patres videntur sentire, fidem parentum nunc quoque in Lege nova prodesse parvulis; ergo. *Prob. Ant.* Nam 1º. S. AUGUSTINUS epist. 23. (al. 98. n. 2.) ad Bonifacium, *ut possit, inquit, regenerari parvulus per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, facit hoc unus Spiritus, ex quo regeneratur oblatus.* 2º. S. BERNARDUS epist. 77. c. 2. n. 9. *Dignum est, et ad Dei spectat benignitatem, ut, quibus fidem ætas negat propriam, gratia prodesse concedat alienam.*

R. D. A. Patres videntur sentire fidem prodesse parvulis, ut per eam

justificentur absque baptismo N. in baptismo C. Quia fides parentum facit, ut hi parvulos suos ad baptismum offerant consecrandos. Deinde S. AUG. et S. BERNARD. id solum volunt, in parvulis non requiri fidem actualem propriam, sicut in adultis; sed hanc ex benignitate Dei suppleri per fidem Ecclesiæ.

88. *Dices 2º.* In Lege naturæ et scripta poterant salvari parvuli per fidem parentum; ergo et multo magis salvari sic potuerunt in Lege nova; virtus enim fidei non est in hac imminuta.

R. N. Cons. Quod in Lege nova parvuli parentum fide justificari nequeant, non ex imminuta virtute fidei, sed inde est, quod nunc præcepto fidei additum sit præceptum baptismi, nullumque modo nisi vel per actus proprios, vel per sacramenti velit justificationis gratiam et salutem consequi. Sicut etsi præceptorum observatio sufficiat ad salutem seculari, religioso tamen necessaria simul et consiliorum evangelicorum observatio, non quia in hoc lex moralis est minoris efficacæ, sed ratione obligationis additæ per professionem religiosam.

Si dicas: inde sequi, saltem in Lege gratiæ deteriorem factam esse conditionem parvulorum, quam fuisset olim in Lege naturæ et mosaica; in hac enim ad eorum salutem sufficit parentum fides, adjuncto quodam signo externo sensibili; nunc vero eorum salus uni baptismo adstringitur; ergo.

R. N. *illatum, et Prob. Cons.* Status enim alicujus, vel religionis major minorve felicitas æstimanda non est ex aliquorum duntaxat aut rei cujusdam in particulari commodo vel incommodo, sed quid communiter et universim sit magis expediens. At communiter ac respectu parvulorum universim baptismus nunc magis expediens est; 1º. Quia, licet in aliquibus casibus, sit difficilis, communiter tamen est omnibus facilis, ac religione christiana per mundum diffusa plures baptismum recipiunt; nec a fide et probitate ministri pendet; contra olim supernaturalis fides fuit rarior. 2º. Baptismi gratia longe uberior est, illico jus conferens ingrediendi cælum statim, si quem mori post baptismum contingat. 3º. Demum multi etiam parvuli expirare poterant, ante applicatum circumcisionis ritum, qui, ex præscripto legis, octavo a partu die debebat impendi parvulis, sicut nunc ante baptismum, qui tamen eo simul privilegio gaudet, ut statim a partu conferri possit. Sed et in lege naturæ nullum obiisse parvulum antequam ejus legis applicaretur remedium, credibile non est.

89. *Dices 3º.* Infans in utero matris per hujus salvatur martyrium; ergo et per hujus fidem salvari poterit. Deinde si peccatum alienum Adæ noceat infantibus ad horum damnationem, cur non et aliena fides, puta patris, iis prosit ad salutem?

Ad 1ºm. R. N. A. Sed salvatur per martyrium proprium.

Ad 2ºm. R. Peccatum non est infantibus alienum atque extrinsecum, sed cuilibet proprium, cujusvis nostrum voluntate in Adamo, humani generis capite, inclusa, in quo proin peccante peccaverunt omnes. At fides parentis infantibus in ordine ad justificationem non est propria, sed penitus extrinseca; nec ullo modo in rebus, quæ ordinis supernaturalis sunt, pater est

caput familiæ, vel filii. Cur vero Adamus sic fuerit caput humani generis; non vero pater in ordine sive ad peccatum sive ad gratiam sit caput morale filii, ratio tota voluntas divina est, nobis declarata per Scripturam sacram et Ecclesiam.

90. *Dices 4º.* Durum est dicere, omnes illos parvulos sine baptismo decedentes æternum damnari; ergo potius amplectenda est sententia contraria, utpote quæ magis clementiam Dei commendat.

R. Parvuli tales non damnantur injuste, utpote habentes culpam originalem; nec propterea præcise vero similis habenda sententia, quod commendare videatur divinam clementiam; alias argumento eodem contendere Calvinista posset, infantes salvari, quia a parentibus fidelibus nati. Nimirum sicut non est commendanda pietas, quæ non est secundum scientiam; ita nec doctrina quæ non est secundum Scripturas sacras, et Traditionem. Cæterum cum damnatio alias communiter geminam pœnam importare soleat, 1º. *pœnam damni*, hoc est, privationem visionis beatificæ, 2º. *pœnam sensus*; controvertunt Doctores etiamnum, qualis futura sit parvulorum sine baptismo decedentium damnatio? quisve eorum post hanc vitam status? Pro quo

Observe: In hoc omnes (uti ex modo dictis debent) concordare esse; parvulos sine baptismo decedentes ad visionem beatificam non admitti, sed excludi a cœlesti gloria, lege a Christo lata: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum.* Joan. 3. Quæ lex duas solum exceptiones patitur, quas ipse Legislatores divinus fecit; baptismum flaminis et sanguinis; tertiam vero nec Scriptura novit, nec Traditio. Quoad reliquum vero horum parvulorum statum, opinionibus scinduntur et sententiis.

1º. Alii infantibus sine baptismo decedentibus beatitudinem aliquam naturalem, ut PIGHIUS, CATHARINUS apud BELLARMINUM t. 4. l. 6. cap. 2. quibus accessit CARDINALIS SFONDRATUS L. cui titulus: *Nodus prædestinationis dissolutus* part. 1. §. 1. num. 13. dicens: *parvulos, qui sine baptismo decedunt, cœlesti quidem regno, quasi paternæ culpæ reos, nec expiatis excludi; non tamen excludi naturalibus bonis; et a peccatis præservari, æternoque supplicio, quo si adolescerent puniendi essent, etc.* Contra quam sententiam graviter expostularunt quinque Galliæ præsules, datis idcirco ad INNOCENTIUM XII. anno 1697. 7. Calendas Martii litteris; quibus respondit Pontifex 6. Maii, ejusdem anni, se rem commisisse Theologorum examini, ut, quod justum esset, decernere valeret. At nullum a S. Sede, de quo constet, judicium emanavit. Quidquid sit de hac sententia, beatitudo saltem naturalis proprie sic dicta displicet plerisque Theologis cæteris, ac merito; sicut enim beatitudo supernaturalis stare nequit cum aversione habituali a Deo, ut auctore supernaturali; sic neque beatitudo naturalis cum aversione habituali a Deo, ut hic auctor naturæ est; hæc enim in libera conversione et amicabile, ac unione cum Deo ut auctore naturæ consistit: atqui ob peccatum originale parvuli a Deo, etiam ut auctore naturæ habitualiter aversi sunt; Adamus enim peccando a Deo non solum ut auctor supernaturalis est, sed quoque ut est auctor naturæ aversus fuit; siquidem omnis peccans, etiam contra Deum ut auctorem naturæ delinquit, cum lex naturalis præcipiat, parendum esse

superiori legitime præcipienti. *Subs.* sed qualis in Adamo actualis fuit aversio a Deo, talis est habitualis in infantibus nondum baptismo ablatis.

2º. Alii contra rigidiorum amplexi partem infantes ejusmodi non solum pœnæ damni, sed etiam sensus subjiciunt. Invaluit hæc opinio post Pelagii ortam hæresin, etiam variorum accessu Patrum, ut tanto amplius se opponerent nefario Pelagianorum dogmati, asserentium, nullum dari originale peccatum; proinde infantibus ad hoc delendum, vel remittendam iis aliquam pœnam, baptismum haud esse necessarium.

3º. Post sec. XII. vero postquam Magister SENTENTIARUM, S. THOMAS AC SCOTUS mitiorem propugnarunt sententiam, infantes sine baptismo defunctos, etsi pœnam damni sustineant, altera tamen sensus immunes esse, hæc ferme ubique in scholis primatum tenuit. Hanc, ne actum agamus, propugnatam vide Tr. de Peccat.

CAPUT III.

DE BAPTISMI MINISTRO, SUBJECTO, EFFECTIBUS.

Multiplicem contra errorem hic disputatio superest. Baptismi solemniter conferendi ministerium feminis etiam proprium fecisse Marcionitas, Pepuzianos, Collyridianos, S. EPIPHAN. refert hæc. 42. (opp. t. 1. p. 305. B.), 49. (ibid. p. 418. C.) et 79. (ibid. p. 4088. B.), notatque TERTULL. L. de Bapt. cap. 17. Quam mulierum arrogantiæ repressit CONC. CARTHAG. IV. Can. 100. Nec in necessitate baptizare debere laicos contendit CALVIN. L. 4. Institut. cap. 15. §. 20. Sed et antiquiores quosdam Patres, qui rebaptizantes dicti, eodem habuisse loco collatum a laico baptismum, quo datum ab hæretico, S. BASIL. refert epist. Canon. ad Amphilocho. can. 1. Pædo-Baptismum, sive illum parvulorum, ut Waldenses et Cathari olim, Anabaptistæ persequuntur. Quoad baptismi effectum quoque quædam est heterodoxos inter et Catholicos dissensio. De his igitur singulis, aliisque inter Theologos orthodoxos controversis nunc agendum est.

ARTICULUS I.

QUIS SIT MINISTER BAPTISMI?

91. *Præmitto.* Baptismi administratio una est sollemnis et publica, olim quidem certis affixa temporibus Paschatis et Pentecostes; altera privata, quæ ad exigentiam necessitatis fieri quovis tempore et loco sine ceremoniis ecclesiasticis potest. Unde duplex baptismi minister est: unus *sollemnitatis*, qui baptismum cum præscriptis in Ecclesia ceremoniis confert et ritibus; alter *necessitatis*, qui illum prætermittis ceremoniis in necessitate administrat. Minister sollemnitatis rursum duplex est: *ordinarius*, qui est ex officio, sive

caput familiæ, vel filii. Cur vero Adamus sic fuerit caput humani generis; non vero pater in ordine sive ad peccatum sive ad gratiam sit caput morale filii, ratio tota voluntas divina est, nobis declarata per Scripturam sacram et Ecclesiam.

90. *Dices 4^o.* Durum est dicere, omnes illos parvulos sine baptismo decedentes æternum damnari; ergo potius amplectenda est sententia contraria, utpote quæ magis clementiam Dei commendat.

R. Parvuli tales non damnantur injuste, utpote habentes culpam originalem; nec propterea præcise vero similis habenda sententia, quod commendare videatur divinam clementiam; alias argumento eodem contendere Calvinista posset, infantes salvari, quia a parentibus fidelibus nati. Nimirum sicut non est commendanda pietas, quæ non est secundum scientiam; ita nec doctrina quæ non est secundum Scripturas sacras, et Traditionem. Cæterum cum damnatio alias communiter geminam pœnam importare soleat, 1^o. *pœnam damni*, hoc est, privationem visionis beatificæ, 2^o. *pœnam sensus*; controvertunt Doctores etiamnum, qualis futura sit parvulorum sine baptismo decedentium damnatio? quisve eorum post hanc vitam status? Pro quo

Observe: In hoc omnes (uti ex modo dictis debent) concordare esse; parvulos sine baptismo decedentes ad visionem beatificam non admitti, sed excludi a cœlesti gloria, lege a Christo lata: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum cœlorum.* Joan. 3. Quæ lex duas solum exceptiones patitur, quas ipse Legislatores divinus fecit; baptismum flaminis et sanguinis; tertiam vero nec Scriptura novit, nec Traditio. Quoad reliquum vero horum parvulorum statum, opinionibus scinduntur et sententiis.

1^o. Alii infantibus sine baptismo decedentibus beatitudinem aliquam naturalem, ut PIGHIUS, CATHARINUS apud BELLARMINUM t. 4. L. 6. cap. 2. quibus accessit CARDINALIS SFONDRATUS L. cui titulus: *Nodus prædestinationis dissolutus* part. 1. §. 1. num. 13. dicens: *parvulos, qui sine baptismo decedunt, cœlesti quidem regno, quasi paternæ culpæ reos, nec expiatis excludi; non tamen excludi naturalibus bonis; et a peccatis præservari, æternoque supplicio, quo si adolescerent puniendi essent, etc.* Contra quam sententiam graviter expostularunt quinque Galliæ præsules, datis idcirco ad INNOCENTIUM XII. anno 1697. 7. Calendas Martii litteris; quibus respondit Pontifex 6. Maii, ejusdem anni, se rem commisisse Theologorum examini, ut, quod justum esset, decernere valeret. At nullum a S. Sede, de quo constet, judicium emanavit. Quidquid sit de hac sententia, beatitudo saltem naturalis proprie sic dicta displicet plerisque Theologis cæteris, ac merito; sicut enim beatitudo supernaturalis stare nequit cum aversione habituali a Deo, ut auctore supernaturali; sic neque beatitudo naturalis cum aversione habituali a Deo, ut hic auctor naturæ est; hæc enim in libera conversione et amicabile, ac unione cum Deo ut auctore naturæ consistit: atqui ob peccatum originale parvuli a Deo, etiam ut auctore naturæ habitualiter aversi sunt; Adamus enim peccando a Deo non solum ut auctor supernaturalis est, sed quoque ut est auctor naturæ aversus fuit; siquidem omnis peccans, etiam contra Deum ut auctorem naturæ delinquit, cum lex naturalis præcipiat, parendum esse

superiori legitime præcipienti. *Subs.* sed qualis in Adamo actualis fuit aversio a Deo, talis est habitualis in infantibus nondum baptismo ablatis.

2^o. Alii contra rigidiorum amplexi partem infantes ejusmodi non solum pœnæ damni, sed etiam sensus subjiciunt. Invaluit hæc opinio post Pelagii ortam hæresin, etiam variorum accessu Patrum, ut tanto amplius se opponerent nefario Pelagianorum dogmati, asserentium, nullum dari originale peccatum; proinde infantibus ad hoc delendum, vel remittendam iis aliquam pœnam, baptismum haud esse necessarium.

3^o. Post sec. XII. vero postquam Magister SENTENTIARUM, S. THOMAS AC SCOTUS mitiorem propugnarunt sententiam, infantes sine baptismo defunctos, etsi pœnam damni sustineant, altera tamen sensus immunes esse, hæc ferme ubique in scholis primatum tenuit. Hanc, ne actum agamus, propugnatam vide Tr. de Peccat.

CAPUT III.

DE BAPTISMI MINISTRO, SUBJECTO, EFFECTIBUS.

Multiplicem contra errorem hic disputatio superest. Baptismi solemniter conferendi ministerium feminis etiam proprium fecisse Marcionitas, Pepuzianos, Collyridianos, S. EPIPHAN. refert hæc. 42. (opp. t. 1. p. 305. B.), 49. (ibid. p. 418. C.) et 79. (ibid. p. 4088. B.), notatque TERTULL. L. de Bapt. cap. 17. Quam mulierum arrogantiæ repressit CONC. CARTHAG. IV. Can. 100. Nec in necessitate baptizare debere laicos contendit CALVIN. L. 4. Institut. cap. 15. §. 20. Sed et antiquiores quosdam Patres, qui rebaptizantes dicti, eodem habuisse loco collatum a laico baptismum, quo datum ab hæretico, S. BASIL. refert epist. Canon. ad Amphilocho. can. 1. Pædo-Baptismum, sive illum parvulorum, ut Waldenses et Cathari olim, Anabaptistæ persequuntur. Quoad baptismi effectum quoque quædam est heterodoxos inter et Catholicos dissensio. De his igitur singulis, aliisque inter Theologos orthodoxos controversis nunc agendum est.

ARTICULUS I.

QUIS SIT MINISTER BAPTISMI?

91. *Præmitto.* Baptismi administratio una est sollemnis et publica, olim quidem certis affixa temporibus Paschatis et Pentecostes; altera privata, quæ ad exigentiam necessitatis fieri quovis tempore et loco sine ceremoniis ecclesiasticis potest. Unde duplex baptismi minister est: unus *sollemnitatis*, qui baptismum cum præscriptis in Ecclesia ceremoniis confert et ritibus; alter *necessitatis*, qui illum prætermittis ceremoniis in necessitate administrat. Minister sollemnitatis rursum duplex est: *ordinarius*, qui est ex officio, sive

jure ordinationis suæ, et acceptæ auctoritatis docendi et baptizandi potestatem habet; *extraordinarius*, qui solum ex delegatione, ut facta ab episcopo, confert solemniter baptismum.

92. *Dico I.* Minister solemnitatis ordinarius et primus est episcopus; secundus post hunc et velut minus principalis omnis sacerdos; tertius diaconus, sed non nisi extraordinarius.

Prob. p. 1^a. Quia primario ad Apostolos, horumque successores episcopus dictum fuit a Christo: *Docete... baptizantes eos*; ergo. Deinde episcopi ceu principes in administratione baptismi non dependent ab alio; sed præcise jure suo et potestate utuntur ad baptizandum tam illicite, quam valide.

93. *Prob. p. 2^a.* Nam 1^o. sunt etiam ordinarii; quia is quoque dici potest baptismi minister solemnitatis ordinarius, qui vi ordinationis suæ ad hoc redditur habilis; sed hoc accipit, quicumque consecratur presbyter; nam vi consecrationis suæ potestatem consequitur in corpus Christi verum, poniturque in eo statu, ut possit esse pastor animarum ordinarius; igitur consecratione sui eadem potestatem in corpus Christi mysticum obtinet necessariam tam ad regenerandum, quam ad ministranda sacramenta alia. Unde FLOR. in Decr. loquens de ordinario baptismi ministro inquit: *Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare.*

2^o. Non æque tamen principales ac episcopi; non isthoc equidem sensu, quasi potestatem primum ab episcopo acciperent presbyteri tunc, quando ab episcopo ad baptizandum mittuntur, cum illam jure divino vi ordinationis habeant; sed quatenus in ministeriis sacris jure divino episcopi antecellunt presbyteris, hi illis tanquam Ecclesiæ rectoribus, ut poscit rectum Ecclesiæ regimen, etiam quoad usum suæ potestatis subordinantur. Hinc solemniter baptizandi officium olim sibi solis reservabant episcopi; nec, præsentente episcopo, presbyter nisi jussus baptizabat. Unde et S. IGNATIUS M. epist. ad Smyrnenses c. 8. *Non licet sine episcopo aut baptizare, aut agapen facere.* Et TERTULL. Lib. de Bapt. cap. 17. *Baptismi dandi habet jus summus sacerdos, qui est episcopus, dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate propter Ecclesiæ honorem, quo salvo, salva pax est.* S. HIERONYMUS in Dial. contr. Lucifer. n. 9. *Inde venit, ut sine chrismate et episcopi jussione, neque presbyter, neque diaconus jus habeant baptizandi.*

94. *Prob. p. 3^a.* Quia, ut argumentatur Doctor Angelicus 3^a. p. q. 67. a. 2. in 0., potestas in corpus Christi mysticum derivatur ex potestate in corpus ejus verum: sed soli sacerdotes in verum Christi corpus potestatem accipiunt, non diaconi; ergo et hi potestatem non habent in Christi corpus mysticum. Unde *subs.* sed illius tantum est cooptare ex officio in corpus Christi mysticum per baptismum, qui in illud potestatem habet; ergo. Unde in diaconis munus baptizandi ex officio, nunquam agnovit Ecclesia; sed hoc ipsis semper prohibitum est, ut constat ex EPIPHANIO hæc. 79. n. 4. *Neque diaconis, inquit, ullum in ecclesiastico ordine sacramentum perficere conceditur; sed hoc duntaxat, ut eorum quæ perficiuntur ministri sint.* Item ex S. HIERONYMO cujus verba supra adduximus; GELASIO I. epist. 9. ad episcop. Lucaniæ c. 7. (Labb. t. 4. p. 1190.): *Diaconos quoque propriam constitui-*

mus servare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus: nihil eorum penitus suo ministerio applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant. Item ex ISIDORO Hispal. de Ecclesiast. Offic. L. 2. c. 25. n. 9. *Constat, inquit, baptisma solis sacerdotibus esse tractandum, ejusque ministerium nec ipsis diaconibus explere est licitum absque episcopo, vel presbytero, nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas.* Et vero diaconi, ex etymo nominis, tantum ministrare est, ad altare scilicet sacerdoti, juxta Concil. CARTHAGIN. IV. can. 4. ubi ait: *Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur;* et EPIPHANIO hæc. 79. n. 4. modo cit.

Posse vero diaconos ex delegatione episcopi, vel parochi baptizare solemniter, sicque eos extraordinarios baptismi ministros esse, indubii juris est, aitque TERTULL. L. de Bapt. cap. 17. HIERON. Dial. adversus Luciferian. ac supponit relatus num. præc. GELASIVS. Constat quoque Ecclesiæ veteris usu, quando dilatata sensim Ecclesia remotioribus a sede episcopali locis, diaconis sicut presbyteris facta potestas solemniter baptizandi, teste S. HIERON. cit. Habent igitur diaconi vi ordinationis suæ potestatem aliquam inchoatam, quæ compleatur per delegationem ministri ordinarii, episcopi, vel parochi, ut baptizare possint solemniter; secus ac cæteri cleri omnes, laicique, quibus nunquam ex delegatione ministerium baptismi sollemnis in Ecclesia permissum fuit.

95. *Si dicas:* Hierarchia sacra, juxta Conc. TRID. est instituta divinitus, constans ex episcopis, presbyteris et ministris; ad ministros vero certe diaconi pertinent; ergo hi jure divino etiam principantur: hierarchia enim est principatus sacer; ergo et jure divino diaconis ex officio competit ministerium baptismi æque ac presbyteris. Quin in ordinatione inquit ad diaconum episcopus: *Oportet diaconum prædicare, baptizare,* ut habet Pontificale Romanum.

R. N. *ult. Cons.* Principantur quidam etiam diaconi, at non eo sensu, quo presbyteri et episcopi, sed quatenus diaconi in ordinatione sua accipiunt jus ministrandi immediate episcopo, vel presbytero, sive ad Eucharistiæ confectionem, sive institutionem plebis prædicando, baptizando. Nimirum sicut civili in republica ii etiam dignitatem et nomen sortiuntur magistratus, licet inferioris, qui ex officio mandata principis executioni dant; ita diaconi obire etiam dicuntur functiones hierarchicas, dum ex delegatione vel mandato episcopi aut presbyteri jurisdictionem habentis prædicant, baptizant, ut Philipp. Act. 8. 3.; nam, supposita delegatione, diaconi sacra ea munia etiam ex officio dicuntur peragere, quatenus soli diaconi ex ordinatione sua acceperunt jus, ut ea ipsis demandari possint. Hocque sensu intelligendum Pontificale Romanum: *Oportet diaconum prædicare, et baptizare,* scilicet supposita delegatione, cum inchoatam vi ordinis sui potestatem habeat.

96. *Dico II.* Minister necessitatis omnis homo viator est; 1^o. laicus fidelis, 2^o. et sive vir sive femina, 3^o. hæreticus et schismaticus, 4^o. imo infidelis

et Judæus; ut proin, adhibitis essentialibus, et valide et licite baptizare queant.

Prob. p. 1^a. Ex traditione constanti Ecclesiæ et praxi, quæ constat ex omni ævi scriptorum ac Patrum testimoniis, e quibus sufficiant sequentes: TERTULL. L. de Bapt. cap. 17. inquit: *Baptismus æque Dei census ab omnibus exerceri potest*; quod de necessitatis casu intelligit, ut ex eod. L. et cap. evincitur, ubi in casu necessitatis de laico inquit: *Reus erit perditū hominis, si supersederit præstare, quod libere potuit.*

S. Hieron. Dial. adversus Luciferian. n. 9. *Si necessitas cogit, scimus etiam licere laicis (baptizare); ut enim accipit quis, ita et dare potest.*

S. Aug. L. 2. contr. epist. Parmeniani c. 13. n. 29. *Etsi laicus aliquis peccanti dederit (Baptismum) necessitate compulsus, quod cum ipse acciperet, quomodo dandum esset addidit, nescio, an pie quisquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est: si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut veniale delictum est. Sed etsi nulla necessitate usurpetur, et a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit non potest dici non datum, quamvis recte dici possit illicite datum.* Nec obest illa disjunctiva, ut Calvinus putat, *nullum, aut veniale delictum*; nam et venialiter peccare possunt laici, non quod baptizent præcise in necessitate; sed ob non adhibitam omnem diligentiam in inquirendo, vel accersendo presbytero; hæc vero adhibita, nec venialiter delinquent.

His adde Conc. ELIBERIT. cap. 38. (Labb. t. 1. p. 974.) declarans, *posse fidelem, qui laverum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum.* et LATERAN. IV. cap. Firmiter, definiens: *Sacramentum baptismi... a quocumque rite collatum proficere ad salutem.* Item Apostolos adhuc laicos baptizasse; Paulum ab Anania (qui probabilissime adhuc laicus fuit) baptizatum; tum quæ adhuc dicuntur.

97. Prob. p. 2^a. 1^o. Ex ipsis illis Patrum sententiis ante relatis, quibus indistincte docent, recte baptizare laicos in necessitate, a quolibet cuilibet baptismum dari posse; igitur, cum feminas (quæ tamen in Scriptura æque ac traditione hominum, item etiam alias laicorum nomine veniunt) nusquam excludant, eas pariter comprehendisse censendi sunt. Qua antiqua certaue in Ecclesia traditione nixus URBAN. II. respondit Vitali presbytero an. 1094. c. Super quibus, Causa 30. q. 4. *Videtur nobis ex sententia respondendum, ut et baptismus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit.* Et Conc. FLOR. in Decr. ad Armenos: *In causâ autem necessitatis non solum sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imo etiam paganus et hæreticus baptizare potest.*

2^o. Ex ratione. Possunt feminæ id, quod nulla ipsis lege interdictum est: sed baptizare in necessitatis casu nulla ipsis est lege interdictum; non enim lege divina, nam talis assignari nequit; non lege ecclesiastica, cum ex hæc pateat contrarium; non lege naturali, nihil enim intrinsece mali detegi potest in eo, si mulier baptizet in necessitate; sicut nec malum erat, cum Sephora filium suum ipsa circumcideret.

98. Prob. p. 3^a. 1^o. Quoad valorem talis baptismi, extra usque adeo necessitatem collati, omnibus iis argumentis, quibus in Tractatu de Sacram. in

genere Diss. 2^a. cap. 2. art. 2. contra rebaptizantes probatum, ad valorem sacramenti non requiri fidem in ministro.

2^o. Quodsi vero hi extra necessitatem etiam baptizent valide, cur non simul licite, dum necessitas urget? Deinde neque hi in generalibus Patrum sententiis quoad administrationem baptismi licitam pro necessitatis casu excluduntur.

99. Prob. p. 4^a. Rursum traditione Ecclesiæ, baptismum hunc nunquam iterantis, sed potius approbantis; cum et hunc baptismum nunquam excipiant Patres; quin etiam diserte comprobent, velut S. ISIDOR. Can. Romanus, de Consecr. Dist. 4. docens: *Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat.* Et NICOL. I. in Resp. ad Bulgaros c. 104. (Labb. t. 8. p. 548.) baptismum sive a *Judæo*, sive a *Pagano*, rite si collatus fuerit, approbat. Sed quid pluribus opus? cum sponte sua fateatur Calvin. L. 4. Institut. cap. 13. sibi traditionem adversari.

Ratio omnium a priori voluntas Christi est, ita instituentis, quæ nobis ex traditione, tum praxi ac definitionibus Ecclesiæ elucescit. Congrua hujus voluntatis ratio assignatur a D. THOM. 3^a. p. q. 67. a. 3. summa hujus sacramenti necessitas; sine quo, extra martyrii casum, parvuli aliter absolute salvari nequeunt, nec adulti ordinariæ pænæ omnis remissionem consequi. Ad Dei namque misericordiam, qui omnes fieri salvos vult, pertinere videtur, ut in iis, quæ de salutis necessitate sunt, homo facile habeat medium; proinde sicut idcirco voluit, ut hujus sacramenti materia esset communis aqua, quæ scilicet facilius haberi potest; ita quoque, ut minister esset homo quicumque viator.

100. Obj. I. contr. 1^{am}. part. Concl. 2^æ. 1^o. Nusquam in Scriptura sacra refertur, baptizasse laicos; ergo.

2^o. Christus, sacramentorum auctor, iis duntaxat potestatem dedit baptizandi, ad quos dicebat Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*: sed ad Apostolos tantum id dicebat, horumque successores presbyteros; non ad alios, præsertim laicos; ergo.

3^o. S. BASIL. epist. 88. Can. 4^a. ad Amphilochem Can. 4. (opp. t. 3. p. 270. B.) rejiciens hæreticorum baptismum, inquit, ab his baptizatos esse rebaptizandos, *velut a laicis baptizatos*; ergo baptismus laicorum supponit esse nullum.

4^o. S. AUG. epist. 228. n. 8. conqueritur adversus pastores, quod, cum sæviret persecutio Vandolica, ipsi a gregibus fugerent; ait, eos male facere; exponit tristem gregis statum, cum, sacerdote absente, non sit qui eum fonte baptismatis abluat, aut reconciliet penitentia: atqui id saltem frustra de baptismo diceret, si tunc laicis baptizandi potestas competiisset.

5^o. S. Hieron. Dial. advers. Luciferian. n. 11. tanquam certum supponit, baptismum a laicis datum esse nullum; ex hoc enim ceu fundamento evincit contra Luciferianos, qui negabant Arianos habere veros sacerdotes, ipsos etiam ex paritate rationis rejicere debere Arianorum baptismum, quod tamen in illis Luciferiani admittebant; vel pariter admittere et habere ratas Arianorum ordinationes.

6^o. S. GREG. L. 4. epist. 33. hortatur Romanum tum temporis Italiæ Exarchum, ut remittat Blandum, episcopum Hortensem, quem detinebat

Ravenne, quod ea ratione infantes moriantur sine baptismo. Idem fecit Clerus Edessenus, epist. ad Photium et Eustathium, ut legitur Act. 40. Conc. CHALCEDON. (Labb. t. 4. p. 668.) rogans ut remittatur Ibas hujus civitatis episcopus, *Festivitate salutifera sancti diei paschalis imminente, in qua et propter catechismos, et propter eos qui digni sunt sancto baptismo, opus est ejus presentia.*

7^o. Moschus *Prati Spir.* c. 47. refert laicos Judæo in itinere baptismum efflagitanti respondisse: *Nobis non licet hoc facere; seculares enim sumus.*

101. Ad 1^{um}. R. 1^o. *N. Ant.* Nam Apostoli adhuc laici baptizasse leguntur Joan. 3.

R. 2^o. Permisso gratis *Ant. N. Cons.* Sufficit, quod constet ex traditione; sicut baptismus parvulorum, quem admittunt adversarii, tametsi non extet in Scriptura expressus.

Ad 2^{um}. R. *D. M.* Iis solis potestatem dedit baptizandi *solemniter*, sive hos solos instituit ministros *solemnitatis C. necessitatis N.* Sic *D. min. et N. Cons.* Et vero sequeretur alias, neque diaconus ullo modo baptizare posse, reclamante Scriptura Act. 8., ubi Philippus diaconus baptizasse legitur. Constat item Apostolos ante baptizasse, quam essent sacerdotes. Hinc Matth. ult. equidem non dixit ad laicos, ut baptizarent; sed tamen jam ante id viris laicis Christus mandaverat. Igitur, sicut non obstante illo Matth. ult. potest vir laicus, imo femina docere, instruere privatim, sic et baptizare.

Ad 3^{um}. R. Errorem hunc rebaptizantibus, quibus Basilius adhæsit, communem fuisse, nullum pariter esse baptismum a laico collatum et hæretico; imo erat hoc eorum ratiocinium: non valet baptismus datus a laico: sed hæretici sacerdotes sunt laici; ergo. At Ecclesia, reprobando postea eorum dogma de nullitate hæreticorum baptismi, de quo tota erat disputatio, simul dogmatis illius fundamentum reprobovit.

Ad 4^{um}. R. *N. min.* Sed ex solo etiam baptismi capite jure reprehendit S. Pater fugitivos pastores; tum quia in pastorum absentia non poterat baptismus solitis ritibus dari, quod satis jam mali erat; tum quia Aug. relate magna erat catechumenorum adultorum copia, quos ad baptismi sacramentum instruere et præparare pastoris erat; timendum vero ob pastorum absentiam, ne illorum plures aut dilaberentur, aut sine baptismo decederent, aut rejicerentur ex scrupulo ab aliis, quos dignos censuisset pastor. Cæterum S. AUGUSTINI in cit. epist. hoc universim consilium fuit, movere fugitivos, ut ad greges redeant. Hinc miseriam gregis a suo deserti pastore exaggerat, utpote in quo alii petant salutis monita, alii baptismum, reconciliationem alii, ecclesiasticam pro morientibus sepulturam, quibus omnibus solatiis grex suo destitutus pastore careat. Non vero hoc intendebat, sicut solius sacerdotis est administrare poenitentiam, ita baptismum.

Ad 5^{um}. R. *N. Ant.* Sed S. Pater non ex suo, sed Luciferianorum principio eos ipsos impugnat, argumento, ut dicimus, ad hominem, nimirum: vos Luciferiani non admittitis baptismum laicorum, et tamen admittitis Arianorum baptismum; ergo ex principio vestro ipso Arianorum sacerdotes non sunt laici; ergo vel eorum simul admittatis ordinationes oportet, vel simul rejiciatis baptismum. Unde hic non negat S. Doctor laicis absolute baptizandi potestatem.

Ad 6^{um}. R. 1^o. Probatur hoc argumento nimium, scilicet ne quidem sacerdotibus, quorum multi et in Edessena et Hortensi erant Ecclesia, fas esse baptizare.

R. 2^o. Utrumque factum propterea, quod tunc temporis episcopi sibi reservassent munus baptizandi solemniter, ac quidem in festo Paschatis et Pentecostes. Quoniam vero parentes cupiebant parvulos suos baptizari solemniter; ideoque horum baptismum differebant, factum est, ut subinde ante baptismum morerentur. Hinc et propter periculum hoc, aucto postea fidelium numero, merito disciplina hæc sublata fuit.

Ad 7^{um}. R. Laicos istos ita locutos fuisse ex ignorantia; quorum proinde responsio nullius momenti est.

102. *Obj. II. contra part. 2^{am}.* de feminis 1^o. Antiqui Patres plerique feminas a quovis ministerio sacro, in specie baptismi absolute excludunt. Sic TERTULLI. L. de Bapt. cap. 17. in eas invehitur: *Petulantia mulieris, quæ usurpavit docere, utique non etiam tinguendi jus sibi pariet? nisi si quæ nova bestia evenerit, similis pristinae* (Quintillam intelligit), *ut quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat.* S. EPIPH. hæc. 79. n. 3. ut feminas a baptismi ministerio contra Collyridianos repellat, inquit: *Si sacerdotium mulieribus mandatum foret, aut canonicum quiddam præstare in Ecclesia liceret, nulli potius quam Mariæ, illud in novo Testamento committi... debuit; cui tantus honor est habitus; ut gremio, sinuque suo regem omnium, ac caelestem Deum, Deique Filium exciperet... verum longe aliter Deo est visum: ac ne baptizandi quidem potestas est illi facta.*

2^o. Conc. CARTHAG. IV. ann. 398. Can. 100. (Labb. t. 2. p. 4207.) ita statuit: *Mulier baptizare non præsumat.* Addidit quidem GRATIAN.: *nisi cogente necessitate; sed hæc ipso in textu non habentur.*

Ad 1^{um}. R. *D.* Excludunt feminas a ministerio sacro, exercendo publice, solemniter, in Ecclesia *C.* ab omni functione sacra, quæ privatim, in necessitate licet *N.* Excluduntur feminæ a ministerio baptismi, sicut a functione docendi, nimirum, ut ait Apostolus, in *Ecclesia*, hoc est, solemniter publica. Feminis vero etiam prohibitum esse, ne quempiam privatim in rebus ad salutem pertinentibus instruant, nemo hactenus credidit. Et vero Act. 18. Aquila et Priscilla uxor ejus, Judæo cuidam, Apollo nomine, *diligentius exposuerunt viam Domini.*

TERTULLIANUS in eas solas invehitur feminas, quæ baptizandi publice, citra necessitatis casum, more sacerdotum, sibi jus et munus arrogabant. Has quippe ubique persequitur, uti L. de Præscript. cap. 41. *Ipsæ mulieres hæreticæ, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, forsitan et tingere;* ita nimirum sacerdotii munia mulieres apud Marcionitas, Cataphrygas et Pepuzianos, qui, testibus S. EPIPH. hæc. 42. et 49. ac Aug., L. de hæres. cap. 27. dabant *tantum mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorarentur.* Idem mulieribus apud Collyridianos concessum; quas proin S. EPIPH. hæc. 79. perstringit, ut probant ipsa ejus verba quæ in objectione citantur.

Ad 2^{um}. R. Equidem verba illa: *nisi cogente necessitate*, ipsi non insunt Canon; subintelligi tamen debent, quia Canon ille solum prohibet feminis administrationem baptismi solemnem et publicam in conventibus, sive Eccle-

sia; ut colligitur ex Can. præc. 99., in quo contra easdem decernitur: *Mulier quamvis docta in conventu docere non præsumat*; sicut igitur hoc Canone prohibetur solum mulieribus, ne publice doceant, ita in Can. 100. ne sic baptizent.

103. *Obj. III. contr. part. 4^{am}. 1^o.* S. GREG. III. ep. ad Bonif. relatus Can. *Quos a paganis* 52. de Consecr. Dist. 4. jubet, ut baptizatos a paganis rebaptizet. Item Can. 59. *Si quis per ignorantiam*, caus. 1^o. q. 1. baptizati a non baptizato denuo rebaptizandi dicuntur; ergo.

2^o. TERTUL. L. de Bapt. cap. 17. supponit infidelem baptizare non posse; probans enim quare fidelis possit, rationem dat, quia, *quod ex æquo accipitur, ex æquo dari potest*; ergo supponit, infidelem, qui baptismum non accipit, eum quoque dare non posse. Sic et S. HIERON. contr. Luciferian. n. 9. rationem reddens quare laicus fidelis baptizare possit, *ut enim, inquit, accipit quis et dare potest*. Demum Patres qui pro valore baptismi contra rebaptizantes et Donatistas stabant, passim sic arguebant: baptismum, quem acceperunt, non amiserunt; ergo neque jus illum conferendi: atqui hisce supponunt, eos, qui non baptizati, etiam dare baptismum non posse; ergo.

3^o. S. AUG. quoque, ut constat ex ejus L. 7. de Bapt. contr. Donatist. cap. 33. dubius hæsit de valore baptismi, quem paganus dedit. Quin S. HIERON. Dial. contr. Luciferian. n. 12. diserite negat, Christianum quemdam fieri posse ab eo, qui Christianus non est. Ac Conc. ELIBERIT. Can. 38. statuit in casu necessitatis baptizare posse fidelem, *qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus*; ergo negat, id paganum tunc posse.

104. R. Ad 1^{am}. quoad Can. 52. R. GREGORIUS III. loquitur de iis, qui in nomine SS. Trinitatis baptizati non fuerant; ideo expresse præcipit, ut hos baptizet in nomine Trinitatis. Quoad Can. 59.

R. D. Sic ibi dicitur assertive N. per modum vel objectionis, vel questionis, vel falsæ opinionis propositæ C. Ita observat Corr. Rom. et constat ex parte Canonis altera: *Sed Romanus Pontifex non hominem judicat, qui baptizatur, sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizet*, quæ opponuntur prioribus, et vim formamque resolutionis ac decisionis habent.

105. Ad 2^{am}. R. N. assert. Tertulliani enim textus, *quod ex æquo accipitur, etc.* sensus est, quod ex æquo, sive indiscriminatim accipitur ab omnibus, ita quoque ex æquo ab omnibus sine discrimine dari potest in necessitate. Constat responsio ex ratione, quam immediate subdit, ac supra in Concl. retulimus: *æque Dei census ab omnibus exerceri potest*.

S. HIERONYMUS vero rationem illam non ceu universalem, ac unicam dedit, quare baptizare laicus fidelis possit; sed tum, quia hæc magis evincit et fortius, quod fidelis præcise, etsi laicus, dare baptismum queat; tum quia tam S. Pater quam TERTULLIANUS, e quo id exscripserat, loquebantur de fidelibus laicis, cum exemplum baptismi (utpote rarissimum) a pagano dati non occurreret. Ea igitur ratione, quam dant pro fidelibus ceu fortiorem, non

negant, posse paganum baptizare ex ratione alia. Sic si diceres: sacerdos hic tenetur hunc moribundum absolvere, quia ejus pastor est; ratio hæc equidem fortius probaret quare moribundum absolvere debeat; non tamen universaliter et unice; nam etsi ejus pastor non esset, adhuc posset, quia teneatur ex ratione alia, eundem absolvere; quæ proinde non negatur, per causalem illam; quia pastor ejus est.

Ad argumentum ex aliis Patribus eductum R. N. min. Nam Patres sic arguebant velut ad hominem ex rebaptizantium proprio principio, quin tamen hoc Patres admitterent. Nimirum solemne erat rebaptizantium principium, *nemo dat, quod non habet*; ex quo subsumebant: sed hæretici non habent baptismum; ergo. Sed Patres ex eodem principio, non tanquam suo, sed rebaptizantium subsumebant e contrario: sed hæretici non amiserunt baptismum, quem acceperant in Ecclesia; ergo neque jus illum conferendi. Sic vero sæpe alias ex adversariæ sententiæ principiis ac suppositis eam confutare nitimur, quin idcirco principia hæc et supposita approbemus.

Cæterum principium hoc: *nemo dat, quod non habet*, verum est, si neque actu habeat, neque virtute; infidelis vero etsi actu baptismum non habeat; habet tamen virtute, quatenus Deus eo ceu instrumento, uti potest ad conficiendum baptismi sacramentum.

106. Ad 3^{am}. R. AUGUSTINUS pro modestia sua noluit rem velut decidere, quod nihil adhuc definitivè Ecclesia; dubium tamen in hac questione non hæsisse constat ex ejus verbis Lib. et cap. in object. cit.; ibi enim sub num. 102. ita loquitur: *Si quis forte me in eo Concilio constitutum, ubi talium rerum questio versaretur, non præcedentibus talibus, quorum sententias sequi mallet, urgeret ut dicerem quid ipse sentirem: si eo modo affectus essem, quo eram cum ista dictarem; nequaquam dubitarem habere eos baptismum, qui ubicumque et a quibuscumque illum verbis evangelicis consecratum, sine sua simulatione, et cum aliqua fide accepissent; ergo privata sua sententia judicabat hunc baptismum esse validum*.

S. HIERON. autem ibi non sumit Christianum pro eo, qui baptizatus est; sed qui Christianam fidem veram et Catholicam habet. Patet ex his, quæ addit: *accedens ad Arianos in qua fide baptizatus est?* nimirum in Arianorum fide. Unde inferebat, non esse Christianum verum, qui habet fidem non Catholicam, sed Arianam; hocque rem novam ait, ut quis sit Christianus verus, et tamen Arianus fide.

Concili demum ELIBERITANI sensus est: in necessitatis casu, dum plures adsunt laici, qui baptizare morientem catechumenum possunt, eum esse eligendum, qui sit fidelis, nec inter pœnitentes sit, nec bigamus. Quibus non negat, si nullus adesset fidelis, quod baptizare non possit alius; sicut neque negat, posse baptizare pœnitentem, si alius non pœnitens non adesset. Cæterum etiam in casu necessitatis ex æquitate non solum, sed etiam præcepto, si plures concurrant, unus præit ministrum alterum; sic omnes præit parochus, si adsit; postque hunc sacerdos alius. In ministrando baptismate talis igitur servandus est ministrorum ordo: 1^o. parochus, 2^o. sacerdos alius, 3^o. diaconus, 4^o. subdiaconus, 5^o. clericus minor, 6^o. laicus fidelis, 7^o. fe,

mina; 8º. fidelis a censuris liber præit censura impeditum, excommunicatum, infidelem; nisi forte ordinem hunc intervertere jubeat, v. g. unius, qui alias jure potior esset, in baptizando imperitia.

ARTICULUS II.

QUODNAM BAPTISMI SUBJECTUM SIT?

Controversia hic omnis ad infantes recidit, utrum hi baptismi capaces sint, postquam nati sunt? illeque his non valide solum, sed etiam licite detur, imo ille his dari debeat? Adultum enim quemcumque in statu viæ, sive vir sit, sive mulier, esse baptismi capacem, nemo ambigit, cum mandatum Christi Matth. ult. neminem excipiat: *Docete omnes gentes, baptizantes eos.* Dixi quoque: *postquam nati*: nam si ita adhucdum sint matris clausi utero, ut aqua perfundi non possint, etsi jam vivant, æque certum est, baptismi incapaces esse; quia ablutionis externæ, sine qua utpote materia baptismi proxima ille consistere non potest, incapaces sunt.

107. *Dico.* Infantes non modo capaces baptismi sunt, sed et eos baptizari expedit, ac necesse est.

Prob. 1º. p. I. Ex SCRIPTURA SACRA. Joan. 3. 5. generalem Christus legem dedit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Unde sic arguitur: qui regni cœlorum sunt capaces, ii quoque capaces sunt baptismi, sine quo ad regnum cœlorum pervenire non possunt: atqui infantes regni cœlorum capaces sunt, et ad hoc absque baptismo pervenire non possunt; ergo. *Min. quoad membr. 1ºm.* probatur ex Matth. 19. 14. *Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum.* Idem legitur Marc. 10., Luc. 18. *Quoad membr. 2ºm.* ex textu cit. Joan. 3. qua lege infantes non eximuntur, ut dictum cap. 2. de baptismi necessitate.

Neque dicant Anabaptistæ, in citatis textibus sermonem esse de pueris, non ætate, sed humilitate et innocentia ac qui jam rationis compotes; dicuntur enim *venire*; nam a Luca c. 18. v. 15. dicuntur βρέφη, βρέφος vero infantem tenellum, in cunis, vel lactentem significat; deinde a Luca dicuntur ibid. allati, vel adportati προσέφερον. Igitur *venire* apud Matth. significat, venire quomodocumque sive per se ipsum sine adjumento, vel cum hoc et viribus alienis.

2º. In lege veteri infantes ex præcepto circumcidi debebant; ergo et in Lege nova recte baptizantur. *Prob. Cons.* Quia baptismus successit in Lege nova circumcisioni juxta Apostolum ad Coloss. 2. 11. et 12. ubi circumcisio non manufacta dicitur. Item quia utriusque idem est finis, aggregatio in Ecclesiam, religionem, originalis peccati deletio; etsi hanc non causaret circumcisio, ut baptismus.

108. *Prob. II.* Ex TRADITIONE perpetua, quæ elucet 1º. ex SS. Patribus e quibus, quos magno numero refert BELLARMIN., VASQUEZ aliique, sufficiant sequentes: S. DIONYSIUS de Eccles. Hierarch. cap. 7. §. 11. inquit: *divini*

nostri duces (Apostoli) *probaverunt infantes recipi ad baptismum.* Auctor Constit. Apostolic. cap. 15. *Baptizate vestros pueros.* IRENÆUS L. 2. c. 22. n. 4. supra cit. (de Bapt. c. 2. a. 1. n. 15.) ORIGENES in cap. 6. Epist. ad Rom. v. 6. (opp. t. 4. part 1ª. p. 565. A.): *Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam parvulis baptismum dare.* S. CYPRIANUS epist. ad Fidum 59. n. 5. *A baptismo atque a gratia.... prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.* S. AUGUSTINUS serm. 10. de verb. Apost. (al. serm. 176. n. 2.): *Hoc (baptisma infantum) Ecclesia semper habuit, semper tenuit; hoc a majorum fide percepit; hoc usque in finem perseveranter custodit.* Cf. ejusdem S. Doctoris epist. 28. ad Hieronymum (al. 166. n. 21.) in hujusce Tractat. c. 2. a. 1. citat. sub n. 51.

2º. Ex CONCILII, quæ baptizandos esse infantes constanter docent, et præcipiunt. Sic Conc. CARTHAGINENSE anno 253. teste S. CYPRIANO (epist. 59. ad Fidum n. 2.), reprobatur opinio Fidi episcopi, volentis, parvulos saltem ante octavum a partu diem baptizari non debere. MILEVITANUM anno 416. cui S. AUGUSTINUS intererat, Can. 2. (Lab. t. 2. p. 1538. C.), anathema dicit illi, *quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat.* Similiter GERUNDENSE anno 517. Can. 5. (Lab. t. 4. 1568. C.), BRACARENSE II. anno 578. Can. 7. (ibid. t. 5. p. 898. A.), VIENNENSE œcumenicum anno 1311. in Clementina unica de summa Trinit. et fide catholica §. 2. plurimamque alia usque ad novissimum generale TRIDENTINUM, quod rem definit solemniter Sess. 7. Can. 13. simul adversariæ partis reprobans fundamentum; tum Can. 14. opinionem Erasmi volentis, parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, num ratum baptismum habeant, et quod patrini eorum nomine sunt polliciti; eosque, si negent, suo esse relinquendos arbitrio.

109. *Prob. III.* Ex RATIONE Theologica. 1º. Infantes beatitudinis capaces sunt; tum quia Deus voluntate sincera salvos fieri omnes homines vult, ad quos utique etiam pertinent infantes; tum quia, ex dictis supra, talium esse regnum cœlorum asseruit: sed extra Ecclesiam nemini via ad salutem patet; in hanc vero non nisi per baptismum intratur; ergo.

2º. Si infantes baptismi incapaces sint; ergo vel quia Deus eos baptizari prohibuit; vel quia impedimentum est ex parte sacramenti, vel ministri, vel subjecti, scilicet infantis, vel demum Ecclesiæ, quæ per baptismum acquirit in baptizatos jus; cum tamen nemo nisi propria voluntate, si liber natus est, subjici alteri debeat. Sed nullum ex his obstat: 1. non prohibitio divina; talis enim nulla extat; sed potius contrarium ex Scriptura et traditione colligitur, ut ante dictum. 2. Non sacramentum, quod, quantum est de se, ex opere operato producit effectum. 3. Non minister; is enim materiam et formam eodem modo applicat parvulo, quo adulto. 4. Non subjectum; nam quod in adultis requiratur dispositio, est partim ob peccata eorum actualia; sicut enim per hæc se actualiter a Deo averterunt, ita et actualiter se ad eundem debent convertere: partim quod Deus se creaturis, et harum naturæ atque exigentiæ accomodet, cum causis necessariis agens necessario,

mina; 8º. fidelis a censuris liber præit censura impeditum, excommunicatum, infidelem; nisi forte ordinem hunc intervertere jubeat, v. g. unius, qui alias jure potior esset, in baptizando imperitia.

ARTICULUS II.

QUODNAM BAPTISMI SUBJECTUM SIT?

Controversia hic omnis ad infantes recidit, utrum hi baptismi capaces sint, postquam nati sunt? illeque his non valide solum, sed etiam licite detur, imo ille his dari debeat? Adultum enim quemcumque in statu viæ, sive vir sit, sive mulier, esse baptismi capacem, nemo ambigit, cum mandatum Christi Matth. ult. neminem excipiat: *Docete omnes gentes, baptizantes eos.* Dixi quoque: *postquam nati*: nam si ita adhucdum sint matris clausi utero, ut aqua perfundi non possint, etsi jam vivant, æque certum est, baptismi incapaces esse; quia ablutionis externæ, sine qua utpote materia baptismi proxima ille consistere non potest, incapaces sunt.

107. *Dico.* Infantes non modo capaces baptismi sunt, sed et eos baptizari expedit, ac necesse est.

Prob. 1º. p. I. Ex SCRIPTURA SACRA. Joan. 3. 5. generalem Christus legem dedit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Unde sic arguitur: qui regni cœlorum sunt capaces, ii quoque capaces sunt baptismi, sine quo ad regnum cœlorum pervenire non possunt: atqui infantes regni cœlorum capaces sunt, et ad hoc absque baptismi pervenire non possunt; ergo. *Min. quoad membr. 1ºm.* probatur ex Matth. 19. 14. *Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire; talium est enim regnum cœlorum.* Idem legitur Marc. 10., Luc. 18. *Quoad membr. 2ºm.* ex textu cit. Joan. 3. qua lege infantes non eximuntur, ut dictum cap. 2. de baptismi necessitate.

Neque dicant Anabaptistæ, in citatis textibus sermonem esse de pueris, non ætate, sed humilitate et innocentia ac qui jam rationis compotes; dicuntur enim *venire*; nam a Luca c. 18. v. 15. dicuntur *βρέφη*, *βρέφος* vero infantem tenellum, in cunis, vel lactentem significat; deinde a Luca dicuntur ibid. allati, vel adportati *πρόσέρχον*. Igitur *venire* apud Matth. significat, venire quomodocumque sive per se ipsum sine adjumento, vel cum hoc et viribus alienis.

2º. In lege veteri infantes ex præcepto circumcidi debebant; ergo et in Lege nova recte baptizantur. *Prob. Cons.* Quia baptismus successit in Lege nova circumcissioni juxta Apostolum ad Coloss. 2. 11. et 12. ubi circumcisio non manufacta dicitur. Item quia utriusque idem est finis, aggregatio in Ecclesiam, religionem, originalis peccati deletio; etsi hanc non causaret circumcisio, ut baptismus.

108. *Prob. II.* Ex TRADITIONE perpetua, quæ elucet 1º. ex SS. Patribus e quibus, quos magno numero refert BELLARMIN., VASQUEZ aliique, sufficiant sequentes: S. DIONYSIUS de Eccles. Hierarch. cap. 7. §. 11. inquit: *divini*

nostri duces (Apostoli) *probaverunt infantes recipi ad baptismum.* Auctor Constit. Apostolic. cap. 15. *Baptizate vestros pueros.* IRENÆUS L. 2. c. 22. n. 4. supra cit. (de Bapt. c. 2. a. 1. n. 15.) ORIGENES in cap. 6. Epist. ad Rom. v. 6. (opp. t. 4. part 1ª. p. 565. A.): *Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam parvulis baptismum dare.* S. CYPRIANUS epist. ad Fidum 59. n. 5. *A baptismo atque a gratia.... prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.* S. AUGUSTINUS serm. 10. de verb. Apost. (al. serm. 176. n. 2.): *Hoc (baptisma infantium) Ecclesia semper habuit, semper tenuit; hoc a majorum fide percepit; hoc usque in finem perseveranter custodit.* Cf. ejusdem S. Doctoris epist. 28. ad Hieronymum (al. 166. n. 21.) in hujusce Tractat. c. 2. a. 1. citat. sub n. 51.

2º. Ex CONCILII, quæ baptizandos esse infantes constanter docent, et præcipiunt. Sic Conc. CARTHAGINENSE anno 253. teste S. CYPRIANO (epist. 59. ad Fidum n. 2.), reprobatur opinio Fidi episcopi, volentis, parvulos saltem ante octavum a partu diem baptizari non debere. MILEVITANUM anno 416. cui S. AUGUSTINUS intererat, Can. 2. (Lab. t. 2. p. 1538. C.), anathema dicit illi, *quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat.* Similiter GERUNDENSE anno 517. Can. 5. (Lab. t. 4. 1568. C.), BRACARENSE II. anno 578. Can. 7. (ibid. t. 5. p. 898. A.), VIENNENSE œcumenicum anno 1311. in Clementina unica de summa Trinit. et fide catholica §. 2. plurimamque alia usque ad novissimum generale TRIDENTINUM, quod rem definit solemniter Sess. 7. Can. 13. simul adversariæ partis reprobans fundamentum; tum Can. 14. opinionem Erasmi volentis, parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos esse, num ratum baptismum habeant, et quod patrini eorum nomine sunt polliciti; eosque, si negent, suo esse relinquendos arbitrio.

109. *Prob. III.* Ex RATIONE Theologica. 1º. Infantes beatitudinis capaces sunt; tum quia Deus voluntate sincera salvos fieri omnes homines vult, ad quos utique etiam pertinent infantes; tum quia, ex dictis supra, talium esse regnum cœlorum asseruit: sed extra Ecclesiam nemini via ad salutem patet; in hanc vero non nisi per baptismum intratur; ergo.

2º. Si infantes baptismi incapaces sint; ergo vel quia Deus eos baptizari prohibuit; vel quia impedimentum est ex parte sacramenti, vel ministri, vel subjecti, scilicet infantis, vel demum Ecclesiæ, quæ per baptismum acquirit in baptizatos jus; cum tamen nemo nisi propria voluntate, si liber natus est, subjici alteri debeat. Sed nullum ex his obstat: 1. non prohibitio divina; talis enim nulla extat; sed potius contrarium ex Scriptura et traditione colligitur, ut ante dictum. 2. Non sacramentum, quod, quantum est de se, ex opere operato producit effectum. 3. Non minister; is enim materiam et formam eodem modo applicat parvulo, quo adulto. 4. Non subjectum; nam quod in adultis requiratur dispositio, est partim ob peccata eorum actualia; sicut enim per hæc se actualiter a Deo averterunt, ita et actualiter se ad eundem debent convertere: partim quod Deus se creaturis, et harum naturæ atque exigentiæ accomodet, cum causis necessariis agens necessario,

cum liberis libere; hinc adultos, ratione ac arbitrio libero pollentes, sine horum consensu in amicitiam suam non recipit; sed parvuli et peccatorum actualium, et actualis consensus incapaces sunt; proinde sicut habitualiter solum aversi a Deo sunt; ita, citra dispositionem actualem, ad Deum *habitualmente* converti possunt. 5. Non demum obligatio, et subjectio, quæ ex baptismo respectu Ecclesiæ contrahitur; nam ad hanc contrahendam per se tamen obligarentur, cum ad rationis sufficientem usum pervenirent; quia præceptum fidei generale est, et eo mediante se omnes tenentur Ecclesiæ submittere.

140. *Prob. 2^a. p. I.* Hæc sequitur ex necessitate baptismi, quæ respectu parvulorum summa est; cum, secluso martyrio, non habeant aliud salutis, cuius tamen capaces sunt, medium.

Prob. II. Ex baptismi effectibus, qui sunt peccati originalis deletio, cooptatio in Ecclesiam, utque membrum sit corporis mystici ipsius Christi.

Prob. III. Quia expedit hominem statim a puero assueti Christianæ legi; sic enim huic adhærebit firmius.

Prob. IV. Quia baptismi dilatio causam præbet liberius vivendi.

141. *Prob. 3^a. p.* Quia id exigit saltem universalis consuetudo Ecclesiæ, quæ vim legis obtinuit; cuius signum est, quod, si quis fidelium contra hanc agere consuetudinem vellet, certo futurus esset scandalo. Deinde plurima id decreta sanciunt Synodorum particularium, quæ usu recepit tota Ecclesia. Unde colliges, peccare parentes graviter, qui suorum baptismum infantium diutius differunt.

Dixi: *saltem consuetudo Ecclesiæ*, sive jus ecclesiasticum; quia secluso periculo infantis, non videtur esse obligatio legis naturalis, aut divinæ, cum nullum sit sufficiens talis obligationis fundamentum; eaque in primitiva Ecclesia videatur fuisse incognita, cum pii etiam parentes suarum baptismum prolium distulerint. Equidem improbatum id fuit a pluribus; at non ideo præcise, quod violaretur lex naturalis, vel divina; sed tum ideo, quod ab aliis id fine ex malo fieret; tum, si a probis, ex bono etiam fine differretur baptismus, ob rationes num. præc. allatas.

142. *Obj. I.* Ex Script. sacra: 1°. In Scriptura sacra nec mandatum, nec exemplum reperire est baptismi infantium; ergo.

2°. Juxta præsentem Christi legem baptismus conferri debet iis, qui prius instructi sunt; ut dicitur Matth. ult. *Docete omnes gentes, baptizantes eos*; sed parvuli incapaces instructionis sunt; ergo et baptismi.

3°. Baptizandus debet credere, juxta illud Marc. ult. *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit*. Et ad Hebr. 10. *Sine fide impossibile est placere Deo*; sed infantes fidei incapaces sunt; ergo et baptismi.

4°. Baptismus præire debet in suscipiente penitentia, Act. 2. *Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum*.

5°. Christus ipse baptismum suum ad ætatis annum trigesimum distulit; ergo.

Ad 1^{um}. R. T. A. N. Cons. Sufficit quod Pædo-baptismus constet ex tradi-

tionem indubia. Viderint hic protestantes, qui traditionem respuunt, quid Anabaptistis respondeant.

Ad 2^{um}. 3^{um}. et 4^{um}. R. Omnes hos textus spectare adultos talium actuum capaces; nam Matth. et Marc. ult. mittuntur Apostoli ad gentes convertendos, quos primo necessum erat doceri et instrui. Act. 2. ita ad adultos dixit Petrus, quos oratione sua permoverat ad fidem Christi; qui proinde dicebant: *quid faciemus viri fratres?* Quibus dein respondit Petrus, ut supra in Object. At tales actus, quorum incapaces sunt infantes, ut ipsi eos per se eliciant, ab his non exiguntur. Sic circumcidebantur etiam infantes olim sine instructione, sine aliis propriis actibus; secus adulti. Deinde infantes ponunt consensum voluntate actuali aliena, credunt fidei actuali aliena, ut inquit S. Aug. serm. 14. cap. 18. de verb. Apost. (al. serm. 294. n. 17.) *Absit, ut ego dicam non credentes infantes*; quæ non dixit de fide actuali propria infantium, ut inepte Lutherus putavit, inde contendens, infantes miraculose habere fidem actualem propriam; nam immediate ante inquit S. Pater: *jam superius disputavi; credit in altero, qui peccavit in altero*. Et vero congruum est, ut, qui alterius voluntate peccatum contraxerant, sic etiam per voluntatem alienam haberent remedium, ut rursus Aug. serm. eod. *Per verba aliena salvatur, quia per factum alienum vulneratur*.

Ad 5^{um}. R. Latissimum discrimen est; Christus (qui tamen baptismum Joannis solum suscepit) baptismum, ac sanctificationem non indigebat, sicut egent homines. Deinde Christus tamen infans circumcidi voluit; cur ergo Anabaptistæ hoc exemplum non magis respiciunt, cum circumcisio fuerit nostri figura baptismi?

143. *Obj. II.* Ab Auctoritate: 1°. TERTULLIAN. de Bapt. cap. 18. vult differendum esse baptismum parvulis, usque dum rationis usu polleant: *Etiam ætate cunctatio baptismi utilior est: præcipue tamen circa parvulos... Ait quidem Dominus: Nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo, dum adolescent: veniant, dum discunt; dum, quo veniant, docentur: fiant Christiani, cum Christum nosse potuerunt. Quid festinat innocens ætas ad remissionem peccatorum?*

2°. Etiam S. GREGORIUS NAZIANZEN. or. 40. n. 28. de Bapt. censuit, secluso mortis periculo, differendum baptismum parvulis, usque ad triennium saltem ætatis, quia sic fieret, *ut quidam audire, et respondere possint*; et S. HIERONYM. in c. 28. Matth. v. 19. *Non potest, inquit, fieri, ut corpus baptismi recipiat sacramentum; nisi ante anima fidei receperit veritatem*.

3°. CONC. NEOCESARENSE Can. 6. (Labb. t. 1. p. 1482) statuit fœtum in utero matris baptizandum non esse, *quod proprium cujusque institutum ac propositum in confessione ostendatur*; ergo propriæ voluntatis actus in baptizando exigit.

Ad 1^{um}. Singularem illam TERTULLIANI et nonnullorum fuisse opinionem, expedire, ut infantibus differatur baptismus usque ad rationis usum, ob periculum profanandi baptismi, ne, vigente adhuc paganismo, adolescentiores facti pervertantur. Sed 1°. hæc ratio jam cessat. 2°. Huic paucorum consuetudini resistere plerique alii, quorum proinde potius habenda ratio; neque enim, juxta vulgatam receptamque regulam criticæ, in rebus con-

roversis attendi debet, quid unus alterque præter aut etiam contra omnes senserit. Deinde falsa est TERTULLIANI ratio, ut jacet; etsi enim infantes peccata actualia non habeant, ideo tamen innocentes non sunt, cum habeant originale.

Ad 2^{um}. Eadem est ad S. GREGORIUM responsio, quem in hoc deseruere Patres alii. S. HIERON. vero de infidelibus ac quidem adultis eo loco loquitur; parvuli enim proprie infideles non sunt, sed solum negative.

Ad 3^{um}. R. Concilium solummodo docet, parvulum in matris utero salvari non posse, 1^o. non baptismo matris, quia hic non est proprius fœtui; 2^o. nec fide matris, quia fides matris etiam non est communis infanti in utero, sed est illi propria, qui confitetur. Ratio sumitur ex præcedentibus; nam præmittitur immediate ante: *neque enim ea, quæ parit, cum fœtu, qui paritur, ea in re habet aliquid commune.*

114. *Obj. III.* Ex Ratione. 1^o. Infantes per baptismum multas contrahunt obligationes: sed iniquum est, tam grave jugum imponere non consentientibus.

2^o. Baptismus est totius professio fidei: sed hæc infantibus nondum convenire potest; quia alias etiam infantes possent dici fideles.

3^o. Ergo etiam baptizari possent infantes adhuc existentes in matris utero, velut si mater fœtum perfecte organizatum et animatum eniti nequit, cum non sit potior ratio pro infantibus aliis, quam pro his: sed sequela videtur non admittenda; quia, cum hi nondum nati sint, etiam renasci non possunt.

Ad 1^{um}. R. *N. min.* 1^o. Quia jugum Christi non grave, sed suave et leve est; 2^o. quia adulti facti per se ex obligatione gravi, sub æternæ damnationis poena fidem ac legem Christi tenerentur amplecti. Hinc infantibus, dum baptizantur, magna potius confertur gratia; ac per baptismum facti Ecclesiæ subditi ad servandam christianam legem compelli possunt. Et vero si in veteri Lege nulla fieret infantibus per circumcisionem injuria; minus talis irrogari illis per baptismum dici potest in Lege nova.

Ad 2^{um}. R. 1^o. Talis professio etiam erat olim circumcisio.

R. 2^o. *N. min.* Fidem enim profitentur tum ipso facto, tum voluntate et fide aliena. Recte etiam fideles dicuntur, tum ob fidem habitualement, quæ in baptismo ipsis infunditur; tum ob fidem actualem alienam, ut supra observatum ex AUGUSTINO.

Ad 3^{um}. R. 1^o. Si infans in utero perfundi aqua non possit; certum est, ex dictis initio, nec baptizari posse; quia huic baptismus applicari non potest: secus est de infante uterum egresso. Si vero aqua attingi possit, dividuntur sententiæ.

Prima negat præcipue ex ratione allata, eo quod, cum nondum natus sit, neque renasci possit. *Affirmat altera*, si fœtus animatus sit; eo quod jam aliquo modo dici natus possit, cum sit homo; et sicut hoc jam sufficit, ut contrahendi originalis peccati capax sit, imo illud contrahat; sic quoque jam sufficienter natus dici potest, ut remedii contra originale instituti, nimirum baptismi capax sit possitque renasci. Et vero infantem in utero proprio aliquo sensu dici natum posse, ex Matth. 1. colligitur, ubi de Christo ante partum dicitur: *Quod in ea natum est.* Ob hujus igitur sententiæ, si non

majorem, certe parem probabilitatem, cujus est prima, ac quia sacramenta ad salutem instituta sunt.

R. 2^o. Si prudenter timeatur, infantem decessurum esse antequam prodeat ex utero, esse baptizandum sub conditione; sub qua rursus baptizandum erit, si, periculo superato, prodeat foras. Responsio est BENEDICTI XIV. sum. Pontif. de Synod. Diœces. L. 5. cap. 5. ubi primo monet episcopos, ne in suis Synodis quidpiam hac in re, sub judice pendente, decendant: ad parochos vero, ait, pertinere, instruere obstetrices, ut, cum casus venerit, in quo infantem nulla adhuc sui parte editum, ac de vita periclitantem sub conditione, ut dictum, baptizent; sub qua deinde in lucem editus baptizetur rursus.

ARTICULUS III.

AN PUERI JUDÆORUM, ALIORUMQUE INFIDELIUM LICITE BAPTIZENTUR NON CONSENTIENTIBUS PARENTIBUS?

115. *Præmittit.* In hac quæstione plerisque Theologis certa esse sequentia: 1^o. Contra Durandum talem baptismum validum esse, cum, si præscripta in materia et forma conferatur, nullum essenziale baptismi desit; ut enim S. AUGUSTINUS epist. 23. (al. 98. n. 2.) ad Bonifacium ait: *Non... scriptum est, nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate... sed nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto.*

2^o. Licite ejusmodi proles baptizari, si in proximo mortis discrimine sint; sicque habet praxis Missionariorum apud Indos, ac fecisse leguntur viri sancti, ut S. FRANCISCUS XAVERIUS epist. ad Franciscum Henricum.

3^o. Etiam licite tales baptizari, si alteruter saltem parentum consentiat; et quidem si pater, aut eo defuncto avus ob jus potestatis patriæ; si sola mater; ob favorem fidei, cap. *ex litteris* 2. de convers. infid.: ubi quidem loquitur Pontifex de patria potestate, cum pater christianus offert filium aquis lustralibus discrepante matre hebræa: statuit tamen suæ sententiæ in favore fidei fundamentum; favor autem fidei in utroque casu valere jure debet.

4^o. Pariter id certum est de mancipiorum, vel servorum stricte talium prolibus; sunt enim sicut res in dominio principis; ut si princeps Christianus parentes bello captos in servitutem redegerit.

5^o. Licet esse puerorum illorum baptismum, si rationis usu præditi baptismum petant, invitis licet parentibus; quia, quantum ad religionem, sui juris sunt. Vel si ita a parentibus abstracti sint infantes, ut nulla sit spes ad eosdem reditus.

6^o. Etiam multi idem sentiunt de hæreticorum liberis; cum enim illi per baptismum facti sint Ecclesiæ subditi, ab hac compelli possunt ad servandas leges tum divinas, tum ecclesiasticas. Vix tamen hoc in Germania procedet quoad Protestantés, ob suspensam in pace Westphalica jurisdictionem ecclesiasticam saltem in subditos status acatholici, et indultam religionis libertatem; cum neque sine gravibus incommodis, publicisque dissensionibus id fieri possit, ac de cætero baptizent valide. Demum certum est, proles parentum infidelium, qui nequidem civiliter Christiano prin-

roversis attendi debet, quid unus alterque præter aut etiam contra omnes senserit. Deinde falsa est TERTULLIANI ratio, ut jacet; etsi enim infantes peccata actualia non habeant, ideo tamen innocentes non sunt, cum habeant originale.

Ad 2^{um}. Eadem est ad S. GREGORIUM responsio, quem in hoc deseruere Patres alii. S. HIERON. vero de infidelibus ac quidem adultis eo loco loquitur; parvuli enim proprie infideles non sunt, sed solum negative.

Ad 3^{um}. R. Concilium solummodo docet, parvulum in matris utero salvari non posse, 1^o. non baptismo matris, quia hic non est proprius fœtui; 2^o. nec fide matris, quia fides matris etiam non est communis infanti in utero, sed est illi propria, qui confitetur. Ratio sumitur ex præcedentibus; nam præmittitur immediate ante: *neque enim ea, quæ parit, cum fœtu, qui paritur, ea in re habet aliquid commune.*

114. *Obj. III.* Ex Ratione. 1^o. Infantes per baptismum multas contrahunt obligationes: sed iniquum est, tam grave jugum imponere non consentientibus.

2^o. Baptismus est totius professio fidei: sed hæc infantibus nondum convenire potest; quia alias etiam infantes possent dici fideles.

3^o. Ergo etiam baptizari possent infantes adhuc existentes in matris utero, velut si mater fœtum perfecte organizatum et animatum eniti nequit, cum non sit potior ratio pro infantibus aliis, quam pro his: sed sequela videtur non admittenda; quia, cum hi nondum nati sint, etiam renasci non possunt.

Ad 1^{um}. R. *N. min.* 1^o. Quia jugum Christi non grave, sed suave et leve est; 2^o. quia adulti facti per se ex obligatione gravi, sub æternæ damnationis poena fidem ac legem Christi tenerentur amplecti. Hinc infantibus, dum baptizantur, magna potius confertur gratia; ac per baptismum facti Ecclesiæ subditi ad servandam christianam legem compelli possunt. Et vero si in veteri Lege nulla fieret infantibus per circumcisionem injuria; minus talis irrogari illis per baptismum dici potest in Lege nova.

Ad 2^{um}. R. 1^o. Talis professio etiam erat olim circumcisio.

R. 2^o. *N. min.* Fidem enim profitentur tum ipso facto, tum voluntate et fide aliena. Recte etiam fideles dicuntur, tum ob fidem habitualem, quæ in baptismo ipsis infunditur; tum ob fidem actualem alienam, ut supra observatum ex AUGUSTINO.

Ad 3^{um}. R. 1^o. Si infans in utero perfundi aqua non possit; certum est, ex dictis initio, nec baptizari posse; quia huic baptismus applicari non potest: secus est de infante uterum egresso. Si vero aqua attingi possit, dividuntur sententiæ.

Prima negat præcipue ex ratione allata, eo quod, cum nondum natus sit, neque renasci possit. *Affirmat altera*, si fœtus animatus sit; eo quod jam aliquo modo dici *natus* possit, cum sit homo; et sicut hoc jam sufficit, ut contrahendi originalis peccati capax sit, imo illud contrahat; sic quoque jam sufficienter natus dici potest, ut remedii contra originale instituti, nimirum baptismi capax sit possitque renasci. Et vero infantem in utero proprio aliquo sensu dici natum posse, ex Matth. 1. colligitur, ubi de Christo ante partum dicitur: *Quod in ea natum est.* Ob hujus igitur sententiæ, si non

majorem, certe parem probabilitatem, cujus est prima, ac quia sacramenta ad salutem instituta sunt.

R. 2^o. Si prudenter timeatur, infantem decessurum esse antequam prodeat ex utero, esse baptizandum sub conditione; sub qua rursus baptizandum erit, si, periculo superato, prodeat foras. Responsio est BENEDICTI XIV. sum. Pontif. de Synod. Diœces. L. 5. cap. 5. ubi primo monet episcopos, ne in suis Synodis quidpiam hac in re, sub judice pendente, decendant: ad parochos vero, ait, pertinere, instruere obstetrices, ut, cum casus venerit, in quo infantem nulla adhuc sui parte editum, ac de vita periclitantem sub conditione, ut dictum, baptizent; sub qua deinde in lucem editus baptizetur rursus.

ARTICULUS III.

AN PUERI JUDÆORUM, ALIORUMQUE INFIDELIUM LICITE BAPTIZENTUR NON CONSENTIENTIBUS PARENTIBUS?

115. *Præmittit.* In hac quæstione plerisque Theologis certa esse sequentia: 1^o. Contra Durandum talem baptismum validum esse, cum, si præscripta in materia et forma conferatur, nullum essenziale baptismi desit; ut enim S. AUGUSTINUS epist. 23. (al. 98. n. 2.) ad Bonifacium ait: *Non... scriptum est, nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate... sed nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto.*

2^o. Licite ejusmodi proles baptizari, si in proximo mortis discrimine sint; sicque habet praxis Missionariorum apud Indos, ac fecisse leguntur viri sancti, ut S. FRANCISCUS XAVERIUS epist. ad Franciscum Henricum.

3^o. Etiam licite tales baptizari, si alteruter saltem parentum consentiat; et quidem si pater, aut eo defuncto avus ob jus potestatis patriæ; si sola mater; ob favorem fidei, cap. *ex litteris* 2. de convers. infid.: ubi quidem loquitur Pontifex de patria potestate, cum pater christianus offert filium aquis lustralibus discrepante matre hebræa: statuit tamen suæ sententiæ in favore fidei fundamentum; favor autem fidei in utroque casu valere jure debet.

4^o. Pariter id certum est de mancipiorum, vel servorum stricte talium prolibus; sunt enim sicut res in dominio principis; ut si princeps Christianus parentes bello captos in servitutem redegerit.

5^o. Licet esse puerorum illorum baptismum, si rationis usu præditi baptismum petant, invitis licet parentibus; quia, quantum ad religionem, sui juris sunt. Vel si ita a parentibus abstracti sint infantes, ut nulla sit spes ad eosdem reditus.

6^o. Etiam multi idem sentiunt de hæreticorum liberis; cum enim illi per baptismum facti sint Ecclesiæ subditi, ab hac compelli possunt ad servandas leges tum divinas, tum ecclesiasticas. Vix tamen hoc in Germania procedet quoad Protestantés, ob suspensam in pace Westphalica jurisdictionem ecclesiasticam saltem in subditos status acatholici, et indultam religionis libertatem; cum neque sine gravibus incommodis, publicisque dissensionibus id fieri possit, ac de cætero baptizent valide. Demum certum est, proles parentum infidelium, qui nequidem civiliter Christiano prin-

cipi sunt subditi, illicite baptizari contra voluntatem parentum; tum quod, si proles in parentum potestate permaneat, sacramentum exponatur certo profanationis periculo; si vero abstrahantur vi, lædatur jus naturale parentum.

Tantum igitur procedit quæstio de liberis Judæorum et infidelium Christiano principi solum subditorum civiliter, an baptizari possint licite invititis parentibus, extra casus ante exceptos? Affirmat inelyta Scotti schola; negat altera divi Thomæ cum reliquis, duce doctore Angelico.

146. *Dico.* Illicitus est talis baptismus. Est sententia communior apud Theologos et Canonistas, quos magno numero recenset SANTORIUS Cardin. in Rituali Sacram. pag. 209. et quæ teste Cardin. ALBIZI, de inconstantia in fide cap. 41., prævaluit in Tribunalibus; ac sæpius decisa Romæ, confirmataque, ut dicitur infra, a BENEDICTO XIV. S. P.

Prob. I. Ex sensu praxique Ecclesiæ, quæ nunquam id praticare voluit; quod est argumentum doctoris Angelici Quodlib. 2. a. 7.: *Dicendum, quod maximam habet auctoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ semper in omnibus est æmulanda, quia et ipsa doctrina doctorum Catholicorum ab Ecclesia auctoritatem habet; unde magis standum est auctoritati Ecclesiæ, quam auctoritati vel Augustini, vel Hieronymi, vel cujuscunque Doctoris. Hoc autem Ecclesiæ usus nunquam habuit, quod Judæorum filii invititis parentibus baptizarentur: quamvis fuerint multi Catholici principes potentissimi, ut Constantinus et Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi episcopi, ut Sylvester Constantino, et Ambrosius Theodosio, qui nullo modo prætermisissent ab iis impetrare, si hoc esset consonum rationi.*

147. *Prob. II.* Auctoritate sacræ Congregationis Cardinalium Conc. Tridentini, quæ consulta a Missionariis Sinarum decretum edidit, approbatum ab INNOCENTIO X., quo prohibentur baptizari tales infantes sine parentum consensu, apud AMORT. in Diction. Select. Cas. Ac cum Avenione baptizata fuisset filia Judæi cujusdam, eo ignaro, eadem Congregatio promulgari jussit a concionatoribus, eum, qui posthac talia tentaret, non solum peccati mortalis reum esse; sed etiam subiacere pœnæ arbitrariæ a superioribus infligendæ, ut refert LUDOVIC. BANCELIUS Tom. 4. Moral. v. *infidelitas.*

Has vero aliasque declarationes S. Officii recensens etiam BENEDICTUS XIV. S. P. consultus ab Archiepiscopo Tarsensi Vices gerente, de novo approbat, confirmatque in Epistola pastorali ad eundem Archiepiscopum anno 1747. die 28. Febr. quæque extat in Tom. 2. Bullarii; qua inquit: *In præfatis quibusdam Resolutionibus innuitur, eum, qui Hebræorum filios sine consensu parentum baptismo lustrare ausus fuerit, exceptis iis casibus, in quibus hoc liceat, eum, inquam, pœna mulctandum esse; baptismum autem uno teste probari. Nihil aliud restat, quam prædictarum resolutionum judicium confirmare, et quidquid in iisdem continetur, nostra quoque sententia stabilire. Baptizantis mentem esse sanctam, reclamque, non dubitamus; modus autem omnino illicitus habendus est, et ea quicumque facit, quæ Ecclesia fieri vetat, pro judicis prudentia mulctari debet, etc.*

148. *Prob. III.* Ratione. 1°. Infantes baptizati, parentibus infidelibus in-

vititis, vel in horum relinquuntur potestate, vel abstrahantur ab istis; sed neutrum licet: non primum; quia sacramentum certo exponeretur periculo profanationis ob periculum indubium perversionis et apostasiæ: non secundum; quia læderetur jus naturale parentum; jure enim naturali liberi, quam diu rationis usu non fruuntur, sub potestate et cura parentum sunt, sicut cæteræ eorum res.

Si dicas cum D. Collet: etsi res fortunæ sint in parentum infidelium dominio, ob earum tamen abusum tollere illas potest princeps secularis, cui civiliter parentes subjecti sunt; ergo et sic tollere potest eorum proles, dum erga has abutentes potestate sua, illas deferre ad baptismum nolunt.

R. N. *Cons.* Quia secularis potestas se solum extendit ad naturalia et temporalia; nec hujus est, judicare illos, qui contra præceptum supernaturale agunt. Nec inde inferas: ergo saltem Ecclesia has proles auferre poterit; nam neque ad Ecclesiam de his, qui foris, h. e. non baptizati sunt, spectat judicare, 1. ad Cor. 5.

2°. Si liceat baptizare proles invititis parentibus infidelibus; ergo ob præceptum de baptismo suscipiendo: sed hoc non; quia Deus condendo legem fidei et baptismi, jus naturale ideo non voluit sublatum; ergo jus naturale parentum circa infantes suos salvum manet. *Prob. A.* 1. Deus utriusque juris divini et naturalis auctor est; 2. quia gratia, ut dicitur, passim apud Theologos non destruit naturam, sed perficit; 3. quia per legem baptismi non derogavit juri naturali, alias, quod v. g. habet adultus circa actus suos liberos, atque hinc ad baptismum cogi non potest; 4. id demum ex usu Ecclesiæ optime addiscimus, quæ, ut supra ex S. Thomæ observatum, nunquam egit apud Imperatores, etsi dilatandæ religionis Christianæ studiosissimos, ut vel infideles cogere ad deferendos ad baptismum liberos, vel hi baptizentur iis nolentibus.

149. *Obj. I.* Ex S. Script. 1°. Ecclesia Matth. cap. ult. accepit jus et potestatem universalissimam baptizandi quoscumque; ergo et infantes infidelium.

2°. Luc. 14. dominus præcipit servo: *Compelle intrare, ut impleatur domus mea*, ubi sub nomine domini et domus significatur Deus et Ecclesia; ergo ad baptismum, quo intratur in Ecclesiam, procurandum suis infantibus compelli possunt infideles.

3°. 1. Machab. 2. Mathathias et ejus socii *circumciderunt pueros incircumcisos, quotquot invenerunt in finibus Israel.* Ergo et baptizari possunt infidelium pueri.

Ad 1^{am}. R. D. Accepit potestatem baptizandi quoscumque, servato tamen ordine justitiæ, ac juris naturalis, h. e. non cogendo per vim, sed alliciendo doctrina et prædicatione, persuadendo parentibus, ut in baptismum suorum liberorum consentiant C. hinc in textu præmittitur *docete*: cogendo per vim, turbato ac læso juris naturalis ordine N. Argumentum probat, etiam adultos invitatos ad baptismum cogi posse.

Ad 2^{am}. R. 1°. Ergo adulti invitati ad baptismum adigi possunt vi; quia textus, ut ex parabola constat, adultos respicit. Hinc

R. 2°. D. *Compelle* per vim et violentiam N. persuasionem, prædicationis efficacia C. Hoc solo modo Christus gentes duci in Ecclesiam voluit Matth. ult. *Docete omnes gentes.*

Ad 3^{am}. R. 1^o. Recte explicari potest de pueris Judæorum nondum circumcisis, quos scilicet circumcidere neglexerant antea parentes ex metu gentium, vel ob turbas belli.

R. 2^o. Dato, fuisse etiam pueros infidelium, poterant eos circumcidere velut bello captos. At sic etiam licet baptizare hujusmodi proles.

120. *Obj. II.* Ex histor. Eccles. Etiam principes religiosi compulsi leguntur vi Judæos et infideles ad baptismum; ergo. *Prob. Ant.* Nam 1^o. Sisebutus Hispaniarum rex, teste BARON. ad an. C. 614., coegit ad baptismum Judæos; propterea laudatus in Conc. TOLET. IV.

2^o. Juxta Francorum Annales CAROL. M. coegit ad baptismum Saxones, ideo etiam ab ADRIAN. I. commendatus. Sic Chilpericus, teste GREGORIO TURON. Lib. 6. Histor. Francor., Judæos baptizari jussit; et Dagobertus S. AMANDO episcopo Trajectensi præcepit, ut Gandavenses ad baptismum cogeret.

3^o. S. Congregatio Officii et Pontifex concessit Duci Mantuæ, anno 1699. ut quasdam proles a parentibus Judæis abstractas curaret baptismo ablui. Idem Augustæ Taurinorum factum fuit ex Decr. ejusd. Congr. ut refert Sessa. cap. 31.

R. Principes etiam religiosi compulsi aliquando ad baptismum Judæos et infideles ex bono quidem fidei zelo; at non secundum scientiam tali. Unde

Ad prob. 1^{am}. Patres Toletani zelum regis, non factum laudarunt; simulque vetuerunt, id deinceps ne fiat; Can. 57. (Labb. t. 3. p. 1719. B.): *De Judæis præcipit S. Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre. Statuerunt quidem etiam, ut Judæi, qui fidem Christianam vi, vel necessitate susceperant, tenere cogantur; quia, licet positive invitus animo non baptizetur valide; metu tamen pœnæ baptizari volens vere baptizatur, cum metus non tollat voluntarium simpliciter. Deinde ex actu externo, quo quis baptismum suscipit, animus suscipiendi internus præsumitur in foro Ecclesiæ. Hinc Synodus voluit, potuitque eos urgere ad servandam fidem.*

Ad prob. 2^{am}. R. Carolus M. non vi, sed benignitate, veræ salutis consilio, teste ACCURSO, qui familiaris Imperatori erat, epist. 1^a., adeoque persuasione ad baptismum et Christiana sacra perduxit; at postea rebelles et apostatas armis devictos religione et fide suscepta stare merito coegit. Chilperici factum, ut refert, sic et improbat GREGORIUS. Demum Dagoberti mandatum non executus fuit AMANDUS, sed Gandavenses prædicatione perduxit ad fidem, Histor. Vitæ apud SURIUM 1. Febr.

Ad prob. 3^{am}. Hebræus pater Duci Mantuæ id promiserat, se et liberos baptizandos offerens; Taurinensis quoque suam filiam obtulerat, jamque a matre Hebræa abstractam Christianæ nutrici lactandam dederat; sed cum utrumque patrem Hebræum postea facti pœniteret, censuit S. Congr. tum ob promissionem datam et acceptatam avellendos utriusque Judæi infantes ac baptizandos, ac penes Christianos esse educandos; tum ideo hoc prudenter statutum est, ait in laudata epist. Pastor. BENEDICTUS XIV. Papa, ne parentes Hebræi, quibuscum summa æquitate apud Christianos agitur, eo impudentiæ deveniant, ut et nos et Ecclesiam audeant irridere.

121. *Obj. III.* Ex ratione. 1^o. Potestas principum est potestatis divinæ vicaria; ergo.

2^o. Princeps Christianus habet jurisdictionem in subditos suos tam infideles, quam fideles et hæreticos; ergo sicut hos cogere potest, ut infantes ad baptismum deferant, ita et priores.

3^o. Cuilibet jure naturæ competit jus et potestas defendendi innocentem; atqui infantes sunt in hac materia innocentes, iisque inferitur injuria gravissima a parentibus illorum impediendis baptismum. Sic si parentes velint occidere infantes suos, vel eos ad furta, blasphemias instruerent, juste eos princeps illis abstraheret; ergo multo magis abstrahere poterit, si eos deferre ad baptismum nolint, cum hac ratione parentes sint causa spiritualis suarum prolium mortis, quæ corporali altera est longe gravior.

4^o. Parentes nullum habent jus impediendi suarum prolium baptismum; ergo his invitis baptizari possunt.

5^o. Jus naturale obligat ad amplectendam religionem veram ad procuranda necessaria salutis media; ergo parentes, dum impediunt suorum infantium baptismum, agunt contra jus naturale; ergo cogi possunt a principe, ut eos ad baptismum offerant; quia princeps potest ea omnia remove; quæ juri naturali adversantur.

6^o. Parentes ejusmodi abutuntur potestate patria; item potestas patria est creatura juris civilis: sed hoc summus princeps non ita obligatur, ut illud immutare non possit; ergo.

Ad 1^{am}. R. Potestas principum est vicaria divinæ; sed quoad ea tantum, quæ sunt ordinis naturalis, et bonum temporale Reipublicæ attinent. Quod si quandoque præceperint servari leges supernaturales, id fecerunt ceu advocati implorati ab Ecclesia, vel ex hujus voluntate expressa, vel præsumpta, circaque eos, in quos Ecclesia acquisiverat jus, ut hæreticos; vel si etiam circa infideles, Judæos; salvo tamen horum jure naturali.

Si ais: Potestas parentum circa filios se extendit etiam ad supernaturalia; ergo et illa principis.

R. Nec parentum potestatem eo se extendere, ut liberos jam adultos ad susceptionem baptismi adigant; possunt autem infantes offerre ad baptismum, quia tunc non habent moraliter aliam voluntatem, quam parentum. Quod non convenit principi respectu subditorum infidelium, non tantum adultorum, sed etiam parvulorum; nisi hi utroque parente orbati sint; tunc enim potest, imo debet procurare iis baptismum; invitis etiam tutoribus infidelibus; quia horum potestas non est a jure naturæ, sed civili, cui princeps derogare potest; præsertim cum aliquo modo omnium pupillorum sibi subditorum universalis et eminentialis tutor sit. Quod tamen hic principi convenit, ad privatum extendi non debet; unde si pupillus tutorem infidelem habeat, quia juxta leges loco patris est, nequit privatus baptizare pupillum tutore invito, ut notat epist. laudata BENEDICTUS XIV.

Ad 2^{am}. R. N. Cons. Subditi enim fideles et hæretici, etsi quoad supernaturalia non subsint jurisdictioni principis; subsunt tamen Ecclesiæ, quæ principibus dat potestatem eos cogendi. Secus de infidelibus est, qui quoad supernaturalia nec jurisdictioni principis, nec Ecclesiæ subsunt.

Ad 3^{am}. R. D. Cuilibet competit hæc potestas, si injuria inferatur innocenti contra justitiam naturalem, sive in iis, quæ jure naturæ debentur C.

si contra legem supernaturalem, ac in iis, in quibus supponitur fides *N.* Exempla allata sunt directe contra jus naturæ, et bonum commune Reipublicæ ejus conservatio ad principem pertinet. In casu vero nostro parentes agunt contra jus supernaturale tantum, quod habent eorum proles ad spirituales animæ vitam per baptismum obtinendam; quam injuriam impedire, etsi mors spiritualis gravior corporali sit, nec est potestatis civilis, nec ecclesiasticæ.

Ad 4^{am}. R. *N. Cons.* Etsi enim non habeant jus impediendi baptismum prolium, ac impediendo agant contra jus supernaturale; habent tamen jus, ne sibi subducantur proles, quod sequi deberet baptismum, ob profanationis et perversionis periculum.

Ad 5^{am}. R. Jus naturæ sic obligat omnes indistincte *N.* supposita sufficienti prædicatione et cognitione *subd.* obligat tunc directe et immediate *N.* mediate et indirecte *C.* In tantum scilicet tunc lex naturalis obligat, in quantum dictat, esse obtemperandum legibus superiorum. Sed hoc non est proprie jure naturæ obligari; sic non dicitur quis jure naturæ obligari ad jejunium, etsi jus naturæ, supposito præcepto Ecclesiæ, dictet, esse obediendum superiori legitime præcipienti. Et vero sequeretur alias posse æque cogi a principe infideles adultos; quin is ex paritate rationis se ingerere posset causis spiritualibus et supernaturalibus plerisque.

Ad 6^{am}. R. 1^o. Etiam sic jure suo abutuntur adulti.

R. 2^o. *D.* Abutuntur suo jure contra jus naturale aliquod *N.* contra supernaturale, divinum *C.* Hinc peccant quidem contra hoc, vel formaliter supposita sufficienti cognitione obligationis suæ, vel materialiter, si invincibiliter adhuc obligationem ignorent; quia tamen potestate sua non abutuntur, contra legem naturalem, vel humanam, etiam a potestate humana cogi non possunt. Deinde potestas patria est creatura juris civilis, si spectetur secundum latitudinem, extensionem et formam, quam in Romano jure accepit; non vero si spectetur secundum jus, quod parentes suos in infantes habent, ut eorum curam gerant, ut sibi non subducantur; ad hoc enim jus a natura habent.

ARTICULUS IV.

QUINAM BAPTISMI EFFECTUS SINT? QUÆ PROPRIETATES?

122. *Præmitto.* Baptismi effectus alios longe a Catholicis statuerunt jam olim hæretici. Hominem vere baptizatum peccare amplius non posse Jovinianus asseruit, quem ex parte secutus est Calvinus in Antidoto Conc. Trid. docens, baptismum tanquam Dei chirographo certum reddi baptizatum de perpetua adoptionis gratia; ac Lutherus L. de captiv. Babyl. cap. de Bapt. His Novatores posteriores addunt sequentes: 1^o. Quod baptismus revocatus in memoriam deleat peccata post ipsum admissa; quod refellitur in Tr. de Pœnit.: 2^o. Quod liberet hominem ab observantia legum humanarum; imo legis divinæ, hoc sensu, quod baptizato transgressio divinæ legis, quæ sit equidem peccatum, non tamen ad peccatum imputetur, si modo fidem habeat.

At nemo non videt, tum quam pestilens ea doctrina sit, quæ pudendis quibusque, maximeque enormibus flagitiis viam planet, lateque portas

aperiat, tum quam directe adversetur Scripturæ sacræ; quæ, non obstante baptismo, ipsaque fide, timendum monet, ad Rom. 11. 10. *Fide stas; noli altum sapere, sed time: damnationem minatur sceleribus, non præcise defectui fidei, 1. ad Cor. 6. 9. Nolite errare; neque fornicarii, neque fures, etc., regnum Dei possidebunt.* Ut proinde dogmata tam absona merito condemnarit TRIDENT. Sess. 7. can. 6. 7. 8. 9. 10. Ac quoniam ea occurrunt in Theologia alibi, ulteriori eorum confutatione abstinemus.

123. *Dico I.* Veri effectus baptismi sequentes sunt:

I. Secluso obice, tollit peccatum omne, originale et actuale. Constat 1^o. ex SCRIPTURA SACRA: Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Quod vaticinium de baptismo semper intellexit Ecclesia. Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Act. 22. *Baptizare, et ablue peccata tua.* Ad Ephes. 5. *Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.*

2^o. Ex SS. PATRIBUS: TERTULLIANUS de Bapt. c. 1. *Felix, ait, sacramentum aquæ nostræ, qua abluti delictis pristinæ cæcitatæ, in vitam æternam liberamur.* Et c. 7. *Baptismi carnalis actus (est), quod in aqua mergimur; spiritualis effectus, quod delictis liberamur.* CLEMENS Alexandr.: *Multis modis vocatur hoc opus (Baptismus), gratia, illuminatio, perfectum, et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod peccata abstergimus: gratia autem, qua remittuntur pœnæ quæ peccatis debentur: illuminatio, per quam sanctam illam et salutarem lucem intuemur...: perfectum autem dicimus, cui nihil deest; quid enim ei desit qui Deum novit? Est enim revera absurdum, Dei vocari gratiam, quæ non sit perfecta et undequaque plena. Qui est autem perfectus, perfecta utique largietur.* Pœdagog. L. 1. (opp. p. 93. A.). ORIGENES in Genes. hom. 13. n. 4. (opp. t. 2. p. 97. A.): *Si delinquas, ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed vide quia cum semel accessisti ad crucem Christi, et ad gratiam baptismi, chirographum tuum cruci affixum, et in fonte baptismatis deletum est.* CYPRIANUS epist. 1. ad Donatum n. 4.: *Undæ genitilis auxilio, superioris ætatis labe detersa, in expiatum pectus serenum ac purum desuper se lumen infudit... Scis ipse profecto, et mecum pariter recognoscis quid detraxerit nobis quidve contulerit mors ista criminum, vita virtutum.* S. HILARIUS in Ps. 63. n. 11. *Quis non renasci in innocentiam volet, cum peccati remissionem sacramentum novæ civitatis indulget?* S. ZENO Veronensis L. 2. Tract. 42. *Salvete hodie, nati fratres in Christo, acceptæque indulgentiæ regale beneficium diligenter, fortiter ac fideliter custodite; etenim vester contractus omnis (debitum scilicet culpæ et pœnæ) ablatus est; securi gaudete; nihil jam seculo debetis.* S. CYRILLUS Hierosol. catech. 3^a. n. 12. *Descendis in aquam ferens peccata; sed gratiæ invocatio animam obsignans non te permittit ab immani sorberi dracone. Qui mortuus in peccatis descendisti, ascendis vivificatus in justitia.* S. BASILIUS epist. 292. (al. 386.) ad Palladium: *Te proximum sibi Dominus per gratiam (Baptismi) effecit, removitque a peccato omni, et regnum calorum aperuit.* S. GREGORIUS Nazianz. orat. 40. n. 3. *Baptismus, carnis est abjectio, Spiritus assectatio, Verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluivium, lucis*

communicatio, tenebrarum oppressio. Baptismus, vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, caelestis regni clavis, vitae commutatio, servitutis depulsio, vinculorum solutio. S. AMBROSIIUS de mysteriis c. 3. n. 11. *Aqua est qua caro mergitur, ut omne abluatur carnale peccatum. Sepelitur illic omne flagitium.* HIERONYMUS tandem et AUGUSTINUS infra citandi.

Idem constanter docuit Ecclesia definitaque Concil. CARTHAGINENSE IV. cap. 4. (Labb. t. 2. p. 4199. C.), FLORENTINUM in Decreto, et TRIDENTINUM Sess. 5. in Decreto de pecc. orig.

II. Pœnam omnem peccatis debitam remittit. Est de fide. Atque ita docet TRIDENTINA Synodus Sess. 5. Decr. cit. n. 5. *Nihil est damnationis in iis, qui vere consepulti sunt cum Christo per baptismum... ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur.* Præiverat FLORENTIN. in Decr. inquit: *Baptizatis nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio; sed morientes antequam culpam aliquam admittant, statim ad regna cœlorum, et Dei visionem perveniunt.* Sed et Ecclesiæ veteris semper hic sensus fuit. Licet enim Ecclesia ante baptismum varia arduaque virtutis exercitia indiceret catechumenis, sive ut probarentur magis, sive ut melius dispositi uberiorem in sacramento gratiam perciperent; nunquam tamen iis pro peccatis ante baptismum commissis opera satisfactoria injunxit; nequidem tum, cum periculum esset, ne ob necessitatem præmature baptizati plura divinæ deberent justitiæ; hujus vero praxis nequit alia reddi ratio, nisi quod crederetur in Ecclesia per baptismum pœnam omnem divinæ alias debitam justitiæ tolli. Luculentius ille sensus Ecclesiæ liquet ex PATRIBUS. Inter quos, præter CLEMENTEM Alex., ZENONEM Veron. et GREGORIUM Naz. supra citatos, S. AUGUSTINUS L. 2. de peccat. merit. c. 28. n. 46. inquit: *Si continuo (post Baptismum) consequatur ab hac vita emigratio, non erit omnino quod obnoxium hominem teneat, solutis omnibus quæ tenebant.* Ac S. HIERON. epist. 69. ad Oceanum n. 4. *Post indulgentiam (Baptismi), judicis non est metuenda severitas.*

III. Nobilissimus baptismi effectus est infusio gratiæ sanctificantis, ac donorum supernaturalium virtutumque infusio; docente TRID. Sess. 6. cap. 7. *Justificationis, quæ non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum... causa... instrumentalis est sacramentum baptismi.* Ac constat 1º. ex Scriptura sacra, 1. ad Cor. 6. *Abluti estis, sanctificati estis, justificati estis, scilicet per baptismum.* 2º. Ex PATRIBUS, CLEM. Alex., CYPR., CYRILL. Hieros., GRÆG. Naz. supr. citat. Hæc vero gratia sanctificans alios post se effectus simul trahit; hominem filium Dei adoptivum reddit, amicum Deo; jus ad cœlestem gloriam confert; de quibus uberiùs consule Tract. de Grat.

IV. Confertur homini jus ad specialia gratiæ actualis auxilia ad assequendum baptismi finem, implendam sponsonem in baptismo factam. De quo jam dictum Tract. de Sacram. in gen. ubi de grat. sacramentali; uti quoque de alio baptismi effectum, caractere. Demum per baptismum, baptizati incorporantur Ecclesiæ, ipsique Christo ceu membra, 1. ad Cor. 6. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* Et ad Gal. 3. 27. *Quicumque baptizati estis, Christum induistis; omnes enim unum estis in Christo, id*

est, S. CHRYSOSTOMO interprete, *eandem formam, eandem figuram habetis omnes, in illum per similitudinem transformati.*

124. Dico II. Proprietates baptismi sunt sequentes :

1º. Necessitas ejusdem, de qua jam actum toto præcedenti capite.

2º. Unitas, juxta illud Apostoli ad Ephes. 4. *Unus Dominus, una fides, unum baptismum,* unitate scilicet specifica ejusdem sacramenti, ita ut non sit aliud specie baptismum in hominibus diversis, sed ut verum baptismum sit, semper in omni baptismum eadem esse debet specie materia et forma; sed et

3º. Iterabilitas, sive unitas baptismi talis, ut semel valide homini collatus, iterari in eodem amplius non possit. Constat ex Scriptura sacra ad Hebr. 6. *Impossibile est, eos, qui semel sunt illuminati... et prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam.* Quæ verba de sacramento penitentiae, utpote quod potest iterari sæpius, non possunt intelligi; ergo de baptismum debent accipi juxta S. AMBROSIIUM, CHRYSOSTOMUM, aliosque Patres, ut dicitur Tr. de sacram. Penitent. Et vero peccatum originale, ob quod præsertim baptismum a Christo institutum, non iteratur; character, quem baptismum imprimit, indelebilis est; mors Christi, quam significat, semel contigit. Ratio vero a priori, voluntas Christi sic instituentis est, intimata et tradita nobis tum per Scripturas sacras, tum per traditionem, qua constat, nunquam iteratum fuisse baptismum, quod semel valide collatum; tum per definitiones Ecclesiæ in CC. LATERAN., VIENN., FLORENT. et TRID. Sess. 7. de Sacram. in genere. Can. 9. ac de Bapt. Can. 11. Unde etiam tam rebaptizatus, quam rebaptizans scienter de jure ecclesiastico fiunt irregulares; de jure civili plectuntur capite L. 2. c. *Ne sanctum baptismum iteretur.*

Dices. Sicut ab Apostolo dicitur baptismum unum; ita fides una: sed, eo non obstante, repeti potest fides; ergo et baptismum.

R. D. Sic dicitur una quoad actum N. quoad speciem, objectum, finem C. Fides est vita, vel rectius actus vitæ, qui non unus, sed numero multus esse potest; baptismum vero est generatio in fide; illa vero non nisi una est. Nec obstat, quod baptismum sit, et dicatur sacramentum fidei; nam sic dicitur, quia per baptismum in fide generamur; non quod per eum repareremur ad fidem: etsi igitur fides quoad actum sit iterabilis; non tamen sic baptismum.

Dixi in Concl. *Baptismus semel valide collatus;* hoc est, quando de ejus valore sufficienter constat; in dubio vero, an valide collatus sit, quando repeti sub conditione possit, ac debeat, Theologia Moralis respondet.

DISSERTATIO II.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Sacramentum hoc vario olim sub nomine insignitum in Ecclesia fuit. 1^o. A materia sua remota, *unquenti mysterium* appellatur a S. Dionysio Areopagita L. de Eccles. Hier. cap. 4. part. 1^a.; *Sacramentum chrismatis* a S. Aug. L. 2. contra litteras Petiliani cap. 104.; *Chrisma sanctum, supercaeleste*, a LAODICENI Conc. Patribus Can. 7. et 48.; *Chrisma salutis* a LEONE M. serm. 4. de Nativ. Dom. c. 5. 2^o. A materia proxima, *impositio manus* a S. Hieron. contr. Lucifer., a S. Aug. L. 3. de Bapt. contr. Donat. cap. 16.; ab ISIDORO L. 2. de Offic. Eccles. cap. 27. Demum quia confirmatus, dum ungitur, cruce signatur in fronte, *sigillum Domini* a CORNELIO Papa epist. ad Fabium Antiochenum (Labb. t. 1. p. 675. A.); *signaculum Dominicum, spirituale* a S. CYPRIANO epist. 73. ad Jubaianum, S. AMBROSIO L. de Mysteriis. At ab effectu suo nunc in Ecclesia vulgato nomine *Confirmatio* nuncupatur. Agemus de hac per sequentia capita :

1^o. De Existentia, Materia et Forma sacramenti Confirmationis.

2^o. De Ministro ejusdem, Subjecto, Effectu, præmissa de sacramento hoc summa doctrinæ Catholicæ ex CC. FLOR. et TRID.

Decretum Concilii Florentini de Confirmatione pro Armenis sub Eugenio IV. an. 1439.

Secundum sacramentum est Confirmatio, cujus materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientie; et balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per episcopum benedicto. Forma autem est : *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Ordinarius minister est episcopus. Et cum cæteras functiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre : quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant, quemadmodum Actuum Apostolorum lectio manifestat : *Cum enim audissent, inquit, Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat; sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum*. Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio. Legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirma-

tionis sacramentum. Effectus autem hujus sacramenti est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes; ut videlicet Christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiae sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et praecipue crucem ejus, qui Judaeis quidem est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum; propter quod signo crucis signatur.

Canones Sacri Concilii Tridentini de Confirmatione Sess. VII. 3. Martii
an. 1547. sub Paulo III.

I.

Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse, et non potius verum et proprium sacramentum: aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quamdam, qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, injurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt; anathema sit.

III.

Si quis dixerit, sanctae Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem; anathema sit.

CAPUT I.

DE SACRAMENTI CONFIRMATIONIS EXISTENTIA, MATERIA ET FORMA.

Confirmatio sumpta metaphysice, est *verum novae Legis sacramentum baptizatos corroborans ad proflendam constanter christianam fidem*: physice, est *unctio chrismatis sub praescripta verborum forma in fronte baptizati, qua huic ex institutione Christi confertur augmentum gratiae, et robur spirituale*: sumpta physice simul et metaphysice recte definitur: *Sacramentum corroborationis in fide per manuum impositionem, et chrismatis inunctionem sub certa verborum forma*; quae definitio utramque Confirmationis essentiam explicat adaequate, ut ex dicendis patebit. Confirmationem hanc ex sacramentorum numero expungunt Protestantes omnino omnes. Lutherus L. de captiv. Babyl. satis esse, inquit, pro ritu ecclesiastico, seu ceremonia sacramentali Confirmationem habere, similem caeteris ceremoniis, consecrandae aquae, aliarumque rerum. Calvinus blasphemias eam ac conviciis, ubiubi

potest, persequitur, in Instit. cap. 19. §. 8. eam *oleum* vocans, *diaboli mendacio pollutum*. §. 13. *abortivam sacramenti larvam*: atque, ut alia id genus absurda non referam, in Antidoto Conc. Trid. Sess. 7. Can. 2. majore dicam imperitia, an impostura: *olei qui faciat mentionem, nemo est ex veteribus*. Chemnitius, quantumvis alias nasutulus, nihil, ait in Exam. Trid., *se olfacere olei et balsami in Scripturis*; forte tum, cum haec scriberet, non fuerit emunctae naris.

ARTICULUS I.

UTRUM CONFIRMATIO SIT VERUM, AC PROPRIE DICTUM NOVAE LEGIS SACRAMENTUM?

125. Dico. Confirmatio est verum, ac proprie dictum novae Legis sacramentum. Est de fide catholica, ut constat ex Can. 4. Sess. 7. Conc. Trident.

Prob. I. Ex SCRIPTURA sacra: Act. 8. v. 14. 15. baptizatis per Philippum diaconum Samaritanis, cum audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem; qui, cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat; sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. Et Act. 19. v. 6. Cum imposuisset illis (duodecim discipulis recens baptizatis) manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant.

Ex quibus tale formatur argumentum: Ad verum ac proprie dictum sacramentum, etiam adversariorum consensu, requiruntur sequentia: 1º. signum sensibile; 2º. collativum gratiae; 3º. divinitus institutum, ac quidem permanenter: atqui in impositione illa manuum, de qua in Actis Apostolorum cit. loc., habentur ea singula. Maj. est Calvini L. 4. Instit. cap. 19. §. 3., Lutheri L. de Captiv. de Bapt., quos sequuntur caeteri eorum Sectarii. Min. prob. Nam 1º. adest signum sensibile, ut patet, impositio manuum; 2º. collativum gratiae; nam per impositionem illam manuum dabatur Spiritus sanctus, cujus nomine principaliter gratia sanctificans intelligitur; 3º. divinitus institutum; nunquam enim Apostoli ita secure ac constanter imposuissent manus, ut daretur Spiritus sanctus, nisi mandatum Domini tenuissent; non enim Apostoli pollebant potestate instituendi signa infallibiliter collativa gratiae; sed hoc potestatis excellentiae est, quae Christo erat propria. Ac demum permanenter hoc signum fuisse institutum a Christo, ex traditione constat, illiusque signi ab ipso Apostolorum aeo ad nostrum continuato in Ecclesia usu.

126. Prob. II. Ex TRADITIONE, quae eruitur 1º. ex omnis aevi Patribus ac summis Pontificibus; 2º. ex Conciliis.

I. Ex SS. PATRIBUS ac PONTIFICIBUS. Ac quoniam adversarii excipiunt, Catholicos sacramentum Confirmationis probare ex veterum Patrum scriptis partim supposititiis, partim dubiae fidei; ejusmodi ultro missis, etsi saltem Scriptorum antiquorum sint, eorum referam testimonia, quae et probate sunt alias fidei, et genuina habentur ab adversariis ipsismet, excepto forsitan S. DIONYSIO AREOPAG.; at cujus scripta de Eccles. Hier. in peculiari Dis-

sertatione vindicabimus. Igitur argumentum tale est : SS. Patres ac Pontifices Confirmationem distinguunt a Baptismi ceremoniis ; docent quod habeat vim conferendi Spiritum sanctum, sive gratiam, atque veris sacramentis annumerant; ergo.

Prob. Ant. SEculo I. S. DIONYSIUS AREOPAG. S. Pauli Apostoli discipulus L. de Eccl. Hier. cap. 2. part. 2^a. §. 7. postquam totum Baptismi ritum descripsisset, de jam baptizato ait : *Initiatum (baptizatum) veste alba induunt : rursus illum ad pontificem ducunt, qui divinitus sacro oleo virum consignant. Pontifex ipsum Eucharistiae participem efficit.* Et cap. 4. part. 3^a. §. 11. rationem reddens, cur post Baptismum inungatur baptizatus : *Ei, inquit, qui sanctissimo divinae regenerationis sacro initiatus est, consummans illa unctio divini Spiritus illapsum elargitur.* Hic S. Doctor 1. illam unctionem distinguit a ceremoniis Baptismi ; quia dabatur post Baptismum, sicut Eucharistia ; quia erat reservata episcopo ; 2. illam sacramentis veris annumerat ; quia elargitur Spiritum sanctum, quod ceremoniis Baptismi non competit.

SEculo II. TERTULLIAN. in L. de Bapt. cap. 7. et 8. *Exinde, ait, egressi de lavacro perungimur benedicta unctione... In nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit, quomodo et ipsius Baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur ; spiritalis effectus, quod delictis liberamur. Dehinc manus imponitur per benedictionem advocans et invitans Spiritum sanctum.* Hic clare TERTULLIAN. sacramentum exprimit distinctum a Baptismo, huiusque ceremoniis ; hoc enim Baptismo comparat, ac opponit ; ac sicut Baptismo, ita illi tribuit vim producendi effectum spirituales, sive gratiam, quod non nisi solis veris sacramentis convenit. Quin nitide adæquatam exprimit huius sacramenti materiam, unctionem et impositionem manus. Quod rursus facit L. de Resurr. carn. cap. 8. *Caro abluitur, ut anima emaculetur : en Baptismus. Caro signatur, ut et anima muniatur ; caro manus impositione adumbratur, ut et anima Spiritu illuminetur : en Confirmatio ejusque materia adæquata. Caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima Deo saginetur : en Eucharistia.* Tria hæc sacramenta conjungit TERTUL. ut ante DIONYS., quod juxta disciplinam Ecclesiae veteris conferrentur simul, quando baptizabantur catechumeni.

SEculo III. S. CORNEL. Papa epist. ad Fabian. apud Eusebium L. 6. cap. 35. et Labb. Conc. t. 1. (p. 673.) de Novato ait : *Eum, postquam a morbo liberatus fuit (ob quem baptizatus in lecto fuerat), reliqua non percepisse, quæ juxta ecclesiasticam regulam percipi debent ; neque ab episcopo consignatum fuisse. Hoc autem signaculo minime percepto, quomodo Spiritum potuit accipere ?* Sed hoc signaculum non erat Baptismi ceremonia, cum conferre Spiritum sanctum, deberetque a solo impendi episcopo. S. CYPRIAN. epist. 73. ad Jubajan. n. 9. scribens de impositione manus Petri et Joannis super Samaritanos a Philippo diacono baptizatos : *Quod nunc quoque, ait, apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiae offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo dominico consummentur.* Clariora hæc rursus sunt, quam ut expositione indigeant.

SEculo IV. S. CYRILL. Hierosolymitanus Catech. 21. n. 1. et 2. *Et vobis, ait, postquam ex aquis sacri lavacri ascendistis, datum est chrisma, quod*

gerit imaginem illius, quo unctus est Christus ; hoc autem est Spiritus sanctus. Vos vero uncti estis unguento, facti participes et consortes Christi. Paria fere S. AMBROS. tradit L. de Myster. cap. 6.

SEculo V. INNOCENT. I. epist. ad Decentium cap. 3. (Labb. t. 2. p. 1246.) : *De consignandis, inquit, vero infantibus manifestum est, non ab alio quam ab episcopo fieri licere ; nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificibus solis deberi, ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum Apostolorum, quæ assertit, Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam presbyteris (seu extra episcopum, seu præsentem episcopo baptizent) chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum ; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum.* Quibus nihil apertius ; nam 1^o. hic clare docet Pontifex unctionem confirmatoriam distinctam esse ab altera baptismali ; cum hæc fiat in vertice, et a simplici presbytero ; prior vero fieri debeat in fronte, et a solo episcopo. 2^o. unctionem illam esse eandem INNOCENTII tempore cum illa Apostolorum Act. 8. 3^o. Per illam confirmatoriam unctionem conferri Spiritum sanctum ; sed hoc ceremoniæ tantum ecclesiasticæ convenire non potest. S. AUGUSTIN. L. 2. contra litteras Petiliani cap. 104. n. 239. *In hoc unguento, inquit, sacramentum chrismatis vultis interpretari : quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus.* Ergo æque ac hic sacramentum. Ac Tract. 3. in 1^{am}. epist. Joannis n. 5. *Unctionem habetis a Sancto, ut ipsi vobis manifesti sitis. Unctio spiritalis ipse Spiritus sanctus est, cujus sacramentum est in unctione visibili.* Prætermitto id genus plures AUGUSTINI, aliorumque Patrum textus, ne æquo in iisdem referendis sim longior ; qui vero plures volet, consulat BELLARMIN. de sacram. Confirm. L. 2. c. 6.

II. EX CONCILII. IN CONC. ELIBERITANO, cujus epocham Scriptores vulgo ad initium IV. sæculi referunt, Can. 38. (Labb. t. 1. p. 974.) statuunt Patres : *Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum cateclumenum, ita ut, si sic pervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.* Hæc vero manus impositio est 1^o. confirmatoria ; tum quia Confirmatio passim vocatur Christianorum perfectio ; tum quia impositio manus, quæ ab episcopo super neophytum fieri debet, est confirmatoria. 2^o. Est verum sacramentum ; quia per hanc confertur gratia sanctificans, sive perfectio.

In CONC. LAODICENO circa an. 363. Can. 48. (Labb. t. 1. p. 1524.) rursus decernunt Patres : *Oportet eos qui baptizantur, post lavacrum chrisma Ecclesie accipere, et regni Christi participes inveniri.* En duæ sacri chrismatis proprietates ; prima, quod suo modo necessarium et præceptum sit, juxta illud, oportet ; altera, quod regni Christi participes efficiat : sed id dici non potest de ritu, nisi cui gratia certo annexa sit. Similia plurima in Conciliis aliis comperies apud BELLARMIN. hic, velut in ARAUSICANO an. 441. (Labb. t. 3. p. 1447. C.) HISPALENSII II. an. 619. cap. 7. (Labb. t. 5. p. 1666.) aliisque.

Ex hisce singulis detegitur 1^o. quam falso edixerit CALVIN. in Antidot. Concilii TRID. Sess. 7. Can. 2. *Olei qui faciat mentionem, nemo est ea vete-*

ribus; imo nec ex media illa aetate, quæ jam multis vitis abundabat. 2º. Inepte prorsus responderi ab adversariis, ritum illum unctionis, de quo testantur Patres, fuisse tantum ceremoniam ecclesiasticam ac sacramentalem, vel sacramentum sensu solum improprio et latiore dictum; ut ex reflexionibus liquet ad singulorum textus factis, nuncque patebit amplius ex solutione objectionum, quibus utramque conclusionis probationem ex S. Scriptura et traditione impetunt hæretici. Unde

427. *Obj. I. contr. prob. 1ª.* ex S. Scriptura. 1º. Illa impositio manus, qua usi leguntur Apostoli Act. 8. et 19, non erat sacramentum, sed quædam ceremonia, nimirum oblatio baptizatorum Deo; solebant enim per impositionem manus offerre Deo, quos baptizaverant, ait Calvinus.

2º. Vel certe ad summum erat privilegium singulare, vel mandatum datum præcise Apostolis, ut per impositionem manus gratias gratis datas conferrent fidelibus; ergo modo nos tali signo temerarie utimur. *Conf.* ab eventu; nam ad impositionem manus factam ab Apostolis sequebatur effectus: descendebat Spiritus sanctus sensibiliter; *prophetabant, loquebantur linguis*; etsi vero quis nunc centies imponat manus, nihil tale percipitur; ergo erat privilegium personale Apostolorum; nunc vero non nisi vacua et inanis ceremonia.

3º. Spiritus sanctus, qui datus legitur in Actibus Apostolorum, erat tantum Spiritus signorum, sive gratiarum gratis datarum, ut miraculorum; non vero gratia sanctificans; ergo. *Prob. Ant. 1ª.* Ex Joelis 2., ubi hoc prædicatur: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri.* 2º. Marc. ult. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, etc.* 3º. Ab effectu; passim in Actis observatur, quod ii, in quos descendebat Spiritus sanctus, loquerentur linguis.

4º. Et simul confirmantur ante dicta. Samaritani acceperunt per impositionem manuum Petri et Joannis Spiritum, quo adhuc carebant; sed non carebant Spiritu sancto sumpto pro gratia sanctificante, utpote quem in Baptismo receperant; carebant autem Spiritu sancto sumpto pro gratiis gratis datis; ergo et hunc solum receperunt postea, ut vult S. CHRYSOST. homil. 18. in Acta Apost. n. 2. (opp. t. 9. p. 146. B.) ubi quærit: *quomodo Spiritum sanctum illi Samaritani a Philippo baptizati non receperant? statimque respondet: Spiritum acceperant remissionis; Spiritum autem signorum nondum receperant.*

5º. Adventus Spiritus sancti Act. 8. exprimitur voce græca ἐπιπεπρωκός, quæ derivatur ab ἐπιπρω, quod significat *supercado, irruo*; ergo descensus violentus exprimitur, spiritus prophetici, non sanctificantis, qui suavis et lenis est.

428. *Ad 4ª.* R. N. *Assertum et rationem.* 1º. Quia inane hoc figmentum est, nullo nixum testimonio. 2º. Per illam impositionem manus dabatur Spiritus sanctus, Act. 8.; ergo non erat simplex oblatio. 3º. Quia offerre Deo baptizatum non est quid majus, quam baptizare, præsertim juxta Calvinum, qui in hac ceremonia nihil esse mysterii ait; ergo potuisset offerre is ipse, qui baptizaverat: sed hoc negat S. Scriptura; nam Act. 8. baptizaverat Philippus; at manus imponere non potuit, sed hujus causa mittun-

tur Petrus et Joannes. Act. 19. præsentem Paulo duodecim baptizantur viri, nec dicitur a quo, quia baptizare poterat quisvis alius; sed Paulus solus baptizatis manus imposuit.

429. *Ad 2ª.* R. N. *Ant.* Nam 1º. etsi Dominus Apostolos alloqueretur, cum promitteret Spiritum sanctum; in eis tamen toti illum promisit Ecclesiæ. 2º. Quia hunc ritum adhibitum ab Apostolis constanter tenuit Ecclesiæ ad conferendum Spiritum sanctum, ut constat ex prob. 2ª. *Concl. ex S. Cyr.* quod nunc quoque apud nos geritur. S. Auc. Lib. 15. de Trinit. c. 26. n. 46. *Quem morem in suis præpositis etiam nunc servat Ecclesiæ.* Sicuti ergo hæc Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, similiaque alia, etsi ad præsentem dicta Apostolos, non erant his solis propria, sed et posteris communia; ita et promissio Spiritus sancti; utrumque enim eadem nos docet Traditio. 3º. Causa promittendi et dandi Spiritum sanctum non minus locum habet in nobis, quam Apostolis; semper enim fideles, etiam post Apostolorum tempora, egebant virtute Spiritus sancti ad confitendam in persecutione et alias intrepide fidem. Igitur promissiones Christi factæ Apostolis de mittendo Spiritu sancto, ut Joan. 14. *Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum*, similesque, etiam posteros attinent.

Ad Conf. R. N. Cons. Etsi enim nunc non ita conferatur amplius Spiritus sanctus visibiliter per dona exteriora gratis data, prophetiæ, linguarum, et similia; confertur tamen adhuc invisibiliter quoad invisibilem gratiam. Neque enim per Spiritum sanctum impositionem manus datum fidelibus, hæc præcise exteriora dona intelligi debent, ut dicitur in seq. sed principaliter Spiritus sanctificans, per gratiam scilicet sanctificantem. Cur vero tunc per impositionem manus daretur Spiritus sanctus etiam visibiliter per dona illa exteriora, ratio est, quod initio Ecclesiæ ad plantandam ac nutriendam fidem ejusmodi miracula essent necessaria, observante Auc. L. 3. de Bapt. *contr. Donat. c. 16.* ubi, *Neque enim, inquit, temporalibus et sensibilibus miraculis attestantibus, per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei et Ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut ii, quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed invisibiliter et latenter intelligitur propter vinculum pacis eorum cordibus divina charitas inspirari.* Unde sicut non sequitur: *Initio Ecclesiæ, qui credebant, patrabant miracula, juxta illud Marc. ult. Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: super ægros manus imponent, et bene habebunt, etc.* sed iste fidei effectus nunc cessavit; ergo fides nunc inanis et otiosa est; quia adhuc habet effectum suum principalem, qui est vivificare, juxta illud ad Hebr. 10. *Justus autem meus ex fide vivit*: Ita nec impositio manus nunc otiosa est, licet dona illa exteriora cessent; quia adhuc habet effectum alterum principalem, qui est conferre Spiritum sanctum invisibiliter, sive gratiam sanctificantem.

430. *Ad 3ª.* R. N. *A.* Nam 1º. dona illa gratis data non sunt, nec dicuntur in Scriptura *Spiritus sanctus simpliciter et absolute*; cum hæc esse possint in peccatoribus; in quibus tamen non est Spiritus sanctus simpliciter et

absolute; ergo non tantum dona illa gratis data; sed principaliter gratia sanctificans tanquam effectus illius impositionis manus *ordinarius*; dona vero illa ceu *extraordinarius* ad dilatandam fidem et Ecclesiam, ut dictum; quo satisfit probationibus Antec. 2°. Dona illa gratis data non dabantur semper, nec erant communia omnibus, ut patet ex 1. ad Cor. 12. *Numquid omnes prophetant? numquid omnes loquuntur linguis?* sed Spiritus sanctus per illam impositionem manus dabatur omnibus, ut clare colligitur ex Act. 8. et 19. Demum 3°. dabatur Spiritus sanctus quem promiserat Christus Joan. 14. *ut maneat vobiscum in æternum*; sed hic est Spiritus sanctificans, non dona illa gratis data, quia hæc pridem cessarunt.

131. Ad 4^{am}. R. C. M. D. min. Non carebant gratia sanctificante simpliciter, scilicet *regenerativa* in Baptismo accepta C. non carebant gratia sanctificante quoad augmentum et perfectionem, sive qua *corroborativa* in fide N. Addo, argumentum hoc probare, nec Apostolos in Pentecoste accepisse ullam sanctificantem gratiam; nam pariter dicam: Apostoli tunc acceperunt Spiritum, quo adhuc carebant: atqui non carebant Spiritu sancto relative ad gratiam sanctificantem; hanc enim jam ante acceperant; ergo. Sed hoc aperte falsum est, repugnans promissioni Christi Luc. ult. *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto*; sed hæc *virtus ex alto* erat gratia interior corroborans Apostolos, ut ex eorum immutatione constitit, cum qui ante timidi et meticulosi se continerent domi, hoc Spiritu sancto interius imbuti prosilirent in publicum, ac, non obstantibus quibusvis minis et terroribus, libere prædicarent, et confiterentur Christum.

Ad S. CHRYSOSTOMUM R. Eum sub Spiritu signorum non excludere, sed simul comprehendere Spiritum gratiæ corroboratiæ; nam post verba objecta subdit (n. 3.) *Philippus unus ex septem discipulis erat... ideo baptizans, Spiritum sanctum non dabat; neque facultatem habebat; hoc enim donum solorum Apostolorum erat... Nam virtutem quidem septem illi discipuli acceperant faciendi signa; non autem dandi aliis Spiritum sanctum. Igitur hoc erat in Apostolis singulare. Unde et præcipuos, et non alios videmus hoc facere.* Igitur, CHRYSOSTOMI ætate, episcopi et non alii conferebant Spiritum sanctum per impositionem manus: atqui ea ætate non conferebant Spiritum signorum, quia hæc tunc desierant; igitur conferebant Spiritum sanctificationis ad robur, sive corroborantem per gratiam. Proinde cum Spiritum sanctum nunc dicat conferri solis ab episcopis, ut olim ab Apostolis, liquet, CHRYSOSTOMUM per *Spiritum signorum* non exclusisse Spiritum sanctificationis, sed hunc subintellexisse.

132. Ad 3^{am}. R. Etiam significat *illabor*; hoc vero frequenter etiam descensum suavem significat, ut legere est apud CICER. L. de finibus, ubi voluptatis suavitatem per illapsam exprimit: *nam, inquit, si ea voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, et ad eos cum suavitate afflueret, et illaberetur.* S. Lucas igitur apposite usus est voce græca, quæ utrumque descensum exprimeret, violentum, Spiritui signorum proprium; et suavem, qui proprius Spiritui sanctificanti est. Sed et eadem voce græca utitur Lucas ad exprimendam gratiam sanctificantem Act. 14. v. 15. *Cum cepissem loqui*, ait S. Petrus, *cecidit* (in græco: ἐπέπεσε) *Spiritus sanctus super eos*; sed

hic Spiritus sanctificans indicatur, ut colligitur ex sequentibus, præsertim v. 18. ubi refertur, quod fideles, qui mirabilem hujusmodi descensum Spiritus super gentiles a Petro audiverant, *glorificaverunt Deum dicentes: ergo et gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.* Igitur gratia per hunc sancti Spiritus descensum collata, non erat præcise gratis data, sed sanctificans, scilicet conversionis, et vivificans.

133. Obj. II. Cont. prob. 2^{am}. ex Tradit. 1°. Ex primis Ecclesiæ Patribus et Scriptoribus plures silent de sacramento Confirmationis; alii vero de ea loquuntur ut ceremonia post Baptismum peragi solita, vel hujus appendice; ergo.

2°. Sacramentum Confirmationis juxta Catholicos iterari non potest: sed illa impositio manus post Baptismum, de qua loquuntur Patres laudati, poterat iterari; ergo non erat sacramentum Confirmationis. Prob. min. 1. Ex facto S. STEPHANI Papæ, qui redeuntibus ab hæresi imponebat rursum manus, etsi rebaptizare eos nollet; quod ei vitio vertit S. CYPRIANUS, cum inde impugnans, quod illis de novo imponeret manus, eos rebaptizare tamen nollet. 2. Ex S. AUG. L. 3. de Bapt. contr. Donatist. cap. 16. dicente: *Manus autem impositio, non sicut Baptismus, repeti non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super homines.*

3°. Apostoli per manus impositionem non dabant Spiritum sanctum tanquam hujus effectum; sed illum tantum oratione sua impetrabant, ut ait S. AUG. L. 13. de Trinit. cap. 26. n. 46. *Orabant quippe, ut Spiritus sanctus veniret in eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant; ergo impositio illa manus non censebatur esse sacramentum; hoc enim effectum suum, juxta nos, ex opere operato producit.*

134. Ad 1^{am}. R. Quoad membr. 1^{am}. N. Cons. Plures etiam nihil de Baptismo, nihil de Eucharistia scripserunt, ut ATHENAGORAS, TATIANUS, alique; num ideo etiam hæc sacramenta non sunt? Nimirum sæpe non poscebat, ut de sacramentis vel singulis, vel quibusdam scriberent, ratio et scopus scribendi, aliæque causæ. Vide de hoc argumento jam dicta in Tract. de Sacram. in gener. num. 28.

Quoad membr. 2^{am}. R. N. Ass. cujus falsitas constat ex laudatis Patrum sententiis, quibus impositionem hanc distinguunt a Baptismo: illi effectum singularem ab effectu Baptismi distinctum tribuunt: administrationem illius solis aiunt episcopis esse propriam. Dabatur quidem plerumque impositio hæc statim post Baptismum neophytis; at non ideo erat ceremonia ad Baptismum pertinens, sicut neque Eucharistia, licet illa juxta disciplinam Ecclesiæ veteris pariter post Baptismum neophytis daretur ab Episcopo. Dixi: *plerumque*; nam nec semper impositio illa manus continuo Baptismum sequebatur; cum semper Apostoli non essent præsentés, nec episcopi, ut de baptizatis a Philippo Samaritanis Act. 8. liquet.

135. Ad 2^{am}. R. N. min. Ad prob. 1^{am}. R. Impositio manus facta a S. Stephano redeuntibus ab hæresi erat *reconciliatoria*; non *confirmatoria*, nisi pro illis, qui forte nondum confirmati fuerant. S. CYPRIANUS vero inde quidem arguebat contra STEPHANUM, sed ex supposito erroneo, quod putaret,

impositionem illam manus esse confirmatoriam, etiam pro illis qui confirmati jam fuissent; in quo deceptus fuerat, ut nunc amplius patebit.

Ad prob. 2^{am}. R. Etiam S. Aug. de impositione manus reconciliatoria loquitur, 1^o. quia alias passim docet, Confirmationem fieri *chrismate*, ut constat ex locis in Concl. cit.; hic vero non modo nihil de chrismate memorat, sed clare declarat, se loqui de impositione manus sine chrismate, consignatione; alias non diceret: *Quid enim est aliud, nisi oratio?* Sic vero fieri solebat reconciliatio redeuntium ab hæresi ad Ecclesiam. 2^o. Quia constanter alias, ac præsertim L. 2. contra lit. Petilianum cap. 104. docet, æque parum iterari Confirmationem, quam Baptismum posse; sed utrumque sacramentum esse et in hominibus pessimis, in operibus carnis vitam consumentibus, et regnum calorum non possessuris. 3^o. Quia, ut ipse fatetur Calvinus, et constat ex ipso contextu, S. Aug. loquitur eo loco de *reconciliatione hæreticorum*; sed quoad hos manus impositio reconciliatoria distincta fuit in Ecclesia præsertim Occidentali a confirmatoria, ut diserte testatur VIGILIUS Papa epist. 2. ad Eutherium c. 3. (Labb. t. 5. p. 312. E.), et S. GREGORIUS L. 11. epist. 67. (opp. t. 2. p. 1167.) Igitur consuetudo Ecclesie Occidentalis fuit, hæreticos recipere impositione manus ad penitentiam, quæ erat reconciliatoria tantum; nisi forte nondum fuissent confirmati, tunc primo sic reconciliabantur, ac postea, ut modo facimus cum Protestantibus, confirmabantur.

136. *Ad 3^{am}.* R. D. M. Non dabant Spiritum sanctum visibiliter, quantum ad dona gratis data C. hæc enim erant effectus Confirmationis extraordinarius et accidentalis; quæ non dabant Apostoli, sed orabant, ut darentur a Deo, quod vult S. AUGUSTINUS: non dabant Spiritum sanctum invisibiliter, quantum ad gratiam sanctificantem N. Si enim et hunc non nisi orando contulissent Apostoli, non fuerat sane necessum, ut Petrus et Joannes ad Samaritanos mitterentur; æque enim pro his orare poterant Hierosolymis, quam in Samaria.

137. *Obj. III.* 1^o. Ritus hic imponendi manus non habet in Scripturis sacris promissionem gratiæ; ergo. 2^o. Confirmationem olim non fuisse annumeratam sacramentis, colligitur, quod Ecclesia græca, Æthiopes, Armeni, Arabes, aliique orientales Christiani illam non accenseant sacramentis. 3^o. Doctores Catholici circa materiam illius, ministrum, adhuc dissentiant. Nescitur etiam, ubi, quando institutum sit; ergo.

138. *Ad 4^{am}.* R. N. A. Promissio gratiæ habetur 1^o. Joan. 14. v. 16. item: 15. v. 26. ac 16. v. 7. Actor. 1. v. 8. 2^o. Hæc promissio Spiritus sancti ipso constat facto Apostolorum, per impositionem manus Spiritum sanctum omnibus baptizatis conferentium. 3^o. Ex traditione, qua constat, Spiritum sanctum ab omni ævo traditum fuisse in Ecclesia per Confirmationis ritum.

139. *Ad 2^{am}.* R. Omnia falsa sunt. Nam Ecclesia græca constanter Confirmationem sacramentis accensuit; ut constat 1^o. ex S. CYRILLO cit. in Concl. ac Conc. LAODICENO ibid. 2^o. Ex Conc. FLORENT., in quo nihil de hoc sacramento actum cum Græcis, circa quod cum Latinis consenserant semper, teste GREG. PROTOSYNCELLO, qui Synodo interfuit, ac contra Marcum Ephe-

sinum in Apol. septem sacramenta defendit. 3. Ex Ritualibus Græcorum antiquissimis editis a P. GOAR. 4^o. Ex responso Jeremiæ Patriarchæ dato legatis Confessionis Augustanæ, ac variis Synodis, quibus et Lutherus et Calvinus, etiam quod hoc aliaque sacramenta negarent, damnati. De Æthiopicis id pariter falsum esse testatur ALVAREZ monachus in Itinerario Æthiop. Ac quidem de Armenis patet 1^o. ex epist. GREGORI VII. ad Archiepiscopum Synnadensem an. 1080., ex epist. BENEDICTI XII. ad regem et Patriarcham Armenorum, ex Conc. FLOR. ut ante. Pariter falsum est de cæteris Orientis populis.

140. *Ad 3^{am}.* R. N. Cons. Numquid etiam Lutherani et Calvinistæ inter se de materia et forma Baptismi dissentiant? Lutherus in Sympos. cap. 17. dubitat, annon in lacte et vino conferri possit: pro forma eidem sufficit, baptizare *in nomine Domini*; negant alii: ac tamen Baptismum sacramentum affirmant. Nimirum dum circa rei naturam solum est disputatio, non ideo rei negatur existentia, quin potius ea supponitur. Sic Philosophi dissentiant quoad naturam, motum Solis; num ideo Sol ipse non existet? Sic Theologi, etsi quoad aliqua dissentiant, omnes tamen Confirmationem sacramentum credunt.

Par ratio est quoad Confirmationis institutionem. Numquid etiamnum, quando Baptismus institutus sit, controversum est, diversis diversa sentientibus? At sacramentum tamen est, manetque. Cæterum communis creditur, instituta fuisse Confirmatio post Christi resurrectionem, quo tempore usque ad ascensionem egit cum Apostolis *loquens de regno Dei*. Act. 1. De quo tempore ait S. LEO serm. 1. de Ascens. c. 2. *Magna in eis confirmata sacramenta, magna sunt revelata mysteria.*

ARTICULUS II.

QUÆ SIT SACRAMENTI CONFIRMATIONIS MATERIA?

141. Non hæreo hic in inquirenda Confirmationis materia remota; cum, quæ ea sit, hoc ipso pateat per se, si de materia proxima constiterit, quæ scilicet materiæ remotæ applicatio est. Duplex vero ritus externus, vel materia in hoc sacramento occurrit; 1^o. impositio manus; 2^o. chrismatio, vel unctio chrismatica in fronte. Præterea impositio manus duplex in sacramento hoc intervenit; *prima*, quæ a chrismatione sejuncta ac diversa est; dum episcopus, extensis supra confirmandos manibus, oratione præscripta Spiritum sanctum advocat. *Secunda*, quæ chrismationi conjuncta est, nec ab hac distinguitur, dum episcopus imposita capiti confirmandi manu, pollice frontem signat, ungitque dicens: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Hinc quænam ex his materia essentialis sit, sive necessaria necessitate sacramenti Confirmationis; magna est inter Theologos controversia, et opinionum conflictus.

Pro impositione manus prima post PETRUM AUREOLUM Archiepiscopum Aquensem et Cardinalem, qui initio sec. XIV. floruit, stat JACOBUS SIMONDUS noster in utroque Anthirrhethico, RICALTUS in Not. ad epist. 59. Cypriani,

impositionem illam manus esse confirmatoriam, etiam pro illis qui confirmati jam fuissent; in quo deceptus fuerat, ut nunc amplius patebit.

Ad prob. 2^{am}. R. Etiam S. Aug. de impositione manus reconciliatoria loquitur, 1^o. quia alias passim docet, Confirmationem fieri *chrismate*, ut constat ex locis in Concl. cit.; hic vero non modo nihil de chrismate memorat, sed clare declarat, se loqui de impositione manus sine chrismate, consignatione; alias non diceret: *Quid enim est aliud, nisi oratio?* Sic vero fieri solebat reconciliatio redeuntium ab hæresi ad Ecclesiam. 2^o. Quia constanter alias, ac præsertim L. 2. contra lit. Petilian cap. 104. docet, æque parum iterari Confirmationem, quam Baptismum posse; sed utrumque sacramentum esse et in hominibus pessimis, in operibus carnis vitam consumentibus, et regnum calorum non possessuris. 3^o. Quia, ut ipse fatetur Calvinus, et constat ex ipso contextu, S. Aug. loquitur eo loco de *reconciliatione hæreticorum*; sed quoad hos manus impositio reconciliatoria distincta fuit in Ecclesia præsertim Occidentali a confirmatoria, ut diserte testatur Vicinus Papa epist. 2. ad Eutherium c. 3. (Labb. t. 5. p. 312. E.), et S. Gregorius L. 11. epist. 67. (opp. t. 2. p. 1167.) Igitur consuetudo Ecclesie Occidentalis fuit, hæreticos recipere impositione manus ad poenitentiam, quæ erat reconciliatoria tantum; nisi forte nondum fuissent confirmati, tunc primo sic reconciliabantur, ac postea, ut modo facimus cum Protestantibus, confirmabantur.

136. *Ad 3^{am}.* R. D. M. Non dabant Spiritum sanctum visibiliter, quantum ad dona gratis data C. hæc enim erant effectus Confirmationis extraordinarius et accidentalis; quæ non dabant Apostoli, sed orabant, ut darentur a Deo, quod vult S. Augustinus: non dabant Spiritum sanctum invisibiliter, quantum ad gratiam sanctificantem N. Si enim et hunc non nisi orando contulissent Apostoli, non fuerat sane necessum, ut Petrus et Joannes ad Samaritanos mitterentur; æque enim pro his orare poterant Hierosolymis, quam in Samaria.

137. *Obj. III.* 1^o. Ritus hic imponendi manus non habet in Scripturis sacris promissionem gratiæ; ergo. 2^o. Confirmationem olim non fuisse annumeratam sacramentis, colligitur, quod Ecclesia græca, Æthiopes, Armeni, Arabes, aliique orientales Christiani illam non accenseant sacramentis. 3^o. Doctores Catholici circa materiam illius, ministrum, adhuc dissentiant. Nescitur etiam, ubi, quando institutum sit; ergo.

138. *Ad 4^{am}.* R. N. A. Promissio gratiæ habetur 1^o. Joan. 14. v. 16. item: 15. v. 26. ac 16. v. 7. Actor. 1. v. 8. 2^o. Hæc promissio Spiritus sancti ipso constat facto Apostolorum, per impositionem manus Spiritum sanctum omnibus baptizatis conferentium. 3^o. Ex traditione, qua constat, Spiritum sanctum ab omni ævo traditum fuisse in Ecclesia per Confirmationis ritum.

139. *Ad 2^{am}.* R. Omnia falsa sunt. Nam Ecclesia græca constanter Confirmationem sacramentis accensuit; ut constat 1^o. ex S. Cyrillo cit. in Concl. ac Conc. LAODICENO ibid. 2^o. Ex Conc. FLORENT., in quo nihil de hoc sacramento actum cum Græcis, circa quod cum Latinis consenserant semper, teste GREG. PROTOSYNCELLO, qui Synodo interfuit, ac contra Marcum Ephe-

sinum in Apol. septem sacramenta defendit. 3. Ex Ritualibus Græcorum antiquissimis editis a P. GOAR. 4^o. Ex responso Jeremiæ Patriarchæ dato legatis Confessionis Augustanæ, ac variis Synodis, quibus et Lutherus et Calvinus, etiam quod hoc aliaque sacramenta negarent, damnati. De Æthiopicis id pariter falsum esse testatur ALVAREZ monachus in Itinerario Æthiop. Ac quidem de Armenis patet 1^o. ex epist. GREGORI VII. ad Archiepiscopum Synnadensem an. 1080., ex epist. BENEDICTI XII. ad regem et Patriarcham Armenorum, ex Conc. FLOR. ut ante. Pariter falsum est de cæteris Orientis populis.

140. *Ad 3^{am}.* R. N. Cons. Numquid etiam Lutherani et Calvinistæ inter se de materia et forma Baptismi dissentiant? Lutherus in Sympos. cap. 17. dubitat, annon in lacte et vino conferri possit: pro forma eidem sufficit, baptizare *in nomine Domini*; negant alii: ac tamen Baptismum sacramentum affirmant. Nimirum dum circa rei naturam solum est disputatio, non ideo rei negatur existentia, quin potius ea supponitur. Sic Philosophi dissentiant quoad naturam, motum Solis; num ideo Sol ipse non existet? Sic Theologi, etsi quoad aliqua dissentiant, omnes tamen Confirmationem sacramentum credunt.

Par ratio est quoad Confirmationis institutionem. Numquid etiamnum, quando Baptismus institutus sit, controversum est, diversis diversa sentientibus? At sacramentum tamen est, manetque. Cæterum communis creditur, instituta fuisse Confirmatio post Christi resurrectionem, quo tempore usque ad ascensionem egit cum Apostolis *loquens de regno Dei*. Act. 1. De quo tempore ait S. Leo serm. 1. de Ascens. c. 2. *Magna in eis confirmata sacramenta, magna sunt revelata mysteria.*

ARTICULUS II.

QUÆ SIT SACRAMENTI CONFIRMATIONIS MATERIA?

141. Non hæreo hic in inquirenda Confirmationis materia remota; cum, quæ ea sit, hoc ipso pateat per se, si de materia proxima constiterit, quæ scilicet materiæ remotæ applicatio est. Duplex vero ritus externus, vel materia in hoc sacramento occurrit; 1^o. impositio manus; 2^o. chrismatio, vel unctio chrismatica in fronte. Præterea impositio manus duplex in sacramento hoc intervenit; *prima*, quæ a chrismatione sejuncta ac diversa est; dum episcopus, extensis supra confirmandos manibus, oratione præscripta Spiritum sanctum advocat. *Secunda*, quæ chrismationi conjuncta est, nec ab hac distinguitur, dum episcopus imposita capiti confirmandi manu, pollice frontem signat, ungitque dicens: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Hinc quænam ex his materia essentialis sit, sive necessaria necessitate sacramenti Confirmationis; magna est inter Theologos controversia, et opinionum conflictus.

Pro impositione manus prima post PETRUM AUREOLUM Archiepiscopum Aquensem et Cardinalem, qui initio sec. XIV. floruit, stat JACOBUS SIMONDUS noster in utroque Anthirrhethico, RICALTUS in Not. ad epist. 59. Cypriani,

SAINTEBEUVE Tr. de Confirm. eamque opinionem veram videtur supponere PETAVIUS noster L. 2. de Eccl. Hier. c. 6. Non excludit tamen omnino unctionem ea sententia, sed illam admittit tanquam ab Apostolis, vel Ecclesia institutam ad majorem significationem effectus sacramentalis, ac tanquam accidentalem ritum.

Sunt e contra, qui materiam Confirmationis essentialem adæquatam in sola chrismatione statuunt, ut PETRUS de ALLIACO, pluresque Theologorum alii, quibus et favet HONORIUS Augustodunensis.

Alii rursus materiam Confirmationis in utraque chrismatione et impositione manus constituunt; at rursus inter se divisi. Quidam non nisi disjunctive, hoc est, ut alterutra sufficiat, vel simul utraque, prout Ecclesia determinavit; aiunt enim Apostolos primum simplici manus impositione usos, cum Spiritus sanctus sub visibili specie ignis descenderet; eo quod internum hujus sacramenti effectum satis testaretur externus ille ignis, qui divinitus apparebat, ac satis determinabat impositionem manus; verum postea, cum formæ illæ visibiles cessarent, Apostolos chrismatione usos fuisse eaque determinasse impositionem manus, quæ ad effectus varios adhibebatur, ad significandum effectum hujus sacramenti sigularem; itaque Ecclesiæ relictum potestati esse, quam vellet pro ratione temporis, determinandi. Favet huic sententiæ Conc. MOCUNT. an. 1549. cap. 18. (Lab. t. 14. p. 676.) Cæteri vero conjunctive, sic ut utraque simul hujus sacramenti materia sit. Quorum tamen iterum alii requirunt impositionem manuum primam, a chrismatione distinctam, cui oratio ceu forma deprecatoria respondet; alii impositionem manuum secundam, quæ chrismationi annectitur, sufficere aiunt; Pontifex enim, qui frontem chrismat, capiti manum simul imponit. Ita BELLARMINUS, pluresque Theologi.

142. Dico I. Materia essentialis Confirmationis est 1^o. chrismatio; 2^o. impositio manus; 3^o. eaque chrismationi annexa; sic ut ex duabus his partialibus constituatur una adæquata materia.

Prob. pars 1^a. de chrismatione ex traditione PP. S. DIONYSII, TERTULL., S. CYRILLI Hierosolymitani aliorumque, quos referebam Art. præc. qui omnes mentionem faciunt chrismatis; quibus porro addi possunt LEO M. epist. 88. (al. in. app. epist. 2.) scribens, ad episcopos pertinere, chrismate baptizatorum frontem signare; et serm. de Nativ. 4. c. 6. GREG. M. in Sacramentario inquit, neophytos confirmari, dum Pontifex tincto pollice in chrismate frontem signat. Accedunt etiam Concilia laudata Artic. cod. quorum plura recenset BELLARMIN. ex eoque alii. Ac constans utriusque Ecclesiæ græcæ ac latinæ consensus, ut ex prioris quidem antiquissimis Euchologiis constat apud GOARIUM. Ut proinde hac traditione mixta Synodus FLORENT. recte edicat in Decr. materiam hujus sacramenti esse *chrisma confectum ex oleo. et balsamo.* Ac TRIB. Sess. 7. Can. 2. *Si quis dixerit, injurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt; anathema sit.* Quibus clare supponit, chrismationem esse hujus sacramenti materiam.

Nec dici potest, Patres et Concilia ante FLORENT. loqui de chrismatione tanquam ritu accidentali; nam ut ex recitatis eorum liquet sententiis,

chrismationi vim conferendi gratiam tribuunt, quod de ritu mere accidentali dici non potest.

2^o. Quia plures Patres effectum unctionis vel chrismationis æquiparant descensui Spiritus sancti super Apostolos die Pentecostes, ut S. AUG. serm. 83. de diversis (al. 227.); item Apostolicæ manuum impositioni, ut ISSOC. I. supr. cit. (n. 126.), ISIDORUS Hispalensis L. 2. Eceles. offic. c. 27. aliique.

3^o. Quia chrismationem sive unctionem diserte appellant sacramentum, vocem *sacramenti* sumendo proprie, dum Baptismo illam et Eucharistiæ æquiparant. Ita S. DIONYS. Areop. L. de Eccl. Hier. cap. 4. initio, ubi ait hoc unguentum esse sacramentum, quod Eucharistiæ affine est., TERTULL. cit. Art. præc., S. CYRILL. Hierosol. catech. 21. n. 2. et 3., PACIANUS serm. de Bapt. n. 6., S. AUG. Tr. 6. in 1. Joan. epist. n. 10. et contr. litteras Petilian. L. 2. c. 104. aliique. Ac tandem asserunt, æque parum iterari hanc unctionem posse, quam Baptismum. Ita S. OPTATUS de Schism. Donatist. L. 7. c. 4. (opp. p. 103.) cum cæteris: sed hæc ritui mere accidentali non competunt; ergo.

4^o. Quia tota occidentalis Ecclesia agnoscit, hanc formam Confirmationi essentiali esse: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis;* ergo et chrismatio debet esse materia essentialis; huic enim ea forma respondet, ut apparet tum ex his verbis: *Signo te signo crucis;* crucis enim signum inter unguendum imprimitur; tum ex his sequentibus: *Confirmo te chrismate salutis.*

143. Prob. pars 2^a. de impositione manus. Hanc enim 4^o. ipsi leguntur adhibuisse Apostoli ad conferendum Spiritum sanctum. Act. 8. et 19. juxta dicta Art. præc.

2^o. De ejus ab Apostolorum ætate continuato in Ecclesia usu testantur Patres sec. II. TERTULL. de Resurr. carnis cap. 8. chrismationi impositionem manus conjungens. Sec. III. S. CYPRIANUS epist. 73. ad Jubaian. Utriusque verba requirit Art. præc. Item FIRMIANUS epist. ad Cyprian. ubi n. 8. ait (de confirmatoria impositione manus), ad accipiendum Spiritum sanctum manum imponi. Sec. V. S. HIERON. Dial. adversus Luciferian. n. 9., S. AUG. L. 15. de Trinit. c. 26. n. 46. postquam dixisset, Apostolos imponendo manus dedisse Spiritum sanctum, subdit: *Quem morem in suis præpositis etiam nunc servat Ecclesia.* Atque ita porro S. CUVS. homil. 18. in Act. Apost. n. 3. GREG. M. L. 11. epist. 67. (opp. t. 2. p. 1167. B.); Eclogius Alexandrinus contr. Novatian. L. 2. apud Photium, Biblioth. cod. 280. (p. 1606.), cæteri que per subsequentia ad nos usque secula tam Latini, quam Græci. Quibus addi possunt Concilia, HISPALENSE II. an. 619. c. 7. (Lab. t. 5. p. 1666.), COLONIENSE an. 1536. part. 7. c. 8. (Lab. t. 14. p. 533. A.) inquit: *Omnes fideles... per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniuntur.* Cui consonat Conc. RHEMENSE an. 1383. in c. 9. (Lab. t. 15. p. 891. C.) de Confirmatione ita dissevens: *Quamvis unusquisque per Baptismum catalogo fidelium sit adscriptus... tamen... non nisi per impositionem manuum episcopi, plus roboris et gratiæ recipit.* Et NARBONENSE an. 1609. cap. 15. (Lab. ibid. p. 1587. E.) affirmans, *sanctorum Patrum institutionibus constare... post Baptismum in hoc sacramento, quo per impositionem manuum episcopi Spiritus sanctus dif-*

funditur in corda fidelium, robur atque fortitudinem dari; aliaque complura.

Neve rursus dici possit a secunda sententia patronis, qui pro sola stant chrismatione, Patres ac Concilia loqui de impositione manus cum ritu quodam accidentali, non materia essentiali partiali; obstat.

1^o. Quod Patres ac Concilia huc manus impositioni æque ac chrismationi vim conferendi Spiritum sanctum sive sanctificandi simpliciter ac absolute tribuant; ergo illis materia essentialis erat.

2^o. Quia impositionem manus dicunt veri nominis sacramentum: accensent cæteris novæ Legis sacramentis: quoad vim causandi gratiam comparant Baptismo, Eucharistiæ, ut TERTULLIAN. cit., S. AUG. tum L. 15. de Trinit. cit. tum Tract. 6. in 1. epist. Joan. ubi (n. 10.) ait 1. manus imponi baptizatis, ut accipiant Spiritum sanctum: 2. hanc manus impositionem habere rationem sacramenti, ac quidem veri; nam baptizatum qui hanc manus impositionem suscipit alloquens: *Vis nosse, ait, quia accepisti Spiritum, interroga cor tuum; ne forte sacramentum habeas, et virtutem sacramenti non habeas*. Ac præter Patres alios ac Concilia laudata, PARISI. VI. an. 829. L. 1. cap. 27. (Labb. t. 7. p. 1621.), SARAVENSE c. 13. (id. t. 11. part. 1^a. p. 251. A.), MOGUNTINUM c. 17. (Labb. 14. p. 676.) etc.

144. *Prob. pars 3^a. 1^o*. Ex Pontificali Romano, quod post extensionem manus primam cum oratione *Omnipotens sempiterna Deus, etc.* præscribit, ut Pontifex sedens super balditorium, vel etiam, si multitudo confirmandorum exegerit, illis dispositis... Pontifex stans cum mitra illos confirmet genuflexos... Et Pontifex inquirat sigillatim de nomine cujuslibet confirmandi, etc. E quibus infero: ergo antea, post impositionem manus primam, non erant confirmati; ac proinde impositio illa manus essentialis non est.

2^o. Concilium BITURICENSE an. 1384. Tit. 20. de Confirm. sacram. Can. 3. (Labb. t. 13. p. 1088.), postea approbatum a SIXTO V. nullam aliam in administratione hujus sacramenti præscribit formam præter istam: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, etc.* Hæc vero forma unctioni respondet, non primæ et præviæ impositioni manus; ergo tantum impositio manus unctioni annexa est materia essentialis; quia generaliter in sacramentis forma materiam comitari debet.

Neque dicas: a Concilio non excludi ideo formam aliam deprecatoriam, quæ primæ impositioni manus respondet; sicut dum Conc. FLORENT. in Deer. ad Armenos materiam Ordinis assignat traditionem instrumentorum, non ideo excludit impositionem manus. Nam Conc. FLORENTINUM intendebat instruere Armenos in iis, in quibus ab Ecclesia latina differebant; at ab hac non differebant quoad impositionem manus, sed solum quoad traditionem instrumentorum; ideo hujus solum meminit Concilium in Deer. At nihil hujusmodi occurrit in Conc. BITUR.

3^o. Hujus impositionis manus a chrismatione indistinctæ, tanquam essentialis meminerunt ex antiquis Scriptores plurimi. Sec. VII. VEN. BEDA in Ps. 26. *Illæ unctio, quæ per manus impositionem fit ab episcopo, vulgo Confirmatio dicitur*. Sec. VIII. AMALARIUS L. 1. de Officiis c. 27. *Ut ab episcopis solis inungatur per manus impositionem, ab Apostolis assumptum est*. Sec. IX. RABANUS L. 1. de Instit. Cleric. cap. 28. ex S. SYLVESTRO refert, ad solum episcopum pertinere, ut baptizatum per manus impositionem cum ipso

chrismate consignet. Sec. eod. RATRAMNUS L. 4. cont. Græcor. opposita c. 7. *Donum Spiritus sancti tribuitur per impositionem manuum, quando frontes baptizatorum chrismate sancto liniuntur ab episcopo*. Sec. XII. RUPERTUS Lib. 5. de div. Officiis cap. 16., HEGO VICTORIN. Lib. 1. de Sacram. Fidei cap. 10. aliique loquuntur.

4^o. Non aliter sentit Ecclesia græca, quæ nullam impositionem aliam manus adhibet, præter eam, quæ est chrismationi annexa, ut constat tum ex eorum Euchologiis tam antiquis, quam recentibus a GOARIO editis; tum ex GREG. Thessalonicensi, et MICH. PALEOLOGO, qui in professione fidei, quam an. 1274. ad GREG. X. misit, discrete ait: *Aliud est sacramentum Confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt chrismando renatos*. Plura huc pertinentia argumenta ex iis colligere erit, quæ dicemus de forma hujus sacramenti.

Cæterum existimant plures, olim saltem ante sec. VI. impositionem manus ab unctione distinctam fuisse, quæ postea cum chrismatione in Ecclesia conjuncta fuerit, sicque actiones duas coaluisse in unam. Quod facere Ecclesia potuit, salva sacramenti substantia. Unde quidquid de eo sit, nihil nobis officit, qui de materia essentiali, qualis est hodie in Ecclesia, loquimur.

145. *Obj. I. contra chrismationem*. 1^o. In Scriptura S. Act. 8. et 19. ubi de Confirmatione agitur, nulla fit chrismatis mentio, sed tantum impositionis manuum; ergo.

2^o. STACIUS Papa epist. ad Himmerium an. 385. cap. 1. (Labb. t. 2. 1017.) Quos (Arianos) nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sicut est in Synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, episcopalis manus impositione, Catholicorum conventui sociamus. Quod etiam totus Oriens Occidentisque custodit; ergo sola tunc impositio manus fuerat Confirmationis materia.

3^o. S. BASILIUS M. L. de Spiritu sancto cap. 27. n. 60. *In nullo, inquit, libro scripto haberi chrisma*. Conc. vero MOGUNT. et BITURICENSE, ac S. THOMAS 3. p. q. 72. a. 2. ad 1. docent, ab Apostolis initio solam impositionem manus esse adhibitam. Quin liber Pontificalis DAMASI in vita SYLVESTRI PAPÆ (Labb. t. 1. p. 1408. E.) testatur chrisma institutum esse a SYLVESTRO. Auctor serm. de Chrism. inter opp. CYPRIAN. (edit. Paris. 1666. p. 335.), unctionem ex Testamento veteri relictam esse ait.

4^o. Conc. ARAUSICAN. I. Can. 2. (Labb. t. 3. p. 1447.) docet, unctionem sacramento Confirmationis non esse necessariam; ait enim: *Nullus ministro-rum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate unquam debet progredi; quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem, qui in Baptismate, quacumque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in Confirmatione sacerdos (hoc est episcopus) commonebitur. Nam inter quoslibet chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut præjudicans quidquam; sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio*; ergo in Confirmatione chrismatio frontalis non est necessaria.

5^o. Materiam, quæ sacramento essentialis est, sua debet congruere et correspondere forma; sed satis diu obtinuit mos in Ecclesia Romana, ut in Confirmatione fideles ungerentur in fronte; quin tamen forma unctioni respondens proferretur; nam in Sacramentario GREG. M. pontifex signat

frontem chrismate, quin aliquid legere esset de forma aliqua, quam signando adhiberet; ergo.

6°. Quoad unctionem varia Ecclesie disciplina fuit; nam 1. aliquando ante impositionem manus fuit adhibita; 2. a simplicibus exercita presbyteris in ipso Baptismi actu; nunc vero a solis peragitur episcopis; 3. Græcorum chrisma multum ab illo Latinorum differt; priores enim facile triginta aromatum species miscent. Sed materia essentialis debet esse eadem.

7°. Sæpe Patres aliis etiam ecclesiasticis ritibus effectum spirituales tribuunt; nec tamen idcirco ritus illi inter sacramenta recensendi sunt. Ita quoque in confectione Eucharistie aquam miscendam esse vino, clamat traditio, nec tamen aqua materia essentialis est. Demum unctionis ritus, ait CHEMNITIVS, a gentilibus athletis videtur mutuatus, ut non obscure innuit ipse S. DIONYSIVS L. de Eccl. Hier. cap. 2.

146. Ad 1^{um}. R. 1°. Etsi in Actibus Apostolorum non fiat chrismatis mentio, sit tamen in Scriptura alibi: 1. Joan. 2. *Sed vos unctionem habetis a Sancto*; quod de Confirmatione intelligit S. AUG. Tr. 3. in. 4. Joan. epist. n. 5.; sicut quoque hoc alterum ibid.: *Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis*, idem AUG. loc. cit. n. 42. cum S. CYRILLO catech. 3. de Confirmatione accipit. 2. Cor. 1. *Qui confirmat nos in Christo, et qui unxit nos Deus... et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*; quod pariter de Confirmatione dictum intelligit S. AMBROSIVS L. de mysteriis cap. 7. Verum his suo valori permittis,

R. 2°. cum BELLARMINO de Confirm. L. 2. c. 9. D. A. Nulla fit chrismatis mentio; sed tamen neque excluditur in citatis locis, quin potius simul subintelligitur C. et simul excluditur N. Apostolos, quando confirmabant, semper manus imponendo signasse chrismate, ac proinde Lucam ritum hunc brevitatis causa declarasse per manus impositionem, per hanc vero rem totam, etiam chrismationem designasse, probatur his rationibus.

1. Quia constat ex traditione utrumque ad Confirmationis ritum pertinere, et perinde esse, sive unum, sive alterum exprimat; nam Patres, qui uno in loco dicunt, per impositionem manus dari Spiritum sanctum, iidem alio in loco dicunt, dari per unctionem; ac aliquando utrumque simul conjungunt. Sic TERTUL. L. de Resurr. carn. c. 8. agens de Confirmatione, dicit, carnem ungi, signari, et manus impositione obumbrari; sed L. de Præscript. cap. 4. solum exprimit signari in fronte. Et L. 1. cont. Marcion. cap. 14. tantum exprimit unctionem; at L. de Bapt. c. 7. et 8. unctionem et manus impositionem. Sic S. CYPRIAN. epist. 70. n. 2. solius meminit unctionis; et epist. 74. n. 3. solius manus impositionis, etsi utrobique de re eadem disserat: at epist. 73. ad Jubaian. n. 9. et impositionis manus, et unctionis sub nomine *signaculi dominici*. Sic Conc. ARELATENSE I. Can. 8. (Labb. t. 1. p. 1428.) tantum nominat impositionem manus; ac tamen ARELAT. II. paulo post celebratum, tractansque eandem rem Can. 17. (Labb. t. 4. p. 1013.) utriusque, tam unctionis quam manus impositionis meminit. Plura id genus exempla afferri possent. Quid ergo mirum, si S. Lucas totum ritum vocabulo uno expresserit?

2. Quia S. DIONYSIVS Apostolis cœvus expresse chrismatis meminit loc.

sup. cit.; ergo hoc viderat usurpatum ab Apostolis. Et cur non usurparint pariter Act. 8. et 19.

3. Quia Patres ut probent, unctionem chrismatis, per quam datur Spiritus sanctus, ad solos spectare episcopos, allegant verba Lucæ Act. 8. ut S. CYPRIANUS epist. 73. ad Jubaian. n. 9., INNOCENTIUS I. epist. ad Decent. ISIDORUS Hispanensis, BEDA, Ordo Romanus, etc.; ergo aut Apostoli Act. 8. dum manus imponebant, simul ungebant chrismate; aut male argumentabantur Patres.

4. Brevitatis causa sæpius in Scripturis dici aliquid compendio, quo cætera eo pertinentia simul tamen debent intelligi, ex Scriptura constat. Sic ad Tit. 3. ait Paulus nos salvari per lavacrum regenerationis, quin quid dicat de verbo; et tamen sine dubio intellexit lavacrum cum verbo, ut ipse expressit alibi ad Ephes. 3. Sic Act. 8. Philippus baptizavit Eunuchum, postquam respondisset: *Credo*; et tamen notat recte AUG. L. de Fide et operib. cap. 9. Lucam per compendium rem attigisse; ac omnino erendum esse, de pluribus aliis Eunuchum interrogatum fuisse, pluresque adhibitas ceremonias: *In eo*, inquit, *quod ait (S. Lucas), baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceantur in Scripturis gratia brevitatis, tamen serie traditionis scimus implenda*. Et plura sunt hujusmodi, quæ longum foret recensere. Ob hæc

R. 3°. Cum aliis breviter: *T. A. N. Cons.* quia licet non exprimat in Scriptura, constat tamen ex traditione.

147. Ad 2^{um}. R. N. Cons. Non enim de impositione sicca, sed quæ annexam chrismationem habet, SIMICIVS loquitur; nam de ea loquitur impositione, quam *totus Oriens, Occidensque* custodiebat; atqui nec hic, nec iste utebatur impositione sicca, quando Catholicorum conventui sociabantur hæretici; siquidem tribus ante annis, quam hæc scriberet SIMICIVS, declaraverat Synodus generalis II. sive CONSTANTINOP. I. Can. 7. an. 383. (Labb. t. 2. p. 932. B.) qua ratione Ariani, Novatiani alique hæretici extra Ecclesiam valide baptizati debeant ex antiqua consuetudine recipi; nimirum: *Dantes quidem libellos, et omnem hæresin anathematizantes... et signatos, sive unctos primum sancto chrismate... et eos signantes dicimus: Signaculum doni Spiritus sancti*. Sed hoc SIMICIVS latere non poterat; imo ad hoc provocat: *sicut est in Synodo constitutum*; ergo intelligit impositionem manus non nudam siccamque, sed conjunctam unctioni. Quo rursum confirmatur data ad 1^{um}. responsio ex BELLARMINO. Loqui vero Synodum generalem II. de impositione manus confirmatoria late probat P. GOAR in Notis ad Officium S. Baptismatis n. 31. MORINUS L. 9. de Pœnit. cap. 9. patetque vel ex his: *Signaculum doni Spiritus sancti*, quæ etiamnum apud Græcos forma est sacramenti Confirmationis. Sed

Dices: S. GREG. M. L. 11. ep. 67. inquit: *Arianos per impositionem manus Occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Oriens reformat*; ergo GREGORII ætate unctio non censebatur essentialis in Occidente.

R. N. Cons. Sed ratio hujus discriminis est, quod, ut BELLARM. vult, ætate GREGORII, qui an. 590. electus summus Pontifex fuit duobus integris post SIMICIVM seculis, Ariani in Occidente confirmarentur chrismate; seetus vero in Oriente; hinc in Occidente reversi ab hæresi recipiebantur sola impositione.

manus reconciliatoria; in Oriente vero unctione chrismatis, veram iis conferendo Confirmationem. Deinde

R. Permisso, GRÆG. loqui de impositione manus confirmatoria in Occidente, hoc vocabulo non ideo excludit unctionem, sicut hæc neque excludit impositionem manus: neque opponit impositionem manus unctioni velut rem rei, materiam materiæ, sed solum nomen nomini; quatenus ritus, quo recipiebantur hæretici apud Occidentales sec. VI. GRÆG. ætate appellabatur impositio manus; apud Orientales unctio. Alterum dicere omnes debent, ne alias secum ipso pugnet GRÆGOMUS; chrismationem enim verbis disertis docet in Expositione cap. 1. Cantior. ad illa verba: *botrus Cypri*, ubi ait, chrisma, quo dona Spiritus sancti exprimuntur, confici ex balsamo et oleo cum pontificali benedictione.

148. Ad 3^{um}. R. S. BASILIUS solum vult, chrismatis non fieri mentionem expressam in aliquo Scripturæ libro; ait tamen loc. cit. se habere hoc ex traditione: *Consecramus aquam Baptismatis; et oleum unctionis. Ex quibus scriptis? nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam porro olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit?* Quod Patres Moguntinos, et Bituricenses, tum S. THOMAS attinet; erat hæc eorum opinio, quod Apostoli, cum Spiritus sanctus adhuc visibiliter descenderet, sola impositione manus usi sint, externo illo visibili igne satis effectum significante hujus sacramenti; at postea, cessantibus signis ac descensu visibili Spiritus sancti, adhibuerint chrisma. Unde non negant, ab Apostolis esse chrisma adhibitum. Cæterum cum hujus mutationis factæ ab Apostolis nullum extet fundamentum sive in Scriptura, sive in Patribus, plerique Theologi parum deferunt huic sententiæ, viæ magis trite aliorum Patrum insistentes. DAMASUS solum vult, SYLVESTRUM præcepisse chrismationem *verticalem*, quæ in Baptismo fit, ut presbyteri baptizati verticem chrismate tangerent: hæc vero chrismatio differt ab altera Confirmationis, quæ in fronte fit, et *frontalis* dicitur. Prior poterat fieri a simplice presbytero ordinariæ; non vero frontalis, ut constat ex Patribus in Concl. Cæterum a SYLVESTRO non potuisse chrisma primum institui, evidens est ex Patribus SYLVESTRO longe antiquioribus. Demum serm. de Chrism. clare dicitur unctio hæc instituta divinitus, quanquam manasse dicatur ex Testamento veteri; quatenus scilicet in eo præfigurata fuit, sicut etiam aqua Baptismi in lustrationibus variis; sed hoc non obstat, quo minus esse possit materia sacramenti novæ Legis. Eodem modo explicandus est TERTULL. L. de Bapt. cap. 7. dicens, unctionem desumptam esse ex veteri disciplina, scilicet veteris Legis.

149. Ad 4^{um}. R. Etiamnum incertum esse, an Canon. cit. in object. debeat legi cum particula negante *non*, an sine hæc? Legi cum hæc particula debere, olim contendebat SIMONDS e Societate nostra, multa proferens exemplaria, quæ revera particulam illam negantem continebant. E contra sine hæc particula esse Canonem legendum PETRUS AURELIUS, sive Abbas Sancyrantis volebat, pariter complura exhibens exemplaria sine ea particula negante. Verum sive sumatur Canon, prout illum retulimus, cum particula *non*, sive sine hæc, nihil officit. *Si hoc ultimum*; aperte nostræ favet sententiæ; sensus enim erit, quod chrismatio utraque, tam verticalis in Baptismo,

quam frontalis in Confirmatione sit necessaria, sed diverso modo; prior ceu ceremonia, si in Baptismo omissa fuisset, supplenda ex præcepto Ecclesiæ: altera ceu materia Confirmationis, sicque ut necessaria necessitate sacramenti. *Si vero primum*; sensus est: Si in Baptismo, quacumque ex causa vel necessitate, unctio verticalis fuerit prætermissa, episcopus, antequam hunc neophytum confirmet, moneatur, ut illam suppleat. Hæcque unctio verticalis non præjudicat frontali alteri et confirmatoriæ; quia etsi ex more et præcepto Ecclesiæ suppleri debeat, non tamen est de necessitate sacramenti; ideoque ait Canon: *Sed ut non necessaria habeatur repetita*, sive duplex *chrismatio*, scilicet necessaria necessitate ipsius sacramenti Confirmationis, quod subsistet, etsi verticalis non suppleatur, modo adhibeatur frontalis una.

150. Ad 5^{um}. R. N. *min. Ad ejus prob. N. Cons.* Quia in Sacramentario GRÆGORII, uti et in quibusdam aliis solum describitur oratio præparatoria Confirmationis; non vero forma, quæ, utpote plerumque breves in sacramentis, antiquitus potius mandabantur memoriæ. Sic quoque antiquissimas Liturgias exhibet P. MARILONIS, in quibus nequidem forma consecrationis est. Ac plures Rituales libros profert P. MARTENE, scriptos ante nongentos annos, in quibus nulla de impositione manus fit mentio in Confirmatione. Imò in multis forma desideratur Baptismi. Ita quoque in hoc ipso Sacramentario GRÆGORII nulla fit mentio formæ absolutionis. Cæterum etsi in hoc Sacramentario expressa non extet correspondens chrismationi forma; est tamen in plurimis antiquissimis aliis, ut dicitur, ubi de forma hujus sacramenti agemus.

151. Ad 6^{um}. R. Nulla saltem fuit mutatio quoad substantiam. Nam quoad 1^{um}. *membr.* si sermo sit de unctione, quæ præmissa Baptismo fuit; hæc non erat confirmatoria, nec esse poterat: si de unctione in Confirmatione, ut factum fuisse aliquando quidam colligere se autumant ex cit. supra TERTULL. L. de Resurr. carn. cap. 8., nihil officit; cum sive præverit, sive post impositionem manus sit adhibita, sive cum hac conjuncta fuerit, sit tantum accidentaliter diversitas. Quoad 2^{um}. *membr.* hæc chrismatio Baptismatis fuit, non frontalis confirmatoria; cum nunquam sub ipso Baptismo, sed post hunc sit data Confirmatio. Quoad 3^{um}. *membr.* etsi plures herbarum fragrantium species admisceant Græci, hæc tamen illis tantum accidentales sunt; sola vero olei et balsami mixtio ipsis essentialis est.

152. Ad 7^{um}. R. quoad 1^{um}. *membr.* Si quando Patres ritibus ecclesiasticis aliis tribuant spiritualem effectum, hunc iis ex opere operantis, non ex opere operato tribuunt. Quoad 2^{um}. *membr.* *disparitas* est, quod constat ex Traditione, mixtionem aquæ esse tantum necessariam necessitate præcepti, non sacramenti, non sit materiam essentialem. At de chrismatione ceu Confirmationis materia loquuntur laudati Patres. Demum S. DIONYSIUS non Ethnicis aut Judæis ipsis, sed Apostolis, ut ex ejus verbis cit. in Concl. liquet, doctrinam chrismatis tribuit; quod vero de athleticis ait, solum declarare vult hujus sacramenti effectum, qui est corroboratio; sicut enim athleticæ ungebant se, ut fortiores et habiliores redderentur ad certamen cor-

porale, vincendosque æmulos; ita ungitur sacro chrismate, ut in certamine spirituali reddamur victores. Qua similitudine Patres passim utuntur.

153. *Obj. II. contra impositionem manus*, 1^o. EUGENIUS IV. in Decr. Union. ad Armenos inquit (Labb. t. 13. p. 536.) : *Loco illius manus impositionis (de qua Act. 8.) datur in Ecclesia Confirmatio*. Similiter INNOCENT. III. cap. *Cum venisset*, de sacr. unct. *Per frontis*, ait, *chrismationem designatur manus impositio*; ergo abolita est in Ecclesia impositio manus a materia essentiali.

2^o. Varii tum antiquiores, tum recentiores, atque inter hos S. THOMAS pro Confirmationis materia adstruunt chrismationem, sine mentione aliquis impositionis manus; ergo.

3^o. Impositio manus in veteri Ecclesia statim post Baptismum fuit data catechumenis; ergo tantum ceremonia Baptismi erat, et hujus appendix.

4^o. Ecclesia ratam habet Confirmationem Græcorum: atqui hæc apud Græcos sine impositione manus fit, ut constat ex horum Euchologiis; ergo.

3^o. Juxta INNOCENT. IV. epist. 10. ad Ottonem Cardinalem c. 4. (Labb. t. 11. p. 613.) *Soli Apostoli, quorum vices gerunt episcopi, per manus impositionem, quam Confirmatio, vel frontis chrismatio representat, Spiritum sanctum tribuisse leguntur*; ergo nunc per chrismationem.

154. *Ad 1^{um}*. R. N. *Cons.* Nec enim EUGENIUS, vel CONC. FLORENT., nec INNOCENT. III. hoc volunt dicere, chrisma esse loco impositionis manuum, quasi Apostoli non essent usi chrismate, et nos non uteremur impositione manus; sed id ipsum nunc facere episcopos per chrismationem, quod faciebant Apostoli, quando dicebantur imponere manus. Igitur utriusque loci sensus est, non quod ritus distinctus ritui, res rei subrogata sit, sive quod chrismatio posita sit loco impositionis manus, hæc exclusa; sed quod nomen nomini successerit, quodque ritus ille, qui olim impositio manus dictus, nunc dicatur Confirmatio. Ratio responsionis est 1^o. quia non dicitur in citatis locis, quod *chrismatio* successerit impositioni manus; sed quod *Confirmatio*. 2^o. Quia INNOC. III. id aperte indicat, dum post ea verba: *Per frontis chrismationem designatur manus impositio*, immediate addit: *quæ alio nomine dicitur Confirmatio*. Unde et CONC. SENONENSE AN. 1528. in decreto de sacram. Confirm. (Labb. t. 14. p. 432.) ait: *Tunc impositionis manuum, nunc Confirmationis appellatum est sacramentum*.

Ad 2^{um}. R. Eos loqui de chrismatione, impositione manus non exclusam, sed inclusam, et ab hac indistinctam. Vide etiam dicta ad object. 4. supr. n. 146.

Ad 3^{um}. R. N. *Cons.* Etiam antiquitas baptizatis adultis dabatur post Baptismum Eucharistia, an proinde Eucharistia appendix ceremonialis Baptismi fuit? Nimirum tria hæc sacramenta conferebantur neophytis simul, Baptismus, quocum fiebat impositio manus verticalis; deinde Confirmatio per impositionem manus frontalem conjunctam chrismationi; tum vero Eucharistia.

Ad 4^{um}. R. 1^o. Varios e Græcis Patribus meminisse solius impositionis manus; nemo tamen inde inferet, a Græcis chrismationem excludi.

R. 2^o. *C. M. D. min.* Fit apud Græcos sine impositione manus distincta a chrismatione *C.* indistincta *N.* In ipsa chrismatione includitur impositio manus; per hanc enim fit chrismatio; alia vero impositio manus non est necessaria.

Si dicas cum SIMONDO: Ridiculum esse, chrismationem in fronte dicere impositionem manus, eo quod per manum fiat. Et vero alias unctio baptismalis etiam dici poterit impositio manus; imo unctio infirmorum.

R. N. *Assert.* Nam 1^o. et in Scriptura sacra simile quid legimus Marc. 7. 33. ubi cum adduxissent ad Jesum surdum et mutum, *deprecabantur eum, ut imponat illi manum*. Et *Jesus misit digitos suos in auriculas ejus, etc.* Hoc ergo etiam erat manum imponere. 2^o. Neque hoc ridiculum visum viris doctis, RUPERTO L. 5. de Divinis offic. c. 16. HUG. VICTORINO L. 2. de Sacram. p. 7. c. 3. dum referunt Decretum S. SYLVESTRI: *Sylvester Papa constituit, ut baptizatum presbyter in vertice chrismate liniat propter occasionem transitus mortis, ne forte propter absentiam episcopi, et difficultatem eum consequendi, sine manus impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret*. En unctio illa verticalis, quia manu fiebat, dicitur impositio manus; neque hoc ridiculum videbatur S. SYLVESTRO. Non diffiteor tamen, unctionem utramque, baptismalem et infirmorum non æque communiter dici impositionem manus, ac unctio confirmatoria; cujus vero ratio est, quod nunquam impositio manus habita sit materia vel Baptismi vel Extremæ unctionis, sicut e contra Confirmationis, in qua impositio manus se unctioni frontis confert, in eamque quodammodo transit: quanquam etiam hic adhuc suo modo manus impositio distinguatur ab unctione, siquidem episcopi, dum pollice frontem unguendo tangunt, manum reliquam capiti imponunt.

Ad 3^{um}. R. Eadem est responsio, quæ supra ad primum; representare enim idem est, ac præsentem sistere; frontis autem chrismatio manus impositionem præsentem sistit, quia ipsam complectitur.

ARTICULUS III.

QUALIS CHRISMATIO SIT AD CONFIRMATIONEM, ET QUOMODO NECESSARIA?

155. *Præmitto*. Chrisma e græco fonte desumptum nomen est, idem importans, quod *unguentum* Latinis; oritur enim a *χρῆμα*, id est, *ungo*. Hinc in epist. INNOCENT. I. ad Decentium cap. 8. materia unctionis infirmorum, quæ purum oleum est, *oleum chrismatis* vocatur. Communi tamen usu Ecclesiæ per chrisma illud tantummodo unguentum designatur, quod ex oleo et balsamo confectum unctionibus in Baptismo et Confirmatione fieri solitis inservit. Per oleum vero simpliciter dictum illud intelligitur, quod ex olivis fit: quod enim ex nucibus, amygdalis aliisque rebus elicitor, non nisi ad prioris similitudinem oleum appellatur. Balsamum vero judaicum sit, sive indicum, perinde est. Soli quidem Palæstinæ concessa hæc arbuscula olim credebatur: in utrisque tamen Indiis etiam reperta est, ex quibus, quod exsudat, nostras in regiones defertur. Quin nostris etiam in terris quædam visuntur arbusculæ ex Indiis advectæ. Ac CRODOVEI tempore

porale, vincendosque æmulos; ita ungitur sacro chrismate, ut in certamine spirituali reddamur victores. Qua similitudine Patres passim utuntur.

153. *Obj. II. contra impositionem manus*, 1^o. EUGENIUS IV. in Decr. Union. ad Armenos inquit (Labb. t. 13. p. 536.) : *Loco illius manus impositionis (de qua Act. 8.) datur in Ecclesia Confirmatio*. Similiter INNOCENT. III. cap. *Cum venisset*, de sacr. unct. *Per frontis*, ait, *chrismationem designatur manus impositio*; ergo abolita est in Ecclesia impositio manus a materia essentiali.

2^o. Varii tum antiquiores, tum recentiores, atque inter hos S. THOMAS pro Confirmationis materia adstruunt chrismationem, sine mentione aliquis impositionis manus; ergo.

3^o. Impositio manus in veteri Ecclesia statim post Baptismum fuit data catechumenis; ergo tantum ceremonia Baptismi erat, et hujus appendix.

4^o. Ecclesia ratam habet Confirmationem Græcorum: atqui hæc apud Græcos sine impositione manus fit, ut constat ex horum Euchologiis; ergo.

3^o. Juxta INNOCENT. IV. epist. 10. ad Ottonem Cardinalem c. 4. (Labb. t. 11. p. 613.) *Soli Apostoli, quorum vices gerunt episcopi, per manus impositionem, quam Confirmatio, vel frontis chrismatio representat, Spiritum sanctum tribuisse leguntur*; ergo nunc per chrismationem.

154. *Ad 1^{am}*. R. N. *Cons.* Nec enim EUGENIUS, vel CONC. FLORENT., nec INNOCENT. III. hoc volunt dicere, chrisma esse loco impositionis manuum, quasi Apostoli non essent usi chrismate, et nos non uteremur impositione manus; sed id ipsum nunc facere episcopos per chrismationem, quod faciebant Apostoli, quando dicebantur imponere manus. Igitur utriusque loci sensus est, non quod ritus distinctus ritui, res rei subrogata sit, sive quod chrismatio posita sit loco impositionis manus, hæc exclusa; sed quod nomen nomini successerit, quodque ritus ille, qui olim impositio manus dictus, nunc dicatur Confirmatio. Ratio responsionis est 1^o. quia non dicitur in citatis locis, quod *chrismatio* successerit impositioni manus; sed quod *Confirmatio*. 2^o. Quia INNOC. III. id aperte indicat, dum post ea verba: *Per frontis chrismationem designatur manus impositio*, immediate addit: *quæ alio nomine dicitur Confirmatio*. Unde et CONC. SENONENSE AN. 1528. in decreto de sacram. Confirm. (Labb. t. 14. p. 432.) ait: *Tunc impositionis manuum, nunc Confirmationis appellatum est sacramentum*.

Ad 2^{am}. R. Eos loqui de chrismatione, impositione manus non exclusam, sed inclusam, et ab hac indistinctam. Vide etiam dicta ad object. 4. supr. n. 146.

Ad 3^{am}. R. N. *Cons.* Etiam antiquitas baptizatis adultis dabatur post Baptismum Eucharistia, an proinde Eucharistia appendix ceremonialis Baptismi fuit? Nimirum tria hæc sacramenta conferebantur neophytis simul, Baptismus, quocum fiebat impositio manus verticalis; deinde Confirmatio per impositionem manus frontalem conjunctam chrismationi; tum vero Eucharistia.

Ad 4^{am}. R. 1^o. Varios e Græcis Patribus meminisse solius impositionis manus; nemo tamen inde inferet, a Græcis chrismationem excludi.

R. 2^o. *C. M. D. min.* Fit apud Græcos sine impositione manus distincta a chrismatione *C.* indistincta *N.* In ipsa chrismatione includitur impositio manus; per hanc enim fit chrismatio; alia vero impositio manus non est necessaria.

Si dicas cum SIMONDO: Ridiculum esse, chrismationem in fronte dicere impositionem manus, eo quod per manum fiat. Et vero alias unctio baptismalis etiam dici poterit impositio manus; imo unctio infirmorum.

R. N. *Assert.* Nam 1^o. et in Scriptura sacra simile quid legimus Marc. 7. 33. ubi cum adduxissent ad Jesum surdum et mutum, *deprecabantur eum, ut imponat illi manum*. Et *Jesus misit digitos suos in auriculas ejus, etc.* Hoc ergo etiam erat manum imponere. 2^o. Neque hoc ridiculum visum viris doctis, RUPERTO L. 5. de Divinis offic. c. 16. HUG. VICTORINO L. 2. de Sacram. p. 7. c. 3. dum referunt Decretum S. SYLVESTRI: *Sylvester Papa constituit, ut baptizatum presbyter in vertice chrismate liniat propter occasionem transitus mortis, ne forte propter absentiam episcopi, et difficultatem eum consequendi, sine manus impositione baptizatum ab hac vita migrare contingeret*. En unctio illa verticalis, quia manu fiebat, dicitur impositio manus; neque hoc ridiculum videbatur S. SYLVESTRO. Non diffiteor tamen, unctio nem utramque, baptismalem et infirmorum non æque communiter dici impositionem manus, ac unctio confirmatoria; cujus vero ratio est, quod nunquam impositio manus habita sit materia vel Baptismi vel Extremæ unctio nis, sicut e contra Confirmationis, in qua impositio manus se unctio nis frontis confert, in eamque quodammodo transit: quanquam etiam hic adhuc suo modo manus impositio distinguatur ab unctio ne, siquidem episcopi, dum pollice frontem ungento tangunt, manum reliquam capiti imponunt.

Ad 3^{am}. R. Eadem est responsio, quæ supra ad primum; representare enim idem est, ac præsentem sistere; frontis autem chrismatio manus impositionem præsentem sistit, quia ipsam complectitur.

ARTICULUS III.

QUALIS CHRISMATIO SIT AD CONFIRMATIONEM, ET QUOMODO NECESSARIA?

155. *Præmitto*. Chrisma e græco fonte desumptum nomen est, idem importans, quod *unguentum* Latinis; oritur enim a *χρῆμα*, id est, *ungo*. Hinc in epist. INNOCENT. I. ad Decentium cap. 8. materia unctio nis infirmorum, quæ purum oleum est, *oleum chrismatis* vocatur. Communi tamen usu Ecclesiæ per chrisma illud tantummodo unguentum designatur, quod ex oleo et balsamo confectum unctio nibus in Baptismo et Confirmatione fieri solitis inservit. Per oleum vero simpliciter dictum illud intelligitur, quod ex olivis fit: quod enim ex nucibus, amygdalis aliisque rebus elicitor, non nisi ad prioris similitudinem oleum appellatur. Balsamum vero judaicum sit, sive indicum, perinde est. Soli quidem Palæstinæ concessa hæc arbuscula olim credebatur: in utrisque tamen Indiis etiam reperta est, ex quibus, quod exsudat, nostras in regiones defertur. Quin nostris etiam in terris quædam visuntur arbusculæ ex Indiis advectæ. Ac CRODOVEI tempore

magnam balsami copiam fuisse in Galliis, testatur GREGORIUS Turonensis L. 2. Histor. cap. 31. Quoad oleum facile inter Theologos convenit, ad substantiam et valorem Confirmationis requiri oleum olivarum. Utrum vero hoc necessario, necessitate sacramenti, misceri debeat balsamo? ingens est, salva fide, inter eosdem controversia. Dico: *de necessitate sacramenti*; nam de necessitate præcepti nemo est, qui ambigat; nec est ambi- gendi locus.

Pro *negativa parte* stant Doctores multi gravissimique, CAJETANUS, DOMINICUS SOTO, ESTIUS, VALENTIA e Societate nostra 3. p. Disp. 3. q. 1. puncto 2. simul inquitens, hanc opinionem esse tam illustrium Doctorum auctoritate firmatam, ut contraria nequaquam communis dici possit; VITASSE, TOURNELY, etc. Pro *affirmativa* sunt D. THOMAS, BONAVENTURA, SCOTUS, alique plurimi. Labet utriusque partis intueri momenta, et quid ad ea responderi possit.

§. I.

Momenta sententiæ negantis, cum adjunctis ad eadem responsis.

136. I. Opinio contraria nulli fere gravi, solidoque fundamento inni- titur, ut patebit ex eorundem solutione.

II. Balsamum pretiosissimi liquoris genus est, cujus copiam Apostoli pau- peres habere non poterant ad consignandos omnes fideles, præsertim cum legamus uno die tria millia, et alio quatuor millia hominum; et Philippo evangelizante totam Samaritanorum civitatem credidisse.

III. Balsamum non fuit in usu primis quinque seculis; ante enim GRE- gorii M. tempora nemo fuit, qui balsami oleo permixti meminisset.

IV. TERTULLIANUS, CYPRIANUS, OPTATUS, INNOCENTIUS I., AUGUSTIN. alique sacramentum hoc ejusque materiam *oleum* quidem appellant, nusquam *balsamum*.

V. Materia sacramentorum communis et obvia esse debet, ut aqua, panis, vinum, sed balsamum omnino rarum est; nunc quidem illud ex Indiis Occidentalibus affertur; sed antequam inde afferretur, magna erat balsami in Latinorum terris penuria.

VI. INNOCENT. III. cap. *Pastoralis* de Sacrament. non iterand. interrogatus: an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad Sub- diaconatus ordinem assumptus; et utrum Confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus? respondet: *In talibus non esse aliquid iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat prætermissum*: atqui si balsamum esset materia essentialis Confirmationis, non satis esset, illud solum adhiberi, sed debuisset et olei unctio, et forma, sique totum sacramentum eo casu iterari; quia præter- missa materia essentiali nullum est sacramentum. Sed nec balsamum diu post adhibitum, potest cum oleo præterito componere unum: nec etiam bal- samo forma pridem ante adhibita, potest dici moraliter præsens. Tandem eo modo ait ibidem Pontifex, supplendam esse tantum manus imposicio- nem in eo, qui sine illa fuerat per errorem ad Subdiaconatum promotus, quo respondet; supplendam tantum esse unctionem balsami in illo, qui

sine hoc per errorem fuerat confirmatus: sed supplenda manus impositio, non de Subdiaconatus essentia erat; ergo nec unctio balsami de essentia Confirmationis.

Verum argumentis hisce singulis responderi potest a sententiæ affir- mativæ patronis. Ac quidem

137. *Ad 1^{um}*. Negando, opinionem affirmativam argumentis solidis non inniti; quin fortiora longe esse sua contendunt hujus patroni.

Ad 2^{um}. Etsi Apostoli essent in particulari pauperes; sat divites tamen erant in communi ad emendum balsamum, cujus Palæstina tum temporis ferax fuit. Deinde quod Apostolorum paupertas præstare non poterat, abunde supplebat fidelium liberalitas.

Ad 3^{um}. Negatur 1^o. quinque prioribus seculis balsamum in usu non fuisse; nam illius implicate saltem meminit S. DIONYSIUS, de quo §. seq. satis distincte vero S. IRENEUS sec. II. L. 1. adversus Hæreses, cap. 21. n. 3. (opp. p. 96.), ubi referens varios modos, quibus Valentini et Gno- stici imitabantur ritus Ecclesiæ, licet hos subin depravarent, ait, bapti- zatos ab iis inungi *opobalsamo*. Postea vero in Libris sequentibus refutans illorum hæreticorum errores, nusquam eos reprehendit, quod oleo et balsamo uterentur; sed quod balsamo solo, vel oleo aqua permixto. 2^o. Dici potest Patres primorum seculorum meminisse balsami implicate sub no- mine *chrismatis*, quæ vox ex usu Ecclesiæ unguentum ex oleo et balsamo significat. 3^o. Negatur *Cons.* quia S. GREGORIUS sec. VI. alique meminerunt balsami, non ut rei recens inductæ, sed antiquæ sibi a Majoribus traditæ.

Ad 4^{um}. Etiam Patres meminerunt chrismatis, ut S. CYRILLUS Hieroso- lym. Catech. 21. n. 1. imo et ex laudatis Patribus aliis in locis, OPTATUS, INNOCENT., AUGUST. : sed chrisma præter oleum complectitur balsamum ex S. GREG. M., BEDÆ, Ordine Romano, INNOC. III. cap. *Cum venisset* de sacra Unct. et cap. *Pastoralis* cit. in argumento VI.

Ad 5^{um}. Conceditur *Maj.* de sacramentis absolute necessariis, ut est Ba- ptismus. Ad Confirmationem vero, cum hæc tanta necessitatis non sit, suf- ficit, posse saltem aliunde haberi. Antequam vero afferretur balsamum ex Occidentalibus Indiis, poterat, quantum satis, haberi ex Palæstina et Arabia; cum valde modica balsami pars admisceri oleo soleat. Et vero Clo- dovei regis tempore, quo nondum ex Indiis transferebatur ad nos, magnam fuisse balsami copiam, GREG. Turonensis refert L. Histor. cap. 31.

Ad 6^{um}. Sensus est, non esse iterandum solemniter et cum ceremoniis sacramentum, sed esse supplendum caute sive secreto, quod fuerat præ- termissum. In Confirmatione vero prætermissum fuerat chrisma, quod sine balsamo non est; nec proinde vera fuerat forma; igitur id totum erat sup- plendum, sive conferendum denno. Similiter in ordinatione subdiaconi prætermissa fuerat manuum impositio; ergo et hæc supplenda erat, non quidem ut materia, sicut in priori casu chrisma, sed ut ceremonia acciden- talis juxta plerosque; nam responsio Pontificis, etsi sit generalis ad duas quæstiones simul, non tamen ideo aptari cuilibet eodem modo debet, sed juxta cujusvis substratam materiam, et exigentiam. Hæc responsio confir- matur solide ex cap. *Presbyter* eod. tit. ubi GREG. IX. de impositione manus omissa in ordinatione presbyteri et diaconi pariter inquit: *Non est aliqua-*

tenus iterandum; sed statuto tempore ad hujusmodi Ordines conferendos caute supplendum, quod per errorem extitit prætermisum; et tamen defectus impositionis manuum utramque ordinationem presbyteri et diaconi, cum juxta communissimam sit de ejus essentia, irritam efficit. Sicut ergo hic phrasis illa: *Non est aliquatenus iterandum, sed... caute supplendum, quod extitit prætermisum*, non obstat, quo minus illa ordinatorum vere repetita credatur; ita nec in cap. *Pastoralis* cit. quo minus repetita existimetur Confirmatio. Ait vero Pontifex *non iterandum*; quia sacramentum, quod nullum fuit, iterari non potest.

§. II.

Momenta sententiæ affirmatiæ cum responsis ad eadem a parte negante.

158. I. S. DIONYS. initio cap. 4. de Eccles. Hier. clare innuit, unguentum istud, græce *μύρον*, quod ipse deinde asserit, *ut pluribus materiis suave olentibus componi, ab Apostolis confectum et consecratum fuisse*. S. IRENEUS L. 1. adversus hæres. cap. 21. n. 3. de Gnosticis et Valentinianis ait, baptizatos ab illis inungi balsamo; quod faciebant ad imitationem Ecclesiæ.

II. Auctor operum Cardinalium. Serm. de unctione chrismae ait (opp. S. Cypriani p. 333. edit. Paris. 1666.), mixti oleo balsami unctionem divinitus institutam esse. Floruit autem hic auctor saltem sec. VIII.

III. S. GREG. M. sec. VI. in Sacramentario suo, GREG. Turonensis eod. sec. L. 1. de gloria Martyrum c. 41. (opp. p. 768.) aliique Patres et Pontifices per sequentia secula, Ordo Romanus ante seculum IX. editus, Pontificalia ac Ritualia pleraque ad chrisma requirunt balsamum.

IV. CONC. FLORENT. in Decr. pro Armenis aperte inquit: *Secundum sacramentum est Confirmatio, cujus materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, et balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per episcopum benedicto*. Paria fere leges apud INNOC. III. cap. *Cum venisset* de sacra Unct. Sed quod habet rationem materiæ, de essentia ac necessitate sacramenti est. Neve dici possit, Decretum hoc datum fuisse Concilio jam dissoluto, post discessum Græcorum, antequam Armeni, pro quibus datum est, advenirent, ut quibusdam videtur; obstat, quod in Decreti initio dicatur: *Sacro approbante Florentino Concilio*; tum quod in fine addatur: *Datum Florentiæ in publica sessione synodali solemniter in Ecclesia majori celebrata anno Domini 1439. decimo Calendas Decembris, Pontificatus nostri anno nono*. Et vero SPONDANUS ad eundem annum 1439. postquam retulisset laudata posteriora Decreti verba, Synodum non dissolutam fuisse, hisce testatur: *Inde perspicies, non una cum Græcorum discessu dissipatam esse, quod multi crediderunt, Synodum Florentinam, sed porro continuatam cum Patribus Latinis; nec vero hoc solum anno, verum etiam tribus sequentibus*. Ac CARD. PALLAVIC Hist. Conc. Trid. L. 6. num. 12. refert, Legatos Concilii TRIDENT. opposuisse Clodiensi episcopo: *falli eos, qui Florentinæ Synodi exitum an. 1439. tribuebant. Revera tres insuper annos perstitisse Synodum illam Florentiæ*. Demum, etiamsi solius EUGENII IV. esset Decretum, num ideo hujus auctoritas, ac illa INNOC. III. plane nullius momenti est?

V. Forma hujus sacramenti est: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis*; sed forma esset falsa, si oleum sine balsamo adhiberetur;

quandoquidem chrisma significat unguentum ex oleo et balsamo confectum juxta S. GREG. M., BEDAM, INNOC. III. adeoque ex Ecclesiæ usu.

Sed ad hæc argumenta rursus respondent sententiæ negantis patroni.

159. Ad 1^{um}. S. DIONYS. ibi non explicat, quæ sint illæ materiæ; neque si balsami speciatim meminisset, inde sequeretur, illud Confirmationi essentiali esse; unde enim haberetur, balsamum potius, quam alias suaveolentes materias ad essentiam materiæ pertinere? S. IRENEUS ait quidem ab hæreticis illis baptizatos inungi balsamo; non tamen ait, ipsos hoc facere ad imitationem Ecclesiæ; sed hoc per conjecturam dicitur. Et si postea eos reprehendat, quod balsamo solo utantur, sensus erit, quod confirmet solum per materiam fragrantem, ut ante DIONYSIUS, *sine oleo*.

160. Ad 2^{um}. et 3^{um}. Ex his tantum sequitur, balsamum requiri necessitate præcepti, vel ecclesiastici, ut putat pars negans communius; vel divini, ut volunt SCOTUS et ESTIUS; non necessitate sacramenti: quomodo etiam CYPRIAN. epist. 63. ad Cæciliam n. 9. ait, aquam *ex institutione Christi* necessario miscendam vino in calice; et ipsa FLORENT. Synodus in Decr. docet, aquam ideo admisceri vino, *quoniam juxta testimonia sanctorum Patrum ac Doctorum Ecclesiæ, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum*; quod ad summum de solo præcepto debet accipi; cum omnibus indubitatum sit, etiam ommissa aqua consistere substantiam sacramenti. Verum hæc opinio de necessitate vi præcepti divini paucos sectatores habet. Neque huic patrocinatur auctoritas Patrum circa aquam miscendam vino; cum hæc esset quorundam opinio singularis, quam ex ipsa institutione Christi esse partialem materiam Eucharistiæ, quam proinde ut probabilem solum videtur referre CONC. FLORENT. ad inculcandam Armenis necessitatem miscendæ vino aquæ.

161. Ad 4^{um}. Permisso, Decretum hoc esse ipsius Concilii; aiunt, nomine balsami etiam alias fragrantis aromatum species intelligi posse, quæ bonum exhalantes odorem significare possunt *odorem bonæ famæ*; unde et DIONYS. inquit, unguentum hoc esse *collectionem quamdam bene spirantium materiarum*; exprimi vero balsamum, quod hoc præ cæteris bene spirantibus materiis esset in Ecclesia Occidentali donatum usu ac receptum. Igitur Armenis Concilium praxin Romanæ Ecclesiæ proposuit, ac sapienter, cum ii erroris hac in parte pridem accusarentur; quosque volebat conformari omnino Romanis ritibus. Unde inferunt, ex Decreto non sequi, hanc in specie fragrantem materiam, *balsamum*, esse æque essentialcm, ac oleum.

Conf. 1^o. Quod non definiatur in Decr. balsamum esse ex institutione Christi materiam essentialcm, constat hinc, quod alioquin Tridentini Patres, ut alibi solent, et catholici omnes Concilii verba tenuissent ut fidei regulam, nec ab ea quis vel minimum discessisset unquam, quin statim reclamasset Ecclesia; sicut in ejusmodi momenti rebus reclamare solet: sed tamen nec de balsamo quidquam statuerunt Tridentini Patres, nec aliquam definitionem hac in re crediderunt Theologi plurimi, qui post EUGENIUM Papam scripsere.

Conf. 2^o. Constat plura in hoc Decreto dici circa sacramentorum materias

et formas, quæ tamen de eorum essentia non sunt, ut : aquam debere misceri vino, item formam consecrationis esse verba Salvatoris; nec tamen aqua est de necessitate sacramenti, nec omnia Salvatoris verba de essentia formæ sunt, velut ista : *Accipite, et manducate*; et quoad consecrationem calicis : *Accipite, et bibite ex eo omnes.*

Nec refert, quod de materia Confirmationis dicatur in Decreto : Materia est chrisma confectum ex oleo... et balsamo; e contra vero de materia Eucharistiae non dicatur : Materia est mixtum ex vino et aqua; sed materia est vinum de vite, cui aqua modicissima admisceri debet; quia quoad propositionum substantiam non est diversitas; et quoad rem videtur esse idem, sive dicas : Materia est vinum de vite, cui miscenda est aqua; sive hoc mixtum ex utroque. Et vero revera aqua vino permixta in Christi sanguinem convertitur; quin in ipso Decreto paulo post dicitur : utrumque permixtum debere offerri.

Ad 5^{um}. Negant min. Quia et apud Latinos et Græcos chrisma generatim nihil præter unctionem significat, sive hæc unctio fiat ex liquore simplici, puta oleo; sive mixto. Unde INNOC. I. epist. ad Decentium cap. 8. (Lab. t. 2. p. 1248. A.), materiam Extremæ Unctionis, quæ purum ac simplex oleum est, vocat *oleum chrismae*. S. AUG. L. 17. de Civit. cap. 10. *Cum enim, ait, Christi ejus (Dei) dicerentur omnes reges illo mystico chrismate consecrati.* Ubi nomine *chrismae* merum significatur oleum, quo iungebantur reges. Idem Tr. 33. in Joan. n. 3., montem Oliveti vocat *montem unguenti, montem chrismae*; ac paulo post : *ῥίσημα autem græce, latine unctio.* Tandem, prætermisissis aliis, S. JUSTINUS Martyr in Dial. cont. Tryphon. n. 86. *Omne, inquit, chrisma, sive olei, sive stactes, sive aliarum ex unguentorum compositione unctio, Christi fuisse ostendimus.* Ubi duplex chrisma distinguit, unum simplex, quod est olei, vel stactes; alterum mixtum, quod ex unguentorum compositione. Quod vero postea ex usu Ecclesiæ cœperit vox chrisma adhiberi ad significandum mixtum unguentum ex oleo et balsamo, pertubenter conceditur; quia ad oleum insuper Ecclesia assumpsit balsamum in specie, materiam fragrantem nobilissimam.

Ex his Lector eam seligat, quæ sibi magis fundata videbitur opinio.

ARTICULUS IV.

UTRUM CHRISMA NECESSARIO DEBEAT ESSE BENEDICTUM AB EPISCOPO? AN CHRISMATIO NECESSARIO FACIENDA IN FRONTE?

162. *Dico I.* Chrisma benedictum esse debet; et quidem jure saltem ordinario, ab Episcopo; idque necessario necessitate ad minus præcepti.

Prob. 1^a pars. EX SS. Patribus qui non nisi chrismae benedicti mentionem faciunt. *Egressi de lavaero*, ait TERTULL. L. de Bapt. c. 8. *perungimur benedicta unctione.* S. CYPRIANUS epist. 70. n. 2. *Baptizati unguuntur oleo in altari sanctificato.* S. CYRILLUS Hierosol. catech. 21. n. 3. *Cæterum vide ne nudum et vile suspiceris unguentum hoc esse. Nam... sanctum istud unguentum non amplius... commune unguentum est, post invocationem; sed Christi charisma et Spiritus sancti.* S. AUG. Tr. 118. in Joan. n. 3. *Signum (crucis)*

nisi adhibeatur... sive ipsi aquæ ea qua regenerantur (credentes), sive oleo quo chrisma unguuntur... nihil eorum rite perficitur. Similia habent passim Patres alii.

163. *Prob. 2^a pars.* Ex Traditione non interrupta. S. DIONYSIUS L. de Hier. Eccl. cap. 5. part. 1^a. §. 5. *Lex divina, inquit, hierarchicorum ordinum sanctificationem (Ordinationem) et unguenti divini consecrationem, sacramque altaris benedictionem perficientibus divinorum Pontificum virtutibus attribuit.*

Concilium II. CARTHAG. an. 390. Can. 3. (Lab. t. 2. p. 4160. B.) *Chrismae confectio, et puellarum benedictio a presbyteris non fiant.* Idem in præcedentibus Conciliis statutum fuisse asserit in Can. eod. NOMINIUS episcopus MAXIMIANUS, ut habet HOLSTEINIANA editio : *Numidius episcopus Maculitanus dixit... memini præteritis Conciliis fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio penitentium, nec non et puellarum consecratio a presbyteris non fiant.* CONC. TOLETANUM I. an. 400. Can. 20. (Lab. ibid. p. 1226.) *Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere, et per diocesan destinare.*

Idem docent summi Pontifices : DAMASUS epist. 5. (Lab. t. 2. p. 879. C.) declarat chorepiscopis non licere, *chrisma conficere.* INNOCENT. I. epist. ad Decentium c. 3. (Lab. ibid. p. 1246. C.) : *Presbyteris... chrismae baptizatos ungere licet; sed quod ab episcopo fuerit consecratum.* His addi possunt GELASIUS I. epist. 9. ad episcopos Lucaniæ c. 6. (Lab. t. 4. p. 1189. E.), GREG. M. in 1. Canticor. alique et Concilia plurima. Unde generale FLORENT. ait recte in Decreto : *Materia hujus sacramenti est chrisma confectum ex oleo... et balsamo... per episcopum benedicto; ergo cum benedictio chrismae constanter prohibeatur presbyteris, ea episcopis jure saltem ordinario sit propria, necesse est.*

Hoc vero jus episcoporum probabilius divinum est; quia DIONYS. cit. ait esse ex *lege divina.* Sic et CONC. HISPALENSE II. an. 619. Can. 7. (Lab. t. 5. p. 1566. B.) prohibens presbyteris confectionem chrismae rationem addit : *Quia Pontificatus apicem non habent; eandem causam dat CONC. WORMATIENSE; sed discretio graduum episcopi et presbyteri ex jure divino est, ergo et benedictio chrismae. Pariter CONC. TOLET. VIII. an. 633. 1^o ait, hoc divinaliter ordinatum esse, ut hæc chrismae consecratio a nullo altero conferretur quam a solis pontificibus (Lab. t. 6. p. 406. A.); 2^o hæc chrismae confectionem auferri non posse; tum, infert (ibid. B.); episcopalis igitur benedictio, qua chrisma efficitur sacrum, fit divina jussione, simulque apostolicæ traditionis auctoritate.*

164. Dixi tamen : *Jure saltem ordinario;* nam presbyteris ceu ministris extraordinariis committi posse facultatem conficiendi chrisma, permultis videtur probabilis : 1^o. Quia contrarium non innititur fundamento solido; ideo enim negatur ab aliis, posse presbytero dari hæc facultatem, quod episcopis benedictio chrismae competat jure divino, illamque constanter

et formas, quæ tamen de eorum essentia non sunt, ut : aquam debere misceri vino, item formam consecrationis esse verba Salvatoris; nec tamen aqua est de necessitate sacramenti, nec omnia Salvatoris verba de essentia formæ sunt, velut ista : *Accipite, et manducate*; et quoad consecrationem calicis : *Accipite, et bibite ex eo omnes*.

Nec refert, quod de materia Confirmationis dicatur in Decreto : *Materia est chrisma confectum ex oleo... et balsamo*; e contra vero de materia Eucharistiæ non dicatur : *Materia est mixtum ex vino et aqua*; sed materia est vinum de vite, cui aqua modicissima admisceri debet; quia quoad propositionum substantiam non est diversitas; et quoad rem videtur esse idem, sive dicas : *Materia est vinum de vite, cui miscenda est aqua*; sive hoc mixtum ex utroque. Et vero revera aqua vino permixta in Christi sanguinem convertitur; quin in ipso Decreto paulo post dicitur : *utrumque permixtum debere offerri*.

Ad 5^{um}. *Negant min.* Quia et apud Latinos et Græcos chrisma generatim nihil præter unctionem significat, sive hæc unctio fiat ex liquore simplici, puta oleo; sive mixto. Unde INNOC. I. epist. ad Decentium cap. 8. (Lab. t. 2. p. 1248. A.), materiam Extremæ Unctionis, quæ purum ac simplex oleum est, vocat *oleum chrismatis*. S. AUG. L. 17. de Civit. cap. 10. *Cum enim*, ait, *Christi ejus (Dei) dicerentur omnes reges illo mystico chrismate consecrati*. Ubi nomine *chrismatis* merum significatur oleum, quo iungebantur reges. Idem Tr. 33. in Joan. n. 3., montem Oliveti vocat *montem unguenti, montem chrismatis*; ac paulo post : *ῥίσημα autem græce, latine unctio*. Tandem, prætermisissis aliis, S. JUSTINUS Martyr in Dial. cont. Tryphon. n. 86. *Omne*, inquit, *chrisma, sive olei, sive stactes, sive aliarum ex unguentorum compositione unctio*. *Christi fuisse ostendimus*. Ubi duplex chrisma distinguit, unum simplex, quod est olei, vel stactes; alterum mixtum, quod ex unguentorum compositione. Quod vero postea ex usu Ecclesiæ cœperit vox chrisma adhiberi ad significandum mixtum unguentum ex oleo et balsamo, pertubenter conceditur; quia ad oleum insuper Ecclesia assumpsit balsamum in specie, materiam fragrantem nobilissimam.

Ex his Lector eam seligat, quæ sibi magis fundata videbitur opinio.

ARTICULUS IV.

UTRUM CHRISMA NECESSARIO DEBEAT ESSE BENEDICTUM AB EPISCOPO? AN CHRISMATIO NECESSARIO FACIENDA IN FRONTE?

162. *Dico I.* Chrisma benedictum esse debet; et quidem jure saltem ordinario, ab Episcopo; idque necessario necessitate ad minus præcepti.

Prob. 1^a pars. EX SS. Patribus qui non nisi chrismatis benedicti mentionem faciunt. *Egressi de lavaero*, ait TERTULL. L. de Bapt. c. 8. *perungimur benedicta unctione*. S. CYPRIANUS epist. 70. n. 2. *Baptizati unguentur oleo in altari sanctificato*. S. CYRILLUS Hierosol. catech. 21. n. 3. *Cæterum vide ne nudum et vile suspiceris unguentum hoc esse. Nam... sanctum istud unguentum non amplius... commune unguentum est, post invocationem; sed Christi charisma et Spiritus sancti*. S. AUG. Tr. 118. in Joan. n. 3. *Signum (crucis)*

nisi adhibeatur... sive ipsi aquæ ea qua regenerantur (credentes), sive oleo quo chrismate unguentur... nihil eorum rite perficitur. Similia habent passim Patres alii.

163. *Prob. 2^a pars.* EX Traditione non interrupta. S. DIONYSIUS L. de Hier. Eccl. cap. 5. part. 1^a. §. 5. *Lex divina*, inquit, *hierarchicorum ordinum sanctificationem (Ordinationem) et unguenti divini consecrationem, sacramque altaris benedictionem perficientibus divinorum Pontificum virtutibus attribuit*.

Concilium II. CARTHAG. an. 390. Can. 3. (Lab. t. 2. p. 4160. B.) *Chrismatis confectio, et puellarum benedictio a presbyteris non fiant*. Idem in præcedentibus Conciliis statutum fuisse asserit in Can. eod. NOMINIUS episcopus MAXIMIANUS, ut habet HOLSTEINIANA editio : *Numidius episcopus Maculitanus dixit... memini præteritis Conciliis fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio penitentium, nec non et puellarum consecratio a presbyteris non fiant*. CONC. TOLETANUM I. an. 400. Can. 20. (Lab. ibid. p. 1226.) *Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere, et per diocesan destinare*.

Idem docent summi Pontifices : DAMASUS epist. 5. (Lab. t. 2. p. 879. C.) declarat chorepiscopis non licere, *chrisma conficere*. INNOCENT. I. epist. ad Decentium c. 3. (Lab. ibid. p. 1246. C.) : *Presbyteris... chrismate baptizatos ungere licet; sed quod ab episcopo fuerit consecratum*. His addi possunt GELASIUS I. epist. 9. ad episcopos Lucaniæ c. 6. (Lab. t. 4. p. 1189. E.), GREG. M. in 1. Cantico. alique et Concilia plurima. Unde generale FLORENT. ait recte in Decreto : *Materia hujus sacramenti est chrisma confectum ex oleo... et balsamo... per episcopum benedicto*; ergo cum benedictio chrismatis constanter prohibeatur presbyteris, ea episcopis jure saltem ordinario sit propria, necesse est.

Hoc vero jus episcoporum probabilius divinum est; quia DIONYS. cit. ait esse ex *lege divina*. Sic et CONC. HISPALENSE II. an. 619. Can. 7. (Lab. t. 5. p. 1566. B.) prohibens presbyteris confectionem chrismatis rationem addit : *Quia Pontificatus apicem non habent; eandem causam dat CONC. WORMATIENSE; sed discretio graduum episcopi et presbyteri ex jure divino est, ergo et benedictio chrismatis*. Pariter CONC. TOLET. VIII. an. 633. 1^o. ait, hoc divinaliter ordinatum esse, ut hæc chrismatis consecratio a nullo altero conferretur quam a solis pontificibus (Lab. t. 6. p. 406. A.); 2^o. hæc chrismatis confectionem auferri non posse; tum, infert (ibid. B.) : *episcopalis igitur benedictio, qua chrisma efficitur sacrum, fit divina jussione, simulque apostolicæ traditionis auctoritate*.

164. Dixi tamen : *Jure saltem ordinario*; nam presbyteris ceu ministris extraordinariis committi posse facultatem conficiendi chrisma, permultis videtur probabilius : 1^o. Quia contrarium non innititur fundamento solido; ideo enim negatur ab aliis, posse presbytero dari hæc facultatem, quod episcopis benedictio chrismatis competat jure divino, illamque constanter

presbyteris inhibeat Canones; sed neutra ratio efficax est: non prima; quia Confirmatio ipsa jure divino est episcopis propria; et tamen ex dispensatione committi potest presbytero; cur idem dici nequeat de chrismatis benedictione? Ita quoque jure divino ad episcopos pertinet, conferre minores ordines, consecrare ecclesias, et tamen utraque potestas concessa fuit a summo Pontifice abbatibus; et potestas consecrandi ecclesiam, principi abbati Campidonensi est data a BENED. XIV. SS. mem. Pontifice. Nimirum sufficit, episcopos jure divino esse ministros *ordinarios* chrismatis; sicut sunt Confirmationis. Non *altera*; quia iisdem fere canonibus prohibetur presbytero, et reservatur episcopo Confirmationis administratio, et benedictio chrismatis; atqui nihilominus Confirmationis administratio a S. Pontifice committi potest presbytero; ergo et alterum.

2^a. Etsi in Decr. Conc. FLORENT. sub EUGEN. IV. dicatur: *Legitur tamen aliquando per Apostolicam Sedis dispensationem, et rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum.* Idem tamen Pontifex FABIANO de BAMA ad Indos abeunti facultatem dedit, non solum chrismate consignandi fideles, sed etiam chrisma conficiendi, ut refert WADINGUS in Annal. Ord. Minor. apud BENED. XIV. L. 7. de Synod. Diocæs. cap. 8. Eandem veniam dedisse summos Pontifices Africæ presbyteris, testatur JOANNES Diaconus ad Senarium apud MABILLONUM Musei Italici tom. 1. part. 2. pag. 73.

Utrum vero facultas hæc concedi possit a summo Pontifice solo, an vero etiam ab episcopo? alia est questio. Non desunt, qui, spectato solo jure divino, etiam ab episcopo hanc facultatem simplici presbytero concedi posse, asserunt. At certum videtur plerisque, jus illud nunc unice saltem reservatum esse Pontifici summo, sicut quoque jus concedendi presbytero facultatem confirmandi.

165. *Prob. 3^a. pars.* Hæc enim saltem sequitur certo ex relatis Patrum et Conciliorum sententiis. Quin inde alii inferunt, benedictionem episcopi esse de essentia. Sed quoad hoc contradicunt DRUIN, Card. GOTTI, TOURNELIUS aliique plurimi; qui episcopos jure divino ministros chrismatis conficiendi solum *ordinarios* asserunt; 1^o. quia ex laudatis Patribus et Conciliis major necessitas, quam præcepti non potest erui. 2^o. Quia Patres loquuntur de benedictione chrismatis, quo modo de benedictione aquæ baptismalis, ut Atg. Tr. 118. in Joan. n. 3. BASILIUS M. L. de Spir. sancto cap. 27. n. 66. (app. t. 3. p. 53. A). 3^o. Quod aliquando simplici presbytero legatur concessa potestas benedicendi chrisma.

166. *Dico II.* Unctio in fronte fieri debet; ac quidem ad modum crucis.

Prob. 1^a. pars. Ex perpetua traditione et praxi Ecclesiæ: TERTULL. L. 3. cont. Marcion. c. 22. inde Confirmationem vocat *signaculum frontium*. Et L. de Præscr. c. 40. *Ipsas quoque, ait, res sacramentorum divinarum, idolorum mysteriis æmulatur* (diabolus). *Tingit et ipse quosdam... Signat in frontibus milites suos.* Conc. generale II. sive CONSTANTINOP. I. Can. 7. (Labb. t. 2. p. 952. B.), frontem sancto chrismate ungendam ait, CYRILL. Hierosol. catech. 21. n. 3. *Chrismate Christi frons, et alii sensus tui symbolice inunguntur.* INNOC. I. epist. ad Decent. c. 3. (Labb. t. 2. p. 1246.) frontalis

unctionis usum ab ipsis Apostolis repetit. S. AUG. in Ps. 141. n. 9. *Multa, inquit, sacramenta aliter atque aliter accipimus: quædam, sicut nostis, ore accipimus: quædam per totum corpus. Quia vero in fronte erubescitur, ille qui dixit: Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram Patre meo, qui in cælis est; ipsam (crucis) ignominiam quodammodo, quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit.*

Accedit utriusque Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis consensus; hoc solo discrimine, quod prior frontem solam; altera alias corporis partes simul præter frontem inungat. Concilium generale II. cit. Can. 7. partes ungendas enarrans, recenset frontem, oculos, nares, os et aures. S. CYRILL. catech. 21. frontem, nares, aures, et pectus. Euchologia Græcorum moderna, frontem, oculos, nares, os, pectus, manus et pedes.

Prob. 2^a. pars. Quia unctionem frontalem fieri in modum crucis debere, rursus affirmant Patres, ut S. AUG. cit. ante, S. GRÆC. in Sacramentario, ubi de Confirmatione inquit: *Pontifex tincto pollice in chrismate, facit crucem in fronte unius, similiter per omnes singillatim.* Idem tradunt Ordo Romanus, Liber de divinis Officiis, plurimaque, antiquissimaque Ritualia.

167. *Dico III.* Probabilius est, utrumque, unctionem in fronte, ac in modum crucis, esse de necessitate sacramenti.

Prob. 1^a. pars. Quia id diserte asserit S. AUG. in Ps. 141. cit. num. præc. ubi unctionis in fronte simul causam reddit, INNOC. I. epist. ad Decent. unctioni frontali tribuens vim conferendi Spiritum sanctum. Addi potest ratio; quia, si de necessitate Confirmationis sit aliqua manus impositio, nec certum sit, eam esse impositionem manus primam, sive hujus extensionem super confirmandos; sequitur, de necessitate sacramenti hujus saltem eam esse, per quam admota fronti manu eadem frons inungitur: sed, ex dictis articulis præc. aliqua impositio manus de Confirmationis essentia est certo; certum vero non est, requiri illam, quæ apud Latinos fit extensis versus confirmandos manibus; ergo. Hinc si episcopus instrumento aliquo, non ipsa manu frontem ungeret, tolleretur sacramentum. Nec refert, ait COLLET, quod etiam tunc verificaretur forma: *Signo te*, etc. quia hæc etiam verificaretur, etsi quis in solo pedis digito ungeretur; et tamen nemo erit, qui hanc unctionem sufficere incunctanter pronunciet.

Prob. 2^a. pars. Quia unctionem in modum crucis æque a Christo institutam tradit S. AUG. cit., quam ut fiat in fronte. Accedit, quod, nisi unctio in modum crucis fiat, non verificetur forma: *Signo te signo crucis*, etc.

168. *Obj. I.* cum SIMONDO. Benedictio chrismatis non nisi jure ecclesiastico est reservata episcopis, et inhibita presbyteris; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Quia, juxta librum Pontificalem Damasi (Labb. t. 1. p. 1408. E.), SYLVESTER constituit, chrisma ab episcopo confici; ergo antea communis erat episcopis et presbyteris.

2^o. Quia Conc. TOLETAN. I. Can. 20. chrismatis benedictionem factam a presbyteris, nec irritam declarat, nec quoad tempus præteritum improbat, sed solum prohibet pro futuro; hujusque prohibitionis causam non petit ex jure divino, nec ex antiqua consuetudine Ecclesiæ, sed ex præsentis Ecclesiarum usu. *Quamvis*, inquit, *pene ubique custodiatur, ut absque epi-*

scopo chrismā nemo conficiat; tamen, quia in aliquibus locis, vel provinciis, etc. Vide textum totum num. 163.; ergo.

3°. Quia S. Hieron. in Comment. ad cap. 3. Sophroniæ (opp. t. 6. p. 721. edit. Vallars.) *Sacerdotes quoque, docet, qui dant Baptismum, et ad Eucharistiam Domini imprecantur adventum, faciunt oleum chrismatis;* ergo censebat S. Doctor, potestatem conficiendi chrismatis etiam penes presbyterum esse. Idem epist. ad Rusticum Narbonensem episcopum de septem ordinibus Ecclesiæ (al. epist. 12. in app. opp. t. 11.) ubi de sexto ordine, sive gradu sacerdotali, *Presbyteri, inquit, si necesse est, possunt chrisma conficere... siquidem hæc regula etiam nunc servatur a plurimis, atque in ecclesiis multis sic ista faciunt.* Ac tandem epist. 85. (al. 146. n. 1. opp. t. 1. p. 1082.) ad Evangelium. *Quid, ait, facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?*

4°. Quia Conc. CARTHAGIN. II. cap. 3. ac BRACAR. II. cap. 19. (Lab. t. 5. p. 842.) legem, qua benedictio chrismatis reservatur episcopis, et prohibetur presbyteris, Canonibus acceptam referunt; ad hos enim provocat NUMIDIUS in Conc. CARTHAG. II. cit. num. 163.; ergo.

5°. Quia Concilia eodem loco chrismatis benedictionem prohibent presbyteris, et reservant episcopis, quo velamen virginum et consecrationem altarium; ergo, cum hæc reservatio posterior ex solo est jure ecclesiastico, etiam prior.

6°. Presbyteri habent jus consecrandi corpus et sanguinem Christi, quæ quidem omnium maxima consecratio est; igitur quanto magis benedicendi chrisma, quod minus est.

7°. Quia chrismatis consecratio alia est apud Latinos, alia apud Græcos; ergo dicenda est esse juris ecclesiastici; quod enim juris divini est, variari non potest.

169. R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. R. 1°. Liber ille Pontificalis Damasi non est DAMASI Pontificis, cum plerorumque consensu seculo VII. nisi inferius, saltem eo superius non sit.

R. 2°. Permisso, decretum illud esse SYLVESTRI Papæ, decreto eo episcopis non tribuitur privilegium novum, sed quod eis jure divino et traditione Apostolica competeat, adversus presbyterorum quorundam hoc jus sibi arrogantium temeritatem nova constitutione, ut fieri solet, episcopis vindicatur.

170. Ad 2^{am}. R. N. Cons. Quia Synodus, etsi factum non declaret irritum, neque tamen etiam approbat, sed potius improbat; quia illud reprehendit, et prohibet. Videntur quidam presbyteri ex ignorantia, vel præsumptione confecisse chrisma; quem ab usum sublatum volebat Synodus, illum prohibendo. Ratio responsionis est; quia, cum an. 430. haberetur Synodus TOLETANA II., id est 30. annis post TOLET. I., ac intellexisset MONTANUS Toletanus archiepiscopus, qui Synodo præerat, quosdam presbyteros Placentinos, sede vacante, chrisma consecrare, factum hoc in epist. 1^a. dixit: *novam esse præsumptionem: rem detestabilem; que ab initio fidei catholicæ nusquam hucusque subrepsisse probatur: inauditam: religioni contrariam.* Et epist. 2. *rem sacrilegam.* Igitur certo Synodus Toletana I. an. 400. illud presbytero-

rum factum non approbaverat; cum hujus Synodi decreta latere non possent MONTANUM urbis ejusdem archiepiscopum. Nec, quod dicat SYNODUS, *quamvis pene ubique custodiatur, etc.* inde sequitur, eam rationem prohibendi presbyteris chrismatis consecrationem ex solo usu, vel jure ecclesiastico sumpsisse; quia hoc custodiebant vere pleræque ecclesiæ, sed tanquam rem juris divini; nec dicit Synodus, quod custodiatur tanquam res ab Ecclesia præcise reservata episcopis.

171. Ad 3^{am}. R. In priore loco S. Hieron. per sacerdotes intelligit episcopos, non presbyteros simplices; subdit enim 1°. *faciunt oleum chrismatis, manus imponunt:* atqui juxta Hieron. Dial. adversus Lucifer. n. 9. manus impositio solis competit episcopis; dum inquit: *Non quidem abnuo hanc esse ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos qui longe a majoribus urbibus per presbyteros et diaconos baptizati sunt, episcopus ad invocationem sancti Spiritus manum impositurus excurrat... in Ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi, non accipit Spiritum sanctum.* 2°. Ait ibidem de his sacerdotibus: *Levitas, et alios constituunt sacerdotes;* sed ex Hieron. epist. ad Evangelium cit. in object., sacerdotum et levitarum ordinatio unice ad episcopos pertinet. 3°. Quia de his sacerdotibus addit: *Non dignitas... sed opus dignitatis... sacerdotes salvare consuevit; qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Sed hæc indubie episcopos attinent.

Epistola vero ad RUSTICUM non est S. Hieronymi, ut probant ESTIUS, BELLARMIN., MARIAN. VICTORIUS Reatinus, aliique; sed est incerti auctoris, qui presbyterum simplicem sacramentorum omnino omnium facit ministrum, quod aperte falsum, et ipsi adversatur Hieronymo, qui epist. ad Evangelium cit. diserte ordinationem solis propriam episcopis docet, uti et Confirmationem Dial. adv. Lucifer. cit. ante. Deinde, cujuscumque epistola auctoris sit, dici posset, eum non suis, sed aliorum verbis ita loqui; subdit enim: *Tamen meæ hoc scito esse sententiæ, nulli episcopo super hoc injuriam esse faciendam;* ergo injuriam facit episcopo, si presbyter, quamvis urgente necessitate, chrisma consecret.

In tertio loco ab omnibus adhiberi debet interpretatio, ut sibi concordet Hieronymus; nam ex Hieronymo Dial. cit. soli confirmabant episcopi. Igitur sua ut maneat verbis Hieronymi veritas, satis est, quod simplex presbyter, uti Confirmationis, ita conficiendi chrismatis esse possit extraordinarius minister. In forma D. Quod non potest presbyter ordinari N. extraordinarie C.

172. Ad 4^{am}. R. N. Cons. Nihil enim novi, ut, quod divino jure prohibitum, idem prohibeatur jure humano. Ac cum benedictio chrismatis sit jure utroque, divino et humano reservata episcopis, presbyteris vero prohibita tanquam ministris, saltem ordinariis; hinc fit, ut alii juris divini solius, alii ecclesiastici, alii utriusque simul mentionem faciant.

173. Ad 5^{am}. R. N. Cons. Quia etiam Synodi cum velamine virginum, consecratione templorum, chrismatis benedictione conjungunt prohibitionem ordinationis, etiamque vetant presbyteris, ut Conc. HISPALENSE II. an. 619. Can. 7. (Lab. t. 5. p. 1666.) TOLETAN. VIII. an. 653. cap. 7. (Lab. t. 6. p. 406.) ubi ait: *Quod episcopalis eminentiæ divina auctoritas culmen*

non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit; scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacerorumque ordinum institutionem, etc. Item L. 6. Capitular. Caroli M. cap. 284. L. 7. cap. 310. 318. 329. ubi chrismatis consecratio, Confirmatio, ordinationes presbyterorum, dedicationes altarium, aliaque prohibentur chorepiscopis sub anathematis vinculo; quia hæc omnia summis pontificibus, h. e. cathedralibus episcopis, debentur. Nemo tamen idecirco affirmare audebit, Ordinationem, Confirmationem reservari episcopis jure solo ecclesiastico, quia cum aliis eodem loco et modo prohibentur. Nimirum Concilia sic una oratione plura prohibent presbyteris, quorum aliqua jure humano tantum, alia divino sunt prohibita.

174. Ad 6^{am}. R. Argumentum probat nimium: nimirum posse presbyteros simplices ordinare levitas, sacerdotes alios jure ordinario confirmare, quia his omnibus major est potestas consecrandi corpus et sanguinem Christi. Hinc N. Cons. Quia in moralibus, quæ pendunt a libera instituentis voluntate, is, qui potest majus, non potest continuo id, quod minus est; sed uniuscujusque potestas iis circumscripta est limitibus, quos gratiarum et donorum distributor Deus constituit.

175. Ad 7^{am}. R. Christus benedictionem chrismatis solum præcepit in genere: quo autem illa modo fieri debeat, determinandum reliquit Ecclesiæ, ut de materia et forma sacramentorum dictum in Tract. de Sacram. in gen. Dissert. 2^a. cap. 1. art. 3. num. 117.

176. Obj. II. Immerito dicitur, ac contra Concilia et Patres, presbyteris ceu ministris extraordinariis posse concedi potestatem conficiendi chrisma; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Potestas conficiendi chrisma, ex dictis, episcopis jure divino est propria; ergo hæc potestas presbyteris delegari nequit.

2^o. In Conc. CARTHAG. III. Can. 36. (Labb. t. 2. p. 1172.) statuitur: Presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret; chrisma vero nunquam perficiat. Sic quoque Conc. WORMATIENSE Can. 2. (Labb. t. 8. p. 945.) sancit: Chrisma perficere nullus præter episcopum præsumat.

3^o. EUGEN. in Decr. pro Armenis etsi referat, aliquando presbyteros per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa administrasse Confirmationis sacramentum; addit tamen: chrismate per episcopum confecto.

4^o. Pariter ARCUDIUS Tract. de Confirmat. cap. 15. testatur, ADRIANUM IV. an. 1521. die 25. Aprilis, petentibus Fratri CLAPIONI et FRANCISCO de ANGELIS dedisse pro Indiis, et regionibus ubi episcopi non sunt, facultatem, ut possit regularis sacerdos ex Fratribus Minoribus confirmare, cum addito: chrismate ab episcopo consecrato; sed si ADRIAN. censuisset, benedictionem chrismatis concedi posse presbyteris, eadem facilitate hanc utrique contulisset, qua potestatem administrandæ Confirmationis.

5^o. Catechismus tandem Conc. TRID. de Confirmatione diserte habet: Neque enim ad alium ea confectio, nisi ad episcopum pertinere potest.

Ante responsiones observa: dixisse nos num. 165. permultis videri probabilius, presbyteris ceu ministris extraordinariis concedi posse facultatem

conficiendi chrisma. In cujus sententiæ gratiam, quæ revera inspectis rationibus apparet fundatior, responsiones subjicio.

177. R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. R. D. Ant. Est episcopis ceu ministris ordinariis jure divino propria C. ut presbyteris ceu ministris extraordinariis hæc facultas concedi non possit N. Sicut Confirmationis administratio propria est episcopis ceu ministris ordinariis, sic confectio chrismatis.

Ad prob. 2^{am}. R. Explico cum D. Chrisma nunquam perficiat auctoritate propria C. legitime concessa N. Dici etiam potest, consecrationem virginum, non confectionem chrismatis in Conc. CARTHAG. cit. ex dispensatione permitti presbyteris, quia penes legislatoris est arbitrium, ut ex duabus rebus, quæ committi possunt, unam, non alteram, prout convenientius judicabit, committat.

Ad prob. 3^{am}. R. Additur in Decr. EUGENII, chrismate per episcopum benedicto, at non per modum legis. Aliud vero est, presbyterum aliquando ex dispensatione administrasse Confirmationem chrismate per episcopum benedicto; aliud chrismatis benedictionem presbytero committi non posse. Primum refert narrando EUGEN., alterum non attingit. Ratio autem, quare aliquando permissum presbyteris Confirmationem administrare, cum restrictione, ut id fiat chrismate per episcopum benedicto, illa est, quia sacri Canones, quantum possunt, observari debent. Hinc Pontifices sua dispensatione noluerunt simul concedere utrumque, quando observari poterat alterum, ut scilicet Confirmatio administraretur, sed chrismate per episcopum benedicto. Et vero longe difficilius est, ordinarium Confirmationis ministrum semper et ubique reperiri, quam materiam benedictam, quæ facilius de loco in locum transferri potest. Cæterum alio casu etiam facultatem conficiendi chrismatis constat fuisse concessam.

Ad prob. 4^{am}. R. 1^o. Multis hoc privilegium suspectum videri, quia ADRIAN. VI. an. 1521. die 25. Aprilis nondum erat summus Pontifex; anno enim sequenti primum die 9. Januarii electus fuit. Deinde hoc privilegium videtur esse potius idem cum hoc, quod LEO X., ut habetur in nova collectione privilegiorum Mendicantium et non Mendicantium Emmanuelis RODERICI, dedit an. 1521. die 25. Aprilis Patribus Joanni CLAPIONI et FRANCISCO de ANGELIS; sed hoc de infidelibus conversis ad clericatum et ordines minores promovendis agit.

R. 2^o. Permissa veritate privilegii, ut in præcedenti.

Ad prob. 5^{am}. R. D. Ad alium jure ordinario pertinere non potest, nisi episcopum C. extraordinarie N. Responsio sumitur ex ipsis verbis Catechismi; ait enim: Neque ad alium ea confectio, nisi ad episcopum pertinere potest, qui ejusdem sacramenti ordinarius minister constitutus est; ergo ea ratione chrismatis confectio ad solum pertinet episcopum, qua ad eundem pertinet, esse hujus sacramenti ministrum: sed ad hunc pertinet esse ordinarium hujus sacramenti ministrum; ergo. Similibus igitur loquendi formulis ministerium ordinarium solummodo excluditur, sicut dum EUGEN. in Decr. dicit de Confirmatione: Non nisi episcopus eam conferre debet, quia de solis Apostolis, quorum vicem tenent episcopi, legitur, quod per manus impositionem dabant Spiritum sanctum; ac tamen subdit, illam ex dispensatione commissam fuisse presbytero simplici.

ARTICULUS V.

QUÆNAM SACRAMENTI CONFIRMATIONIS FORMA SIT?

Sicut in assignanda hujus sacramenti materia, ita in statuenda forma sententiæ variant. Qui adæquatam Confirmationis materiam esse solam illam impositionem manuum docent, quæ earumdem extensione super confirmandos fit, formam essentialem in sola illa oratione statuunt, quam profert tunc episcopus invocando Spiritum sanctum ad robur: *Omnipotens, sempiternus Deus*, etc. Qui vero hanc præviam extensionem manuum materiam solum partialem tradunt, quæ cum unctione unam totalem constituat, duplicem pariter formam partialem asserunt, sic ut oratio illa: *Omnipotens, sempiternus Deus* respondens priori extensioni manus, cum verbis hisce, quæ unctioni respondent: *Signo te signo crucis*, etc. formam constituat essentialem adæquatam. Qui porro unctionem solam dicunt Confirmationis materiam, his forma in solis verbis unctionem comitantibus sita est: *Signo te signo crucis*, etc.; apud Græcos autem: *Signaculum doni Spiritus sancti*, ubi juxta idiomatis genium subauditur: *Ecce*; vel: *Tibi datur*. Tandem qui materiam in unctione et impositione manus indistincta reponunt, eandem, quam præcedens sententiæ, formam assignant: *Signo te*, etc.

178. *Dico I.* Oratio respondens præviæ extensioni manus super confirmandos nullo modo ad formam essentialem pertinet.

Prob. 1^o. Prævia illa manuum extensio, ex dictis supra, non est essentialis hujus sacramenti materia, nequidem partialis; ergo nec oratio illa rationem formæ habet, utpote quæ materiam suam comitari debet.

2^o. In Sacramentario monasterii Moysacensis, quod ad minus ætatem 800. annorum fert, edito cum pluribus aliis a MARTENE cap. 2. art. 2. nulla plane legitur oratio, nisi unica, quæ Confirmatione peracta recitanda dicitur: *Deus, qui Apostolis tuis*, etc.; ergo tunc non censebatur habere rationem formæ oratio illa: *Omnipotens, sempiternus Deus*, etc.

3^o. Forma non potest proferri ab alio, præterquam ministro; sed oratio illa prævia aliquando recitari consueverat a presbytero baptizante statim post Baptismum, antequam ad confirmandum episcopus accederet, ut ostendit laudatus MARTENE art. 3. ex codicibus antiquissimis et probatis. Quia referente eodem, Tom. 1. L. 1. de antiquis Ecclesiæ Ritibus, dicta oratio recitabatur in ecclesia, in qua conferebatur Baptismus; deinde vero in alia ab episcopo dabatur Confirmatio: sed non apparet, quomodo oratio illa dicta in ecclesia Baptismi a presbytero baptizante, possit habere rationem formæ respectu extensionis manus super confirmandos factæ ab episcopo in altera ecclesia.

179. *Dico II.* Forma Confirmationis sunt apud Latinos tantum verba, quæ unctioni respondent, hæc vel æquivalentia: *Signo te signo crucis*, et *confirmando te chrismate salutis, in nomine Patris*, etc. Apud Græcos: *Signaculum doni Spiritus sancti*.

Prob. 1^a. pars. Forma sacramenti in iis consistit verbis, quæ determinant materiam ad significandum et producendum effectum sacramenti: atqui relata verba id faciunt; ergo. *Prob. min.* Confirmationis effectus enim est, robur spirituale ad christianam militiam, et tuendum instar strenui militis nomen, fidemque Christi; sed dicta verba, *signo te*, etc. vel æquivalentia determinant materiam ad hunc significandum effectum, sicut illa in Baptismo: *ego te baptizo*, etc. determinant ablutionem. Breviter id ostendit in Decr. Conc. FLORENT. *Effectus hujus sacramenti est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur; sicut datus est Apostolis in die Pentecostes; ut videlicet Christianus audacter Christi consteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi vercundia sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et præcipue crucem ejus, qui Judæis quidem est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum, propter quod signo crucis signatur.*

Porro formam illam, *signo te*, etc. non tantum EUGEN. IV. refert in Decr. ad Armen.; sed et pleraque Ritualia a sec. VIII., Ordo Romanus; Pontificale vero ECBERTI: *Accipe signum crucis chrismate salutis in Christo Jesu in vitam æternam.* CATURIGENSE: *Confirmando et consigno te in signum crucis, in nomine Patris*, etc. MOYSACENSE, aliaque plurima apud MARTEN., MORIN., MENARD. Igitur cum forma illa nec ab aliquo Pontifice, nec Concilio instituta legatur, juxta pervulgatam AUGUSTINI regulam non immerito ad Apostolos refertur.

180. *Prob. 2^a. pars.* Quia hæc Græcorum formæ antiquissimæ ætatis est, approbata a Conciliis et Pontificibus Romanis; asseritur enim in Conc. generali II. sive Constantinopolitano I. Can. 7. (Labb. t. 2. p. 952.) ubi inquit: *Arianos... signatos, sive unctos primum sacro chrismate et frontem, et oculos, et nares, et aures, et eos signantes dicimus: Signaculum doni Spiritus sancti.* Neque hic Concilium de sola hæreticorum reconciliatione agit; nam S. CYRILL. catech. 18. n. 33. verba illa Confirmationi tribuit; nec unquam Græci chrismationem adhibuerunt, nisi in Confirmatione sola, ut ex eorum liquet Enochologiis a GOARIO divulgatis. Deinde quoties in Conciliis de unione Græcorum actum est, nunquam hæc eorum forma vel ad crisin vocata est, etsi MARCUS Ephesinus in Conc. FLORENT. retulisset, Græcos sub ea forma administrare Confirmationem. Quin deputata Cardinalium Congregatio ad examen Ritualis Græcorum ab URBANO VIII., quoad Græcorum materiam et formam in Confirmatione nihil censuit innovandum; unde quoad hoc caput recusum fuit Rituale integrum.

Præterea forma Græcorum omnino sacramenti effectum significat; nam 1^o. Per *signaculum* significatur character. 2^o. Per hæc *doni Spiritus sancti*, gratia roborans ad fortiter consistendam fidem, hujusque causa Spiritus sanctus. 3^o. Exprimitur persona confirmans, et quæ confirmatur; cum enim minister dicit: *Signaculum doni Spiritus sancti*, juxta genium idiomatis græci idem sonat, ac: *Ecce donum*; vel: *do, datur tibi*, per meum ministerium; velut si eleemosynam pelenti porrigens nummum dicas: *Ecce nummum*.

Neque dicat: CLEMENS VIII. et BENEDICT. XIV. Constit. 57. Tom. 4. Bullarii sui diserte mandant, ut Latini baptizatos, et a Græcis presbyteris chrismate in fronte consignatos confirmet sub Latinorum forma; ergo Græcorum formam censuerunt nullam; nam

R. N. Cons. Uterque enim Pontifex loquitur de presbyteris Græcis, de gentibus sub jurisdictione Romani Pontificis tanquam Patriarchæ Occidentis: sed his presbyteris non est ceu ministris *extraordinariis* a Pontifice concessa confirmandi facultas; igitur sacramentum est nullum, non defectu formæ, sed ministri.

181. *Obj. I.* Conclusio adversatur 1^o. Scripturæ sacræ. 2^o. Traditioni; ergo.

Prob. 1^a. pars. Juxta S. Scripturam forma Confirmationis deprecatoria est: atqui forma a nobis tradita indicativa est, non deprecatoria; ergo. *Prob. M.* Quia Act. 8. dicitur: *Orabant pro eis, ut Spiritum sanctum acciperent*; ergo debet esse deprecatoria forma; sicut Extremæ Unctionis formam esse deprecatoriam colligitur hinc, quia Jac. 5. dicitur: *Orent super eum, ungentes eum oleo.*

Prob. 2^a. pars. 1^o. Ante sec. VIII. nusquam formæ illius: *Signo te*, etc. apud Scriptores reperitur vestigium, nec in Sacramentario S. GREGORII sec. VI.; ergo. Quin S. AMBROS. L. 2. de Sacram. cap. 7. n. 24. formam refert pure deprecatoriam: *Mersisti, inquit, venisti ad sacerdotem: quid tibi dixit? Deus, inquit, Pater omnipotens, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat in vitam æternam.* Imo ALCUIN. L. de divin. Offic. cap. de Sabbat. sancto, Confirmationis hunc ritum refert: *Hæc finita oratione facit crucem de chrismate cum pollice in singulorum frontibus dicendo: in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Ubi nihil de his verbis: *Signo te; confirmo te*, etc.

2^o. Plures SS. Patrum, velut CYPRIAN. epist. 73. ad Jubaianum n. 9. AMBROS. L. 3. de Sacram. cap. 2. n. 8. HIERON. Dial. adversus Lucifer. n. 9. AUG. L. 18. de Trinit. c. 26. n. 46. aiunt, Spiritum sanctum dari per orationem episcoporum; ergo.

3^o. Demum ab ipso sec. VIII. data forma varie immutata legitur; nam Pontificale GELASIAN. habet: *Signum Christi in vitam æternam: confirmet te Deus*, etc. PICTAVIENSE ANHORUM 800. et supra: *Signat te Deus sigillo fidei suæ in confirmationem fidei suæ*; MOYSACENSE: *Confirmo te signo crucis: in nomine Patris*, etc.

182. R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. p. R. N. M. Refertur quidem Act. 8. orasse Apostolos, ut Samaritani acciperent Spiritum sanctum; sed, utrum ea oratio fuerit ipsa forma, vel tantum oratio præparatoria, exinde præcise nequit colligi. Sed potius fuisse præparationem, videtur inde suaderi, quia ibidem non orationi, sed impositioni manus Spiritus sanctus tribuitur: *Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.* Et Act. 19. sine orationis alienius mentione dicitur: *Cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos.* Quod vero forma Extremæ Unctionis debeat esse deprecatoria, ex his præcise verbis: *orent super eum*, certo id inferri nequit; cum omnium sacramentorum formæ, etsi sensum indicativum habeant, possint tamen aliquo modo dici oratio, ut dicemus infra; sed ex verbis illis, juncta traditione Apostolica, et Ecclesiæ praxi.

183. Ad prob. 2^{am}. p. R. Quoad 1^{am}. N. Cons. Constat enim de prioribus Ecclesiæ seculis, SS. Patres sacramentorum formulas nec divulgasse, nec

scriptis mandasse, ut diximus alibi (Tr. de Sacr. in gen.). Unde et S. DIONYS. inquit L. de Eccles. Hier. cap. 7. part. 3^a. §. 10. *Invocationes perfectivas, h. e. verba, quibus sacramenta perficiuntur, nefas est scripto interpretari, et arcanum eorum sensum, virtutesque, quas Deus in iis operatur, e secreto in publicum efferre.* Et INNOCENT. I. epist. ad Decentium c. 3. (Labb. t. 2. p. 1246.) ait, religionis proditorem esse, qui Confirmationis formulam scriptis mandaverit: *Verba dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.* Quoad alia vero secula, quibus Ecclesia dilata, et pace frui cœpit, insuper est ratio, quod sacramentorum formulæ, utpote breves, usu juxta veterem disciplinam arcani semel inducto, potius mandarentur memoriæ. Et vero idem dici debet ab omnibus; nam teste MABILONIO et MARTENIO, in pluribus Liturgiis et Ritualibus Manuscriptis antiquissimis non extat forma consecrationis; subin abest forma absolutionis, ut in ipso sacramentario GREGORII juxta superius dicta de materia hujus sacramenti; ac usque ad finem seculi VI. altum est de forma Baptismi apud Scriptores silentium, abestque in pluribus post sec. VI. Ritualibus: sicut igitur hinc non sequitur, formam illam: *ego te baptizo*, etc. non fuisse primis seculis in usu Ecclesiæ; ita neque illam Confirmationis. Ac proinde ex illo Scriptorum silentio duci nequit argumentum efficax.

Quoad 2^{am}. R. Oratio illa ex S. AMBROSIO relata non erat episcopi confirmantis, sed sacerdotis verticaliter ungentis post Baptismum. Constat 1^o. Quia illa AMBROSII verborum formula revera ipsissima est, quæ in unctione verticali fieri solita, ut apparebit, et hanc, et illam, quæ in Sacramentario Gregoriano, Ordine Romano, Libro de divinis officiis, AMALARIO et hodiernis Ritualibus refertur, inter se comparanti. 2^o. Quia ex S. AMBROSIO L. de Mysteriis cap. 6. n. 29. illa unctio, cui respondebat ista oratio, dabatur baptizato ante indumentum candidum: *Post hæc (egressum e fonte baptismali), ascendisti ad sacerdotem, considera, quid secutum sit. Nonne illud, quod ait David: Sicut unguentum in capite, etc.* Subjicit vero statim initio capituli 7.: *Accepisti post hæc vestimenta candida, etc.* Sed unctio, quæ neophytorum ablutionem, eorumque oblationem sacerdoti proxime sequebatur, verticalis erat, ceremonia Baptismi pedissequa, ut constat ex Ordine Romano: *Ut autem surrexerint a fonte, illi, qui eos suscipiunt, offerunt eos uni presbytero. Ipse vero presbyter facit de chrismate crucem cum pollice in vertice eorum, etc.* Dicitur hic dicta oratio. *Et dat singulis stolam candidam dicens: Accipe vestem candidam, et immaculatam, quam perferas ante tribunal Christi.* Deinde duci jubentur ad episcopum confirmandi.

ALCUINUS tandem se refert ad Ordinem Romanum; sed in hoc hæc verba referuntur, unctioni in modum crucis respondentia: *Confirmo te in nomine Patris*, etc. Unde vel lapsus est memoria ALCUINUS, vel mendosa est ejus editio.

184. Ad 2^{am}. R. N. Cons. Quia Patres per orationem et invocationem formam ipsam intelligunt, qualiscumque sit; quia constat verbis sacris, quæ Christi dignificata sunt meritis, et quia Christi continent orationem, qua rogavit Patrem, ut, quoties proferuntur a suis ministris, suo prolata nomine censeantur; unde habent vim infallibiliter impetrandi, et confe-

rendi effectum : sicque semper verba formæ, etiam indicativæ, sunt tacita oratio et invocatio. Sic etiam Patres Eucharistiam oratione consecrari dicunt; confici corpus Christi per orationem et signum crucis, ut S. JUSTIN. M. Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 66.) S. CYRIL. catech. 19. n. 7. et 23. n. 7. At certe forma consecrationis indicativa est.

185. Ad 3^{um}. R. Has formas non esse quoad sensum substantialiter diversas; sicut neque illa Græcorum ab altera Latinorum differt substantia, et quoad significandi modum. Neque hinc inferas : ergo et valebit Baptismus collatus sub forma : *Ego te baptizo in nomine Trinitatis*; vel, *trium personarum divinarum*, quia hæc verba videntur æquivalentia his : *in nomine Patris*, etc. nam etsi hæc similiaque quoad substantiam sint æquivalentia; non tamen sunt quoad modum significandi; quia Christus trium personarum invocationem *distinctam* et *explicitam* requisivit ad essentiam Baptismi, ut nobis constat ex verbis Christi Matth. ult. non quidem nude ac secundum se præcise sumptis, sed una cum traditione Ecclesiæ.

CAPUT II.

DE MINISTRO, SUBJECTO, PROPRIETATIBUS CONFIRMATIONIS.

Princeps in hoc capite controversia de ministro est. Minister vero Confirmationis duplex est; *ordinarius*, qui vi Ordinis sui potestatem completam habet, ad conferendum valide hoc sacramentum; *extraordinarius*, qui vi Ordinis sui conferendi hujus sacramenti potestatem non nisi inchoatam et incompletam habet, quæ, ut sacramentum conferat valide, perfici complerique debet dispensatione legitima. De utroque movetur quæstio. Post Concil. FLOR. et TRID. ordinarius Confirmationis ministrum episcopum dicunt uno ore Catholici: negant post obtritos Wicleffistas et Hussitas Lutherani et Calvinistæ, duce Photio patriarcha Constantinop. schismatico, qui sec. IX. ad Bulgaros recenter ad catholicam fidem conversos, misit presbyteros, qui illos hoc unguento consignarent, contendente presbyteros esse ordinarios Confirmationis ministros. Quod graviter tulit indigneque, ac merito NICOLAUS I. summus Pontifex, reprobans factum, mittensque Legatos, qui Bulgaros iterum confirmarent. Orthodoxos inter Theologos solum de *extraordinario* ministro instituitur quæstio, utrum is esse possit quicumque presbyter ex dispensatione summi Pontificis?

ARTICULUS I.

QUIS MINISTER CONFIRMATIONIS ORDINARIUS?

186. Dico. Minister ordinarius Confirmationis est solus episcopus. Est de fide ex TRIDENT. Sess. 8. Can. 1. *Si quis dixerit, ordinarium ministrum (Confirmationis) non esse solum episcopum; anathema sit.* Idem ante dixerat FLORENT. in Decreto.

Prob. I. Scriptura sacra. Act. 8. Petrus et Joannes mittuntur in Samariam, ut, quos Philippus diaconus baptizaverat, confirmarent. Act. 19. Paulus eos, qui baptizati fuerant, per semetipsum confirmat, quo tempore tamen non deerant presbyteri, ut colligitur ex Act. 15. Ex quo constanter censuit Ecclesia, præterquam docuit, non alium esse ordinarium Confirmationis ministrum, præterquam episcopum.

Respondet 1^o. Durandus ex Act. 8. nihil concludi posse, quia Apostoli erant sacerdotes et episcopi; ex textu vero non posse colligi, utrum confirmarint tanquam sacerdotes, vel episcopi.

Verum etsi textus hoc non distinguat clare; recte tamen eos qua episcopos confirmasse colligitur inde: 1^o. Quia Scriptura nunquam tribuit hoc officium, nisi solis Apostolis, cum officia alia, ut prædicandi, baptizandi, tribuat ministris inferioribus aliis. 2^o. Quid alias opus erat, ut ex Jerusalem venirent, si presbyteri et diaconi potuissent manus imponere æque, ac episcopi. 3^o. Quia eos qua episcopos hoc sacramentum administrasse, constat ex sensu et praxi Ecclesiæ, quæ legis divinæ optima interpres est.

Respondet 2^o. Calvinus. Quod fecerunt Apostoli, non potest tribui episcopis, quia episcopi non sunt Apostoli: vel si episcopi dicantur successisse Apostolis, æque his successerunt presbyteri; alias non liceret presbyteris, sed solis episcopis communicare sub utraque specie, quia soli apostoli utramque speciem in Cœna Domini acceperunt.

Sed etsi episcopi non sint Apostoli; in munere tamen episcopali successerunt Apostolis, ut constans habet Ecclesiæ sensus, docetque HIERON. epist. 41. ad Marcellam n. 3., AUG. in Ps. 34. n. 32. ad hæc verba: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*; et alii passim.

Alterum vero hinc corrui: 1^o. Quia Apostoli in ultima Cœna tantum presbyteri facti sunt; episcopi vero primum post resurrectionem, cum eis diceretur Joan. 20. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* 2^o. Etsi presbyteri successerint in aliqua re Apostolis; non tamen in omnibus et simpliciter; idque patet tum ex praxi; si quis enim petat, quis successerit S. Petro? Respondent omnes: episcopus Romanus. Quis Joanni? episcopus Ephesinus, sicque porro; tum ex testimoniis veterum, qui episcopos aiunt successisse Apostolis, non idem enuntiant de presbyteris; tum ex ipsa potestate ordinaria, ratione cujus succedunt Apostolis. Auctoritas Apostolica complectebatur omnem potestatem ecclesiasticam; erant enim 1. christiani; 2. sacerdotes; 3. summi sacerdotes, vel episcopi; 4. summi sacerdotes ubicumque, in toto orbe; poterant enim ubique prædicare, baptizare, ordinare, etc. Ex illis quatuor posterius erat in solo Petro ordinarium, in aliis extraordina-

rendi effectum : sicque semper verba formæ, etiam indicativæ, sunt tacita oratio et invocatio. Sic etiam Patres Eucharistiam oratione consecrari dicunt; confici corpus Christi per orationem et signum crucis, ut S. JUSTIN. M. Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 66.) S. CYRIL. catech. 19. n. 7. et 23. n. 7. At certe forma consecrationis indicativa est.

185. Ad 3^{um}. R. Has formas non esse quoad sensum substantialiter diversas; sicut neque illa Græcorum ab altera Latinorum differt substantia, et quoad significandi modum. Neque hinc inferas : ergo et valebit Baptismus collatus sub forma : *Ego te baptizo in nomine Trinitatis*; vel, *trium personarum divinarum*, quia hæc verba videntur æquivalentia his : *in nomine Patris*, etc. nam etsi hæc similiaque quoad substantiam sint æquivalentia; non tamen sunt quoad modum significandi; quia Christus trium personarum invocationem *distinctam* et *explicitam* requisivit ad essentiam Baptismi, ut nobis constat ex verbis Christi Matth. ult. non quidem nude ac secundum se præcise sumptis, sed una cum traditione Ecclesiæ.

CAPUT II.

DE MINISTRO, SUBJECTO, PROPRIETATIBUS CONFIRMATIONIS.

Princeps in hoc capite controversia de ministro est. Minister vero Confirmationis duplex est; *ordinarius*, qui vi Ordinis sui potestatem completam habet, ad conferendum valide hoc sacramentum; *extraordinarius*, qui vi Ordinis sui conferendi hujus sacramenti potestatem non nisi inchoatam et incompletam habet, quæ, ut sacramentum conferat valide, perfici complerique debet dispensatione legitima. De utroque movetur quæstio. Post Concil. FLOR. et TRID. ordinarius Confirmationis ministrum episcopum dicunt uno ore Catholici: negant post obtritos Wicleffistas et Hussitas Lutherani et Calvinistæ, duce Photio patriarcha Constantinop. schismatico, qui sec. IX. ad Bulgaros recenter ad catholicam fidem conversos, misit presbyteros, qui illos hoc unguento consignarent, contendente presbyteros esse ordinarios Confirmationis ministros. Quod graviter tulit indigneque, ac merito NICOLAUS I. summus Pontifex, reprobans factum, mittensque Legatos, qui Bulgaros iterum confirmarent. Orthodoxos inter Theologos solum de *extraordinario* ministro instituitur quæstio, utrum is esse possit quicumque presbyter ex dispensatione summi Pontificis?

ARTICULUS I.

QUIS MINISTER CONFIRMATIONIS ORDINARIUS?

186. Dico. Minister ordinarius Confirmationis est solus episcopus. Est de fide ex TRIDENT. Sess. 8. Can. 1. *Si quis dixerit, ordinarium ministrum (Confirmationis) non esse solum episcopum; anathema sit.* Idem ante dixerat FLORENT. in Decreto.

Prob. I. Scriptura sacra. Act. 8. Petrus et Joannes mittuntur in Samariam, ut, quos Philippus diaconus baptizaverat, confirmarent. Act. 19. Paulus eos, qui baptizati fuerant, per semetipsum confirmat, quo tempore tamen non deerant presbyteri, ut colligitur ex Act. 15. Ex quo constanter censuit Ecclesia, præterquam docuit, non alium esse ordinarium Confirmationis ministrum, præterquam episcopum.

Respondet 1^o. Durandus ex Act. 8. nihil concludi posse, quia Apostoli erant sacerdotes et episcopi; ex textu vero non posse colligi, utrum confirmarint tanquam sacerdotes, vel episcopi.

Verum etsi textus hoc non distinguat clare; recte tamen eos qua episcopos confirmasse colligitur inde: 1^o. Quia Scriptura nunquam tribuit hoc officium, nisi solis Apostolis, cum officia alia, ut prædicandi, baptizandi, tribuat ministris inferioribus aliis. 2^o. Quid alias opus erat, ut ex Jerusalem venirent, si presbyteri et diaconi potuissent manus imponere æque, ac episcopi. 3^o. Quia eos qua episcopos hoc sacramentum administrasse, constat ex sensu et praxi Ecclesiæ, quæ legis divinæ optima interpres est.

Respondet 2^o. Calvinus. Quod fecerunt Apostoli, non potest tribui episcopis, quia episcopi non sunt Apostoli: vel si episcopi dicantur successisse Apostolis, æque his successerunt presbyteri; alias non liceret presbyteris, sed solis episcopis communicare sub utraque specie, quia soli apostoli utramque speciem in Cœna Domini acceperunt.

Sed etsi episcopi non sint Apostoli; in munere tamen episcopali successerunt Apostolis, ut constans habet Ecclesiæ sensus, docetque HIERON. epist. 41. ad Marcellam n. 3., AUG. in Ps. 34. n. 32. ad hæc verba: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*; et alii passim.

Alterum vero hinc corrui: 1^o. Quia Apostoli in ultima Cœna tantum presbyteri facti sunt; episcopi vero primum post resurrectionem, cum eis diceretur Joan. 20. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* 2^o. Etsi presbyteri successerint in aliqua re Apostolis; non tamen in omnibus et simpliciter; idque patet tum ex praxi; si quis enim petat, quis successerit S. Petro? Respondent omnes: episcopus Romanus. Quis Joanni? episcopus Ephesinus, sicque porro; tum ex testimoniis veterum, qui episcopos aiunt successisse Apostolis, non idem enuntiant de presbyteris; tum ex ipsa potestate ordinaria, ratione cujus succedunt Apostolis. Auctoritas Apostolica complectebatur omnem potestatem ecclesiasticam; erant enim 1. christiani; 2. sacerdotes; 3. summi sacerdotes, vel episcopi; 4. summi sacerdotes ubicumque, in toto orbe; poterant enim ubique prædicare, baptizare, ordinare, etc. Ex illis quatuor posterius erat in solo Petro ordinarium, in aliis extraordina-

rium; hinc solius Petri successores potestatem in toto orbe habent, non aliorum successores. Unde ait BELLARM., etsi omnes christiani aliquo modo succedant Apostolis, quatenus hi primi christiani fuerunt; ac sacerdotes succedant iisdem qua primis sacerdotibus, et episcopi qua primis episcopis; episcopi tamen soli simpliciter succedunt Apostolis, qui succedunt in eorum tota ordinaria potestate.

187. *Prob. II.* Traditione: 1°. Sanctorum Patrum, CYPRIANI epist. 73. ad Jubaian. n. 9., CHRYSOSTOMI hom. 48. in Acta Apost. n. 3., S. AUGUST. de Trinit. L. 13. c. 26. n. 46., HIERONYMI Dial. adv. Luciferian. n. 9. aliorumque, qui ministerium solis episcopis proprium docent, quorum textus retulimus, hujusce Tract. c. 4. n. 126. 143. et 171.; quibus hic adde ISIDORUM Pelusiotam L. 1. epist. 450. (opp. p. 134. edit. Paris. an. 1385.) ubi de illo Act. 8. inquit: *Petrus et Joannes Apostoli ab Hierosolymis ad eos descendentes, Spiritus sancti gratiam ipsis porreuerunt; quod si is, a quo Baptismum acceperant, ex Apostolorum classe ac numero fuisset, Spiritus donandi potestatem profecto habuisset.*

2°. Summorum Pontificum. CORNELIUS epist. ad Fabium supr. (n. 126.) cit. exprobrat Novatiano, quod ab episcopo consignatus non sit. INNOC. I. epist. ad Decent. ibid. cit. ait: *Solis Pontificibus deberi, ut vel consignent, vel paraclatum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et illa lectio Actuum Apostolorum;* de qua num. præced. GELAS. I. epist. 9. ad episcopos Lucaniæ c. 6. (Labb. t. 4. p. 1189): *Nec minus etiam presbyteros ultra modum suum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibi met audacter assumere; non consuecendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibenda sibi met arripere facultatem.* Similia alii enuntiant, ut S. LEO epist. 88. (nunc in app. epist. 2°.), S. GREGOR. L. 4. epist. 9. (opp. t. 2. p. 689), omnesque, qui se Græcorum schismaticorum errori opposuerunt, e quibus NICOL. I., CLEMENS VIII. rursus confirmari iusserunt, quos presbyteri simplices confirmaverant. Ac BENED. XIV. Constit. 58. t. 1. Bullarii sui.

3°. Conciliorum. ELIBERITAN. Can. 38. (Labb. t. 1. p. 974.): *Ad episcopum, inquit, eum (Neophytum) perducat, ut per manus impositionem perfici possit.* HISPAL. II. cap. 7. (Labb. t. 5. p. 1666.) docet, confirmare non esse presbyterorum, quia pontificatus apicem non habent. Adde ARELAT. III. (Labb. t. 4. p. 1024.) PARISI. VI. L. 1. c. 27. (Labb. t. 7. p. 1617.) aliaque cum FLORENT. et TRID., de quibus dictum in Conclus.

188. Accedit ratio convenientiæ. 1°. Quia ex Patrum doctrina confirmatio est sacramentum perfectionis, quo fideles dicuntur perfici; conveniebat igitur, ut non ab aliis conferretur, quam iis, qui in ordine perficientium constituti sunt: atqui, juxta DIONYS. L. de Eccles. Hier. cap. 4. part. 1°. §. 6. episcopatus est ordo perficientium, sicut presbyteratus est ordo illuminantium, et diaconatus purgantium. 2°. Quia in quolibet opere, ait D. THOM. 3. p. q. 72. a. 10. in 0. *ultima consummatio supremæ virtuti reservatur: fideles vero sunt quoddam Christi divinum opus, juxta illud 1. ad Cor. 3. Dei ædificatio estis: quæ quidem ædificatio inchoatur per Baptismum, sed consummatur per Confirmationem; igitur Confirmatio episcopis reservatur, qui*

potestatem in Ecclesia summam obtinent. 3°. Solorum regum et summorum principum est designare milites, aliorum non nisi ex commissione: sed per Confirmationem homo designatur miles Christi; ergo hoc ad supremos hierarchas, episcopos in Ecclesia, decet pertinere.

189. *Obj. I.* Ex S. Scriptura. 1°. Ananias, etsi nec Apostolus nec episcopus, Saulo imposuit manus, ut impleretur Spiritu sancto. Act. 9. 17.; ergo Confirmatio non est episcopis propria. 2°. Nusquam etiam in Scriptura reperitur lex, quæ Confirmationem reservet episcopis; ergo ex Scriptura non magis his, quam sacerdotibus convenit confirmandi officium.

Ad 1^{um}. R. D. *Ant.* Ananias imposuit manus Saulo, ut impleretur Spiritu sancto, vi hujus impositionis manuum N. per Baptismum statim conferendum C. Paulus tunc nondum baptizatus erat, ut colligitur ex contextu; ergo impositio illa manus non poterat esse confirmatoria, cum nullum sacramentum ante Baptismum percipi possit; sed erat partim sanatoria, scilicet cæcitatatis, juxta illud Marc. 16. *Super ægros manus imponent, et bene habebunt.* Et patet ex eod. Act. 9. v. 12. ubi de Saulo cæco dicitur: *Et vidit (in spiritu) virum Ananiam nomine introeuntem, et imponentem sibi manus, ut visum recipiat.* Partim etiam præparatoria Baptismi fuit. Nimirum varia fuit manus impositio in usu; 1. sanatoria, de qua Marc. 16.; 2. confirmatoria, de qua Act. 8.; 3. ordinatoria, de qua 1. ad Tim. 4. et 2. ad eumd.; 4. reconciliatoria, qua reconciliabantur hæretici, et pœnitentes Ecclesiæ; his 5. accessit impositio manus super catechumenos fieri solita, ac præparatoria Baptismi. Præterea ex Patribus, ac forte solus ex omnibus AUG. L. 2. Quæst. Evangel. cap. 4. putat, Ananiam fuisse episcopum; si ita est, adversarii probant plane nihil.

Ad 2^{um}. R. Equidem in Scriptura non reperitur lex explicite expressa; hæc tamen ex illa colligitur ex dictis *Prob. 1^a.*

190. *Obj. II.* Ex Conciliis. Plura Concilia, uti presbyteris alia prohibent Confirmationem, sic quoque permittunt; ergo, quod nunc solis episcopis propria sit Confirmatio, ex solo jure ecclesiastico ortum ducit.

Prob. Ant. Nam 1°. Conc. TOLETAN. I. an. 400. Can. 20. sancit (Labb. t. 2. p. 1226.): *Statutum est, diaconum non chrismare; sed presbyterum, absente episcopo; præsentem vero, si fuerit ab ipso præceptum.* Igitur episcopo absente minister Confirmationis erat presbyter. Ita quoque Conc. ARAUSCAN. an. 441. Can. 1. (Labb. t. 3. p. 1447.), concedit presbyteris potestatem, hæreticos in mortis discrimine constitutos, si Catholici esse desiderent, *chrismate et benedictione consignandi.*

2°. Conc. REGIENSE an. 439. Can. 5. (Labb. t. 3. p. 1287.), concedit presbytero *per familiam, per agros facultatem benedictionis aperire... in ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum jus habebit.* Hanc facultatem in presbyteris quoque supponit Conc. BARCHINENSE II. Can. 2. (Labb. t. 5. p. 1605.), dum vetat accipere aliquid pro pretio liquoris, quando *chrisma presbyteris diæcesanis datur pro neophytis confirmandis.*

3°. Tandem ex HISPAL. II. cap. 7. (Labb. ibid. p. 1666.) jus confirmandi

pertinet ad episcopos *ex novellis et ecclesiasticis legibus*; ergo solum jure humano ecclesiastico.

R. D. Plura Concilia permittunt Confirmationem presbyteris ceu ministris extraordinariis C. secus N.

Ad Conc. TOLET. R. 1^o. ut ante.

R. 2^o. Perquam probabile est, ibi agi de chrismatione baptismali, quæ ex more Ecclesiæ poterat dari a presbytero *absente episcopo*; sed, eo *præsente*, non nisi id præciperet episcopus. Quem morem postea temperavit INNOCENT. I. epist. ad Decent. c. 3. dans presbyteris potestatem unguendi verticaliter baptizatos, *seu extra episcopum, seu præsente episcopo*. ARAUSICAN. id presbyteris ceu extraordinariis ministris permittit pro casu speciali mortis, pro quo sæpe commode nequit episcopus haberi.

Ad Conc. REGIENSE, R. Sacerdotem, cui in Conc. Regiensi permittitur facultas confirmandi, non fuisse presbyterum simplicem; sed, ut ex contextu apud LABBEUM patet, episcopum depositum, ARMENTARIUM nomine, cui ex gratia fuerat una parochia permissa, in qua conferre posset Confirmationis sacramentum. Conc. BARCINONENSE prohibet episcopo, ne quid pro sacro chrismate, quod a se confectum dat presbyteris diocesanis, accipiat; nec in his ideo supponit facultatem confirmandi ordinariam, quod chrisma accipiant, quia hoc chrismate uti debebant in Baptismo; unum enim idemque chrisma est, quod baptizatis et confirmandis adhibetur.

Ad Conc. HISPAL. R. N. Cons. Per *novellas leges* enim non intelligit Concilium leges recenter datas a sola Ecclesia, sed Testamenti novi, sive Legis novæ, quæ hoc officium reservat ceu episcopis ordinarium; secus ac in Lege vel Test. vet. fieret, in quo soli sacerdoti summo reservatum fuerat, altaria erigere, consecrare, etc. Responsio patet ex textus objecti serie; ait enim: *Quaedam novellis et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum... consecratio*; sed Ordinatio presbyterorum et diaconorum per episcopos non erat tunc primum recenti aliqua Ecclesiæ institutione sancita. Addidit tamen: *et ecclesiasticis*; quia legi divinæ accessit altera Ecclesiæ; quod nihil novi est.

191. Obj. III. Latinos Patres, ex quibus 1^o. S. AMBROS. L. de Myster. cap. 6. docet, *unctionem unguenti fieri a sacerdote*.

2^o. S. HIERON. Dial. adv. Lucifer. n. 9. episcopos ait esse ministros Confirmationis *ex consuetudine Ecclesiæ, et ad honorem potius, quam legis necessitatem*. Sed quod ex consuetudine Ecclesiæ et hujus legibus pendet, in jus divinum refundi non debet.

3^o. Juxta Pontificale S. DAMASI, SYLVESTER episcopis *privilegium* dedit, ut soli episcopi baptizatos consignent.

4^o. S. GREGOR. M. L. 4. epist. 26. ad Januarium (opp. t. 2. p. 705.): *Pervertit, inquit, ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus. Ubi ait Pontifex, se id prohibuisse, quia contrarium erat usui Ecclesiæ suæ; ergo non censebat contrarium juri divino, nec aliarum Ecclesiarum usui.*

5^o. Tandem venerab. BEDA in Ps. 26. asserit, unctionem, quæ fit per manus episcopi, eandem esse cum unctione verticali, licet illa non sit concessa omnibus sacerdotibus *ob arrogantiam*.

Ad 1^{um}. R. S. AMBROS. per sacerdotem intelligit episcopum, qui dicitur antonomastice sacerdos, vel sacerdos summus, ut ex cod. S. Patre L. de Sacram. cap. 1. constat; ubi sacerdotem, ad quem egressi de lavacro ducebantur, ut hos confirmet, appellat *sacerdotem summum*.

Ad 2^{um}. R. D. Ait hoc esse ex consuetudine Ecclesiæ, quatenus posset Ecclesia permittere etiam presbyteris, ut manus imponant baptizatis C. hoc sensu, quod, spectato jure divino, presbyteri parem habeant episcopis potestatem imponendi manus N. Nam continuo subdit S. P.: *Disce hanc observationem* (sive morem, quo solus episcopus manus imponit) *ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit*.

Si inferas: Ergo, quod episcopus solus confirmet, magis pertinet ad legem necessitatis, quam ad honorem sacerdotii, quod S. HIERONYMO adversatur.

R. N. *Illatum*; bene enim simul stant, ex lege divina ordinarium confirmandi munus penes episcopos esse, idque potius ad honorem episcopatus, quam ob legem necessitatis; quia Christus, qui instituere potuerat, ut presbyteri, sicut passim baptizant, ita et confirmarent, voluit, ad honorandos episcopos, ut hi soli confirmarent ordinarie.

Si porro dicas: Sed epist. 101. alias 85. ait HIERON. *Quid facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?*

R. Juxta jam dicta cap. præc. art. ult. D. Quod non faciat presbyter extraordinarie C. ordinarie, ut episcopi N. Satis hoc erat ad retundendam diaconorum, in quos hic invehitur, quique se presbyteris præferebant, insolentiam.

Ad 3^{um}. R. 1^o. Plerisque, ut dictum cap. præc. hic liber supposititius est.

R. 2^o. Permisso, esse DAMAST, non loquitur de consignatione confirmatoria, sed verticali in Baptismo, quam sic reservatam esse voluit episcopis, ut his præsentibus eam non adhiberent presbyteri, nisi ex illorum præcepto. De quo usu dictum num. præc.

Ad 4^{um}. N. Cons. Non enim, quod Ecclesiæ suæ Romanæ usum commendet, idcirco negat, usum hunc et S. Scriptura niti, et traditione; nec ideo supponit, contrarium esse Ecclesiarum aliarum usum. Et vero de S. GREGOR. Pontifice summe perito præsumi non potest, ignorasse INNOCENTII I. aliorumque Prædecessorum suorum, et Conciliorum statuta, quæ factam presbyteris prohibitionem confirmandi non a simplici Ecclesiæ usu, sed ex Apostolorum praxi ac traditione, quin ipso jure divino sat clare repetebant. Ideo vero suæ Ecclesiæ Romanæ potius usum opposuit presbyteris Sardis, quod illa Ecclesiarum aliarum Mater sit, cui se accommodant cæteræ, ac cujus hac in re usum imitabantur, saltem per Occidentem alie.

Ad 5^{um}. R. Venerab. Beda utramque unctionem ait esse eandem ratione materiæ, quia idem quoad materiam utrobique chrisma; non vero ratione virtutis et efficacie. Dum autem dicit, unctionem episcopis *ob arrogantiam* reservatam esse, non intelligit arrogantiam episcoporum, sed presbyterorum, ut sensus sit: ne presbyteri superbirent, seque pares judicarent

episcopis, unctio illa solis reservata est episcopis. Responsionis veritas ex ipso Beda patet, dum de Philippo in cap. 8. Act. Apostol. ait: *Si Apostolus esset, ipse utique manus imponere potuisset, ut acciperent Spiritum sanctum; hoc enim solis Pontificibus debetur.*

192. *Obj. IV.* Ex Patribus Græcis. S. CHRYSOST., homil. 11. in cap. 3. epist. 1. ad Tim. n. 1. *Inter episcopum, inquit, et presbyterum interest ferme nihil... Sola quippe ordinatione superiores (presbyteris) sunt (episcopi).* Paria THEOPHYL. in cap. 3. 1. ad Tim. v. 8. *Cur autem presbyteros prætermisit? Quia quæ de episcopis dicit, ea presbyteris etiam conveniunt; nam et ipsi docendi munus et præfectura Ecclesiæ commissa est, utpote sola ordinatione inferioribus; ergo.*

R. N. *Cons.* Nam vox ordinatione apud CHRYSOST. et THEOPHYL. vel sumitur passive pro ipsius ordinatione episcopi, quam accipit; vel active, sive pro ea, quam habet alios ordinandi, potestate. Si *primum*; sensus est, episcopum præ presbyteris nihil habere, præter consecrationem sibi propriam, et proinde quæ ex hac consecratione fluit episcopalis potestas, consecrandi alios sacerdotes, confirmandi, etc., jure ordinario. Si *alterum*; sensus est, posse excepta ordinatione presbyterum, quod episcopus, etsi non pari jure ordinario. Hinc episcopus qua talis ligat et solvit in foro interno et externo, non item presbyter; episcopus confirmat jure proprio, presbyter nominis ex delegatione; solos enim episcopos ex officio confirmare solitos sua ætate testatur CHRYSOST., cum, ex facto Petri et Joannis, qui ad confirmandos Samaritanos missi, homil. 18. in Act. supr. cit. n. 3. sic concludit: *Unde et Choryphæos, non alios hoc facientes videmus.*

193. *Obj. V.* Ex consuetudine. Presbyteri pluribus in locis confirmant, atque confirmarunt olim; ergo. *Prob. Ant.* In orientali enim Ecclesia hodie raro confirmant episcopi, frequenter vero presbyteri; deinde etiam ante Photii schismatici ævum apud Egyptios, Armenos, Coptos ab antiquissimo tempore confirmabant presbyteri, ut colligitur ex AMBROSIASTRO, sive pseudo-Ambrosio Comment. in cap. 4. ad Ephes. v. 11. 12. (opp. S. Ambros. t. 2. part. 2^a. p. 221. E.), et S. AUG. L. Quæstion. in vet. et nov. Testam. q. 401.

R. *Ant.* Confirmant et confirmarunt ut ministri ordinarii, vi sui ordinis N. ut extraordinarii, ex delegatione, vel dispensatione saltem tacita Pontificis C. Nec Commentarius in epistolas Paulinas S. AMBROSII est, nec liber ille Quæstionum S. AUGUSTINI, sed utrumque eruditi plerique tribuunt HILARIO diacono schismatico Luciferiano, de quo alibi. Interim presbyteros in Oriente confirmasse ex dispensatione saltem tacita Pontificis et tolerantia, colligitur ex consuetudinis antiquitate, ne alias dici possit, tanto illos tempore hoc sacramento caruisse; cum tamen GREGORIUS Proto-synellus patriarchæ Alexandrini in Cone. FLOR. legatus referat, hunc Græcorum morem approbatum fuisse a Patribus Florentinis (Labb. t. 13. p. 790. A.). Ac modo sic etiamnum et tolerantia Sedis Apostolicæ a presbyteris græcis administrari Confirmationem, affirmat tom. 1. Bullarii sui Constit. 58. BENED. XIV. Prioribus tamen seculis in orientali Ecclesia Confirmationis administrationem penes solos episcopos fuisse, constat ex DIONYS., CHRYSOST. tum alibi, tum num. præc. cit., refertque GREGOR. Pachymeres in Paraphr. de Eccl. Hier.,

LEONE ALLATIO L. 3. de Eccles. occident. et orient. consens., ARDIO L. 2. Concord. cap. 11. et 13., ubi BLASTIUM, aliosque Scriptores græcos testes adducit.

194. *Obj. VI.* Ex ratione cum PHOTIO. 1^o. Sacerdotibus baptizare licet ex officio; ergo et confirmare: cum enim Baptismus sit efficacæ majoris, quam Confirmatio, si illum, etiam hanc conferre poterit quicumque presbyter.

2^o. Simplex sacerdos conficere Eucharistiam potest, consecrando panem; igitur et confirmare: qui enim potest majus, potest etiam minus.

3^o. Si Christus solum episcopum instituisset Confirmationis ministrum, sacramentum hoc non sufficienter præparasset omnibus, cum variis de causis non sit cuiuslibet facultas adeundi episcopum.

Ad 1^{am}. R. C. *Ant. N. Cons.* Baptismus, non autem Confirmatio sacramentum necessitatis est; quo fit, ut non solum a presbyteris, sed etiam a laicis conferri possit; in ministerio autem Baptismi non tam efficaciam, quam necessitas attenditur. Deinde, ut ait S. THOM. 3. p. q. 72. a. 11. ad 2. Baptismus efficacior quidem est, quantum ad remotionem mali; sed Confirmatio efficacior est, quantum ad proficiendum in bono.

Ad 2^{am}. R. C. *Ant. N. Cons. Et prob. D.* Quando majus includit minus C. secus N. At Eucharistiæ confectio non sic includit Confirmationem.

Ad 3^{am}. R. N. *Seq. 1^o.* Quia si, ut debent, diligentes sint, vigilesque episcopi, facilius poterunt quemlibet semel confirmare, quam presbyteri absolute penitentes solus, quoties voluerint; 2^o. quia sacramentum hoc non est absolute necessitatis; 3^o. quia absolute, si posceret Ecclesiæ necessitas, posset presbyteris hujus sacramenti dispensandi facultas delegari, de quo nunc plura.

ARTICULUS II.

UTRUM SACERDOS SIMPLEX POSSIT ESSE MINISTER CONFIRMATIONIS EXTRAORDINARIUS?

Negant post DURAND. et veteres quosdam ESTIUS, atque hunc secuti recentiores pauci. Affirmat contra cum D. THOMA communis et concors Theologorum cæterorum sententia. Quæcum

195. *Dico.* Potest sacerdos simplex ex dispensatione Sedis Apostolicæ administrare sacramentum Confirmationis; proinde hujus esse extraordinarius minister.

Prob. I. Ex Cone. FLOR. dupliciter. 1^o. Postquam Concilium in Decr. Unionis episcopum dixisset esse ordinarium hujus sacramenti ministrum, subdit: *Legitur tamen aliquando per Sedis Apostolicæ dispensationem, ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum;* quibus ad summorum Pontificum quorundam, præsertim S. GREGORII dispensationem alluditur; eaque dubio procul approbatur.

Nec refert, quod Concil. dicat: *Legitur;* non enim hic sensus est, ut vult ESTIUS, quasi Concil. vellet, legi sic tantum apud Scholasticos, vel GRATIANUM, non in documento aliquo authentico; proinde ita factum fuisse, non affirmari a Concilio; nam etsi dicatur *legi,* Synodus tamen ita factum sup-

episcopis, unctio illa solis reservata est episcopis. Responsionis veritas ex ipso Beda patet, dum de Philippo in cap. 8. Act. Apostol. ait: *Si Apostolus esset, ipse utique manus imponere potuisset, ut acciperent Spiritum sanctum; hoc enim solis Pontificibus debetur.*

192. *Obj. IV.* Ex Patribus Græcis. S. CHRYSOST., homil. 11. in cap. 3. epist. 1. ad Tim. n. 1. *Inter episcopum, inquit, et presbyterum interest ferme nihil... Sola quippe ordinatione superiores (presbyteris) sunt (episcopi).* Paria THEOPHYL. in cap. 3. 1. ad Tim. v. 8. *Cur autem presbyteros prætermisit? Quia quæ de episcopis dicit, ea presbyteris etiam conveniunt; nam et ipsi docendi munus et præfectura Ecclesiæ commissa est, utpote sola ordinatione inferioribus; ergo.*

R. N. *Cons.* Nam vox ordinatione apud CHRYSOST. et THEOPHYL. vel sumitur passive pro ipsius ordinatione episcopi, quam accipit; vel active, sive pro ea, quam habet alios ordinandi, potestate. Si *primum*; sensus est, episcopum præ presbyteris nihil habere, præter consecrationem sibi propriam, et proinde quæ ex hac consecratione fluit episcopalis potestas, consecrandi alios sacerdotes, confirmandi, etc., jure ordinario. Si *alterum*; sensus est, posse excepta ordinatione presbyterum, quod episcopus, etsi non pari jure ordinario. Hinc episcopus qua talis ligat et solvit in foro interno et externo, non item presbyter; episcopus confirmat jure proprio, presbyter nominis ex delegatione; solos enim episcopos ex officio confirmare solitos sua ætate testatur CHRYSOST., cum, ex facto Petri et Joannis, qui ad confirmandos Samaritanos missi, homil. 18. in Act. supr. cit. n. 3. sic concludit: *Unde et Choryphæos, non alios hoc facientes videmus.*

193. *Obj. V.* Ex consuetudine. Presbyteri pluribus in locis confirmant, atque confirmarunt olim; ergo. *Prob. Ant.* In orientali enim Ecclesia hodie raro confirmant episcopi, frequenter vero presbyteri; deinde etiam ante Photii schismatici ævum apud Egyptios, Armenos, Coptos ab antiquissimo tempore confirmabant presbyteri, ut colligitur ex AMBROSIASTRO, sive pseudo-Ambrosio Comment. in cap. 4. ad Ephes. v. 11. 12. (opp. S. Ambros. t. 2. part. 2^a. p. 221. E.), et S. AUG. L. Quæstion. in vet. et nov. Testam. q. 401.

R. *Ant.* Confirmant et confirmarunt ut ministri ordinarii, vi sui ordinis N. ut extraordinarii, ex delegatione, vel dispensatione saltem tacita Pontificis C. Nec Commentarius in epistolas Paulinas S. AMBROSII est, nec liber ille Quæstionum S. AUGUSTINI, sed utrumque eruditi plerique tribuunt HILARIO diacono schismatico Luciferiano, de quo alibi. Interim presbyteros in Oriente confirmasse ex dispensatione saltem tacita Pontificis et tolerantia, colligitur ex consuetudinis antiquitate, ne alias dici possit, tanto illos tempore hoc sacramento caruisse; cum tamen GREGORIUS Proto-synellus patriarchæ Alexandrini in Cone. FLOR. legatus referat, hunc Græcorum morem approbatum fuisse a Patribus Florentinis (Labb. t. 13. p. 790. A.). Ac modo sic etiamnum et tolerantia Sedis Apostolicæ a presbyteris græcis administrari Confirmationem, affirmat tom. 1. Bullarii sui Constit. 58. BENED. XIV. Prioribus tamen seculis in orientali Ecclesia Confirmationis administrationem penes solos episcopos fuisse, constat ex DIONYS., CHRYSOST. tum alibi, tum num. præc. cit., refertque GREGOR. Pachymeres in Paraphr. de Eccl. Hier.,

LEONE ALLATIO L. 3. de Eccles. occident. et orient. consens., ARDIO L. 2. Concord. cap. 11. et 13., ubi BLASTIUM, aliosque Scriptores græcos testes adducit.

194. *Obj. VI.* Ex ratione cum PHOTIO. 1^o. Sacerdotibus baptizare licet ex officio; ergo et confirmare: cum enim Baptismus sit efficacæ majoris, quam Confirmatio, si illum, etiam hanc conferre poterit quicumque presbyter.

2^o. Simplex sacerdos conficere Eucharistiam potest, consecrando panem; igitur et confirmare: qui enim potest majus, potest etiam minus.

3^o. Si Christus solum episcopum instituisset Confirmationis ministrum, sacramentum hoc non sufficienter præparasset omnibus, cum variis de causis non sit cuiuslibet facultas adeundi episcopum.

Ad 1^{am}. R. C. *Ant. N. Cons.* Baptismus, non autem Confirmatio sacramentum necessitatis est; quo fit, ut non solum a presbyteris, sed etiam a laicis conferri possit; in ministerio autem Baptismi non tam efficaciam, quam necessitas attenditur. Deinde, ut ait S. THOM. 3. p. q. 72. a. 11. ad 2. Baptismus efficacior quidem est, quantum ad remotionem mali; sed Confirmatio efficacior est, quantum ad proficiendum in bono.

Ad 2^{am}. R. C. *Ant. N. Cons. Et prob. D.* Quando majus includit minus C. secus N. At Eucharistiæ confectio non sic includit Confirmationem.

Ad 3^{am}. R. N. *Seq. 1^o.* Quia si, ut debent, diligentes sint, vigilesque episcopi, facilius poterunt quemlibet semel confirmare, quam presbyteri absolute penitentes solus, quoties voluerint; 2^o. quia sacramentum hoc non est absolute necessitatis; 3^o. quia absolute, si posceret Ecclesiæ necessitas, posset presbyteris hujus sacramenti dispensandi facultas delegari, de quo nunc plura.

ARTICULUS II.

UTRUM SACERDOS SIMPLEX POSSIT ESSE MINISTER CONFIRMATIONIS EXTRAORDINARIUS?

Negant post DURAND. et veteres quosdam ESTIUS, atque hunc secuti recentiores pauci. Affirmat contra cum D. THOMA communis et concors Theologorum cæterorum sententia. Quacum

195. *Dico.* Potest sacerdos simplex ex dispensatione Sedis Apostolicæ administrare sacramentum Confirmationis; proinde hujus esse extraordinarius minister.

Prob. I. Ex Cone. FLOR. dupliciter. 1^o. Postquam Concilium in Decr. Unionis episcopum dixisset esse ordinarium hujus sacramenti ministrum, subdit: *Legitur tamen aliquando per Sedis Apostolicæ dispensationem, ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis sacramentum;* quibus ad summorum Pontificum quorundam, præsertim S. GREGORII dispensationem alluditur; eaque dubio procul approbatur.

Nec refert, quod Concil. dicat: *Legitur;* non enim hic sensus est, ut vult ESTIUS, quasi Concil. vellet, legi sic tantum apud Scholasticos, vel GRATIANUM, non in documento aliquo authentico; proinde ita factum fuisse, non affirmari a Concilio; nam etsi dicatur *legi,* Synodus tamen ita factum sup-

ponit, cum dicat, presbyteros ex dispensatione administrasse hoc sacramentum ob rationabilem et urgentem causam, quam haud dubie ante probe inspexerat, quam ita diceret, juxta ea, quæ in proœmio Decreti dixerat, *latum hoc esse post non mediocrem testimoniõrum inspectionem... et earum, de quibus agebatur, rerum discussionem.* Ac proinde non GRATIANUM, vel Scholasticum quemdam solummodo inspexerat, sed authenticam GREGORII epistolam, de qua Cardinal. PALLAVICIN. in Hist. Conc. Trid. de Confirm. inquit, providentiæ Dei singulari deputandum esse, quod non perierit.

2^o. Cum Latini Patres in Florentina Synodo Græcis proposuissent undecim quæstiones, inter quas ordine sexta fuit: *Cur non episcopi, sed sacerdotes inungunt sacro chrismate, cum hoc pontificibus sit datum?* Dorotheus Mytilensis hanc, aliasque octo quæstiones legitime dissolvit, ait Scriptor Actorum Syn. apud LABBEUM (t. 13. p. 526. A.); nec improbarunt Latini hanc Græcorum consuetudinem; sed hi ab illis, *orthodoxi ab orthodoxis* sunt habiti, ait contra Marci Ephesini epistolam GREGORIUS Proto-synellus, qui Alexandri Patriarchæ nomine Legatus Concilio Flor. adfuerat.

196. *Prob. II. Ex Summis PONTIFICIBUS.* Complures summi Pontifices presbyteris dederunt facultatem confirmandi: sed omnes errasse, aut suos transiisse limites dici non potest; ergo.

Prob. Maj. 1^o. Ex facto S. GREG. M., qui cum an. 593. epist. 9. L. 4. (opp. t. 2. p. 689. B.) prohibuisset presbyteris Calaritanis in Sardinia, ne baptizatos infantes signare in fronte chrismate præsumerent, sed eos ungerent in pectore, ut episcopi postea ungerent in fronte: postea vero intellexisset, ob hanc prohibitionem quosdam scandalizatos fuisse et turbatos, respondit epist. 26. (ibid. p. 705.) : *Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesiæ nostræ fecimus: sed si omnino aliqui hac de re contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos (al. baptizandos) chrismate tangere debeant, concedimus.*

Respondent, GREGORIUM non loqui de unctione confirmatoria, sed ceremoniali, præsertim ante Baptismum adhiberi solita; 1. quia in quibusdam Codicibus, qualis est Parisiensis, an. 1533. editus, in epist. 26. GREGORIUM legitur *baptizandos, non baptizatos*; 2. quia GREGORIUS usurpatas antea a presbyteris Calaritanis unctiones non declaravit irritas; 3. quia pro ratione prohibendi epist. 9. solum usum veterem Ecclesiæ Romanæ, non autem institutionem Christi, nec cæterarum Ecclesiarum fidem attulit.

Verum non satisfacit responsio; sed dicendum est, Pontificem loqui de unctione confirmatoria; quia GREG. in epist. 26. concessit id, quod prohibuerat in epist. 9. et ob quod scandalizati fuerant presbyteri Calaritani, ut legenti textum evidens sit: sed in hac epistola non prohibuerat presbyteris Calaritanis meram et simplicem ceremoniam, sed sacramenti Confirmationis administrationem; unctio enim frontis ipsum erat Confirmationis sacramentum; non enim aliter apud veteres designari solebat. Deinde in epist. 26. ait, se illam unctionem prohibuisse *secundum usum veterem Ecclesiæ suæ*: sed unctio ceremonialis absente episcopo imprimis semper erat permessa presbyteris non solum Romanis, sed et cæteris, præsertim vero episcopo ejus facultatem etiam pridem dederat presbyteris, ferme duobus ante GREG. seculis, INNOCENT. I. epist. ad Decent. c. 3.; ergo et hæc erat in usu Ecclesiæ Ro-

manæ; cum igitur dicat GREG., se prohibuisse unctionem, quæ secundum usum Ecclesiæ suæ non est permessa presbyteris, sequitur, non unctionem ceremoniam ab ipso fuisse prohibitam, sed confirmatoriam, quæ sola in fronte ab origine Ecclesiæ fieri solebat. Hinc

Ad prob. 1^{am}. R. Mendose legi *baptizandos* in allato Codice, quod manifeste apparet conferenti hunc locum cum epist. 9.; cum in epist. 26. dicat, se permittere, quod prohibuerat in epist. 9.; sed in hac prohibuerat, ne presbyteri *baptizatos* ungerent in fronte. Unde etiam GRATIAN., ALEXAND. ALEN-SIS, S. THOM. utrobique legunt *baptizatos*.

Ad prob. 2^{am}. R. Ex prudenti œconomia sic egisse Pontificem, ne sic magis perturbaret Calaritanorum animos; præsertim cum sacramentum hoc tantæ necessitatis non sit. Forte etiam supponebat, presbyteros Calaritanos ab aliquo prædecessorum suorum ad id facultatem habuisse.

Ad prob. 3^{am}. R. Ut Art. præc. num. 191. appellare Pontificem ad usum Ecclesiæ Romanæ; sed idcirco non negare institutionem Christi, sicuti neque aliarum præter Romanam Ecclesiarum usum.

Prob. Maj. 2^o. ADRIAN. II. successor NICOLAI I. hujus Legatos, qui in Bulgaria confirmatos a Photianis presbyteris rursus, iis expulsis, confirmarant, excusat contra Photium, quod, cum intrusus esset, delegare presbyteros ad confirmandum non potuerit: *Quod si dicas, inquit in epistola, ejus fragmentum in Synodo generali VIII. (Labb. t. 8. p. 1386. A.) refertur, a nobis presbyteros ab ea regione expulsos, haud inficias imus, erant Photiani, illiusque symmista, quibus non solum in Bulgarorum terris, sed ubique gentium sacris ordinibus interdiximus, interdicimusque, etc.* Quibus indicat, neque hos presbyteros expulsos fuisse, neque reprobam chrismationem ab iis factam, si fuissent legitime delegati.

Prob. Maj. 3^o. CLEMENS VI. an. 1350. ad consultationem Patriarchæ Armenorum respondit inter cætera: *Si credis, quod per solum Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, possit dispensatio Confirmationis presbyteris, qui non sunt episcopi, committi, etc.*; quibus plane indicatur, fuisse hunc sensum Ecclesiæ latinæ, posse ex dispensatione presbyteros confirmare.

Prob. Maj. 4^o. Cardin. PALLAVICIN. L. 9. Hist. Conc. Trid. cap. 7. plures refert Pontifices, qui privilegium hoc concessere presbyteris; item ARCEB. L. 2. Concord. cap. 15. NICOL. IV. JOANN. XXII. URBAN. V. LEONEM X.; atque ibidem ARCEB., Ludovicum FONSECAM Societatis Jesu presbyterum, cum ex Brasilia Romam ad generalem Conventum an. 1593. venisset, munere Procuratoris illius Provinciæ functurus, sibi affirmasse, se solitum esse in illis partibus hoc sacramentum administrare, ibique hujus auctoritatis concessæ asservari diploma Pontificis.

Respondet L'HERMINIER, vel privilegia illa nunquam data fuisse, vel fuisse data contra Canones. Sed hæc responsio, præterquam quod multum contra politioris eruditionis ac modestiæ leges offendat, argumentum non solvit. Utriusque asserti probatio ab adversario exigitur. Credam ego fundatius, aberrasse potius ita dicendo privatam Theologum, quam tot egregios Pontifices, de quibus præsumi nec potest, nec debet, adeo eos temere egisse, quin, quantum sibi juris competeret, ante, ut facere omnes in rebus tanti momenti solent, adhibito aliorum consilio inquirerent. Alii igitur talium

diplomatum authenticæ diffidunt, a quibus vero sufficiens diffidendi expectatur ratio saltem quoad Pontifices relatos omnes. Sed forsitan rationem, si qua est, diffidendi tollent sequentia.

Prob. Maj. 3^o. BENED. XIV. consultus hæc de re a Vicario generali totius Ægypti, et Jacobo a CREMISIR Ord. Minor. S. Francisci strictioris observantiae Præsidente Missionis in Ægypto, aliisque apud Coptos Missionariis sic respondit an. 1745. 4. Maii, Tom. I. Bullarii sui, editionis Romanæ p. 513. Instruct. 129. §. 8. Si itaque ea sit nationis Coptæ conditio; ut fidei populo Confirmatio administrari nequeat ab episcopis, quibus hujus sacramenti administrandi ordinaria potestas commissa est; minime nos latet, eandem administrandæ Confirmationis potestatem ex Indulto Apostolico ad sacerdotem, vel missionarium pro modo necessitatis quandoque deferri posse. Hujusmodi delegatio nec nova, nec inusitata videri debet, cum S. Gregorii M. aliorumque Romanorum Pontificum nostrorum prædecessorum sanctissimis innitatur exemplis. Cum enim sæpe contigerit, Christi fideles Pastoris solatio esse destitutos, et episcopis ob distantiam locorum impossibile, vel difficile admodum fuerit, populorum necessitatibus præsentibus fieri; in hanc partem episcopalis ministerii vocati sunt sacerdotes, dummodouenterur chrismate ab episcopo rite benedicto et consecrato: ne alias contingeret, fideles rem sanctitatis plenam cunctando negligere, vel decedere sine hoc sacramento divinis muneribus cumulato, et ad nostram sanctificationem instituto.

Præterea idem BENED. XIV. an. 1740. 9. Januarii concessit P. Custodi et Guardiano S. Sepulcri Ord. Minor. de observantia facultatem administrandi Confirmationem, absentibus episcopis ritus latini. Tom. I. cit. pag. 28.

197. *Prob. III. RATIONE.* Presbyteri græci etiam nunc confirmant valide: atqui dici non potest, eos confirmare qua ministros hujus sacramenti ordinarios; ergo qua extraordinarios. *Maj.* constat; nam 1^o. *confirmant*, ut constat ex questione sexta inter undecim formata a Latinis in Conc. Flor., de qua ante num. 495. et ex notis GOARN ad Euchologium Græcorum. Nec sec. IX. Photii schismatici ævo, hæc consuetudo apud Græcos primum invaluit, sed jam multo ante prævaluerat, ut constat ex epistola Photii, qua NICOLAUM I. intolerandæ novitatis incusat, quod confirmatos a presbyteris Græcis de novo confirmari jussisset. 2^o. *Valide.* Patet inde, quod, postquam Mitylensis Metropoli satisfecisset Latinorum objectionibus, Ecclesia Græcos in communionem receperit, quin juberet, ut consuetudine hac posthac abstinere. *Min.* indubia est, cum de fide sit, juxta TRIDENT. Sess. 7. Can. 1., solum episcopum esse *ordinarium* hujus sacramenti ministrum.

198. *Obj. I.* Conclusio adversatur tum S. Scripturæ, tum Traditioni; ergo.

Prob. 1^a. pars. Soli Apostoli in S. Scriptura leguntur neophytis imposuisse manus, ut acciperent Spiritum sanctum; nusquam vero commisisse hoc officium presbyteris, etsi tunc magnus esset confirmandorum numerus; ergo signum est, id fuisse a Christo prohibitum; uti ex illa Apostolorum praxi infert in epist. ad episc. German. cap. 1. (Labb. t. 5. p. 823.) JOANNES III., qui ante GREG. M. Ecclesiæ præfuit.

Prob. 2^a. pars. 1^o. Ex SS. Patribus quinque priorum seculorum, INNOCENTIO I., CHRYS., HIER., aliisque, quibus addi possunt ex insequentibus

seculis ISIDOR. Hispalensis, BEDA, pluraque Conc. relata Art. 1^o., a quibus officium confirmandi solis episcopis attribuitur.

2^o. Ex summis Pontificibus, quorum plures non uno declararunt facto, nequidem delegari posse presbyteris confirmandi munus. NICOL. I. Bulgaros a presbyteris Græcis confirmatos rursus confirmari jussit. INNOC. III. relatus cap. *Quanto*, de Consuetud. Lucio suo Constantinopoli vicario mandat, *ut omnibus presbyteris districte prohibeat, ne talia (confirmare) de cætero sua temeritate præsumant.* Idem in regno Cypri observari præcepit INNOC. IV. in Constit. *Sub catholica.* CLEMENS VIII. an. 1595. in Instructione de ritibus Græcorum 1. ne presbyteri confirmet, prohibet; 2. ab his confirmatos mandat rursus sub conditione confirmari a Latinis episcopis. Tandem absolute negarunt, presbyteros ex delegatione Pontificis confirmare posse, EUSEB. et ADRIAN. VI.

199. *R. N. Ant. Ad prob. 1^o. partis R. N. Cons.* Quia non omnia, quæ fecerunt Apostoli, consignata in Scriptura sunt. Deinde permissio, quod Apostoli hanc facultatem non delegarint presbyteris, causa fuit, non quod prohibitum id a Christo judicaret; sed tum quod raro sacerdotes ordinarent Apostoli, quos simul non consecrarent episcopos; tum quod ipsi sufficerent Apostoli ad confirmandos illos, quos baptizarent alii, ac de quibus fit mentio in Actis Apostolorum; tum denique quia oportebat nascente Ecclesia statim distingui munia, ut pateret, quid cuique ordinarium esset. Epistola vero JOANNIS III. supposititia est, nemine ambigente. Talem probat BARON. ad an. 572., quia data dicitur 14. calend. Augusti, cum JOAN. III. idus Julii ejusdem anni jam obiisset. Præterea aperte falsitatis rea epistola convincitur, videlicet ex eo quod hujus auctor asserat, Linum et Cletum non fuisse Romanos Pontifices, sed tantum chorepiscopos.

200. *Ad prob. 1^{am}. 2^{ae}. partis R.* Generaliter patres et Concilia loqui de jure confirmandi *ordinario*, quod solis competit episcopis; non de facultate confirmandi ex legitima delegatione. Nam CHRYS. quidem ac HIERON. satis innuere videntur, posse presbyteros saltem ex delegatione administrare Confirmationem. Prior in hom. 41. in 1. ad Timoth. dum inquit: *Inter episcopum et presbyterum interest ferme nihil; sola quippe ordinatione episcopi superiores sunt presbyteris.* Posterior epist. 101. (al. 85.) ad Evangelium: *Quid facit excepta ordinatione episcopus, quod non faciat presbyter?* INNOC. vero, BEDA, ISIDOR., cæterique verbo *debetur*, similive utuntur, quo significatur, munus istud solis episcopis convenire duntaxat ex officio. (R)

201. *Ad prob. 2^{am}. R. N. Assert.* NICOL. I. rursus confirmari jussit Bulgaros, quod presbyteri Græci eos confirmassent non legitime delegati, proinde invalide; nulla enim Græcis in Bulgariam, quæ se immediate Apostolicæ Sedi subjecerat, competeat jurisdictio. Præterea presbyteri Græci, qui Bulgaros confirmarant, ob schisma Photianum, quo erant impliciti, suspensi fuerant, et omni privilegio facultateque privati, ut inquit NICOL. ipse in resp. ad Consulta Bulgarorum, et epist. ad Hinemarum, tum ANASTASIUS in ejus vita.

Nec dicas: Si Photius, licet depositus, Bulgaros sibi etiam non subjectos

confirmasset, validæ fuissent Confirmationes omnes; ergo si presbyteris delegari possit confirmandi facultas, etiam valuissent Confirmationes datæ a presbyteris Græcis.

R. N. Cons. *Disparitas* est, quod episcopi ex institutione divina completam habeant potestatem confirmandi æque, ac ordinandi, quæ ab omni alia jurisdictione independens est; nec idcirco ipsis adimi potest per suspensionem, schisma, hæresin; unde semper ordinant, confirmant valide. At sacerdos simplex potestatem tantum inchoatam et incompletam confirmandi habet, quæ perfici debet delegatione legitima, sive canonica; sed hanc dare nequit episcopus depositus, qualis Photius fuerat; neque etiam episcopus, etsi non depositus, in diœcesi aliena, qualis respectu Photii fuit Bulgaria.

INNOCENT. III. solum id prohibuit presbyteris *Latinis*, non vero *Græcis*, ut habent editiones hodiernæ pleræque, adornatæ ad Codices melioris fidei; sic Baluziana editio habetur: *Dilectioni tuæ mandamus, quatenus omnibus Latinis presbyteris apud Constantinopolim constitutis districte prohibeas, ne, etc.* Atque hinc quidem intelligitur, quod Latini plures ea ætate Ecclesias regerent Constantinopoli. Quare prohibitio INNOCENTII III. potius Conclusionem firmat, quia, dum solis Latinis prohibet, ne contra suæ morem Ecclesiæ confirmet, tacite approbat, permittitque id fieri a Græcis.

INNOC. IV. non negat, facultatem hanc posse delegari presbyteris; sed cum inter archiepiscopum Nicosiensem, ejusque episcopos suffraganeos Latinos orta esset dissensio de ritibus variis, ac Confirmationis ministro, Latinis pro suæ ritibus Ecclesiæ stantibus, Nicosiensi pro Ecclesiæ Græcorum, re delata ad INNOCENT. IV. is solummodo respondit, expedire magis, ut teneantur Latini ritus, nec confirmet presbyteri, dum adsunt episcopi, ministri ordinarii. Hoc verò rescripserat Pontifex pro sola insula Cypri, in qua Latini mixti erant Græcis; non pro aliis Græcorum provinciis. Imo hanc ipsam Pontificis Bullam nequidem promulgandam censuit Legatus pontificius, ARDUBIO teste.

CLEMENS VIII. non nisi presbyteris Italo-Græcis, sive Græcis, qui in Italia morantur partibus sub episcopis Latinis, Confirmationis administrationem inhibuit. Jussit vero ab his confirmatos rursus confirmari sub conditione, quia incertum plane erat, habuissentne delegationem legitimam confirmandi; vel annon confirmassent ex opinione Græcorum aliorum, volentium, presbyteros Confirmationis esse ordinarios ministros?

EUSEBII epistola supposititia est, ex Ante-Siriciana una, quæ ceu apocryphæ rejiciuntur a plerisque hodie. Sed, quicumque auctor sit, non hoc absolute negat, posse facultatem confirmandi committi presbyteris; sed solis episcopis ait esse proprium confirmandi munus; quod verum est, spectato jure ordinario.

ANDRIAN. VI. tandem ita docuerat ut Theologus privatus, antequam esset Pontifex. Postea equidem, cum de novo ederentur ejus opera Romæ, expuncta non fuit ea sententia; quia videlicet inter Theologos habebatur probabilis.

202. *Obj. II.* Ex ratione. 1º. Illius potestatis, conferendi ex delegatione

Confirmationem, in ordinatione presbyterorum nulla fit mentio; ergo tunc conferri dici non debet. Ita ESTIUS.

2º. Non est potior ratio pro simplici sacerdote, quam diacono; sed huic delegari nequit facultas confirmandi; ergo nec sacerdoti simplici: si enim dicas, in diacono non esse potestatem confirmandi inchoatam, pariter dicam, non esse in sacerdote.

3º. Administratio Confirmationis est actus ordinis, non jurisdictionis, quia alioquin episcopus electus ante consecrationem posset confirmare, quod falsum est. Atqui quocumque modo Confirmatio dicatur esse actus ordinis in episcopo, vel nihil sequitur, vel nimium; ergo. Nam 1. si sit actus ordinis presbyteralis in episcopo, quilibet sacerdos esset æque minister Confirmationis ordinarius, ac episcopus, semperque confirmaret valide, sicut consecrat valide, licet suspensus. Cujus ratio est, quia potestas ordinis, cum sit a Christo, a jurisdictione alia non dependet. 2. Si sit actus ordinis, sive consecrationis episcopalis; igitur hoc ipso sacerdoti simplici committi nequit; quia actus ordinis non potest committi illi qui ordinem illum non habet. *c. Aqua. 9. de Consecr. Eccles.*

4º. Si summus Pontifex possit presbytero delegare facultatem, ut confirmet; ergo id poterit quilibet episcopus in sua diœcesi: falsum Consequens; ergo et Antecedens. *Prob. seq. M.* Vel enim Pontifex id posset potestate ordinis, vel jurisdictionis. Si *primum*: hæc eadem est cum potestate ordinis episcoporum; ergo et episcopus æque delegare hanc facultatem poterit. Si *secundum*: rursus idem poterit episcopus, cum possit sua in diœcesi omnia quæ Pontifex potest tota in Ecclesia. Vel

5º. Si Pontifex dicatur delegare hanc facultatem presbyteris vi jurisdictionis, nulla erit delegatio; quia potestas confirmandi a jurisdictione independens est. Item sequeretur, quod Papa electus, sed nondum consecratus episcopus posset confirmare; quod non admittitur.

203. *Ad 1ºm.* R. C. *Ant. N. Cons. 1º.* Quia etiam in presbyterorum ordinatione nulla fit mentio potestatis unguendi infirmos, quæ tamen potestas ad ordinem presbyteralem certo pertinet. 2º. Quia pari modo inferri posset, potestatem confirmandi nequidem pertinere ad episcopos; nulla enim ejus fit mentio in episcoporum ordinatione. Nec dicas, moneri, antequam consecratur, episcopum, ut Confirmationem ministret; nam monetur etiam, ut judicet, baptizet, consecret, offerat, Scripturas interpreteur: *Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, confirmare*; nemo tamen hinc inferet, episcopum vi consecrationis *episcopalis* accipere potestatem baptizandi, et offerendi; et potestatem hanc utramque non esse presbyteralis ordinis. Hinc 3º. non est necesse, ut potestatis baptizandi, infirmos unguendi, confirmandi mentio fiat in ordinatione presbyteri, quia, ut inquit De MARCA L. 2. Concord. cap. 13. presbyterium est ordo, qui ad sacramenta aliis dispensanda confertur.

Ad 2ºm. R. N. M. Ratio diversitatis prima et potissima est voluntas Christi sic instituentis, ut sacerdos possit esse minister Confirmationis extraordinarius, ut ex SS. Patribus, Pontificibus, Conciliis, praxi Ecclesiæ intelligimus. Secus est de diacono, pro quo non habetur usquam simile voluntatis Christi vestigium. Deinde, spectata natura rei, sacerdotium continet pote-

statem in corpus Christi verum, ex qua oritur potestas in corpus Christi mysticum; item proxime accedit ad episcopatum, a quo solum inadæquate distinguitur ob hujus magis extensam potestatem: nihil horum diaconatus habet; potior igitur ratio dicendi est, in sacerdote esse potestatem confirmandi inchoatam, quæ compleatur delegatione legitima, quam in diacono.

Ad 3^{am}. R. C. M. N. min. Ad prob. R. Administratio Confirmationis jure ordinario, et ex officio solius ordinis, vel consecrationis episcopalis actus est: jure extraordinario autem et ex delegatione sola actus est ordinis presbyteralis, quo confertur presbytero potestas confirmandi inchoata, incompleta, quæ delegatione legitima perficitur. Hinc dum ad confirmandum delegatur sacerdos, non ei committitur actus ordinis episcopalis, sed sui proprii sacerdotalis, quatenus per delegationem potestas illa inchoata fit libera, expedita, completa, quæ sine delegatione erat ligata quasi, impedita et incompleta. Ex hisce simul fluit (quia potestas confirmandi jure ordinario actus est episcopalis ordinis), episcopum electum ante consecrationem confirmare invalide, ut habet communis Theologorum contra Flaventinum sententia: e contra validam fore Confirmationem, quam episcopus consecratus in aliena diocesi administrat.

Ad 4^{am}. R. N. seq. M. Soli enim summo Pontifici id reservatum esse, habet sensus et praxis Ecclesiæ. Colligitur ex FLORENTINO, quando in Decreto ait, legi tamen aliquando simplicem presbyterum hoc ministrasse sacramentum, sed *per apostolicæ Sedis dispensationem*. Ex CLEMENTE VI. supra in Concl. Ex consensu Doctorum unanimi.

Utrum vero id reservatum sit Sedi Apostolicæ jure tantum ecclesiastico an divino? non æque certum est. Non improbabile ait PALLAVICIN. in Hist. Concil. Trid. hic, si ratio habeatur solius institutionis, episcopos posse conferre privilegium hoc suæ diocesis presbyteris, quamvis attento rerum statu præsentis, id minime possint, uti nunc non possunt in quibusdam dispensare votis, a peccatis quibusdam absolvere. E contra soli summo Pontifici hoc jure divino reservatum esse, cum communiori affirmat probabilius Contensonus ex perpetua Ecclesiæ traditione, optima divinæ institutionis interprete. Et sane, inquit, quæ totius Ecclesiæ regimen concernunt, qualia maxime sunt, quæ sacramentorum ritus spectant, soli summo Pontifici jure divino reservata sunt, vel œcumenicis Conciliis, ut ea determinent, quæ Christus singulatim et in specie non præscripsit, sed Ecclesiæ judicio permisit.

Ad prob. M. R. Pontificem hanc facultatem deferre vi jurisdictionis. Etsi vero, quod toto in orbe summus Pontifex potest, id etiam episcopo sua in diocesi concessum dicatur; quia episcopus est suæ diocesis pastor ordinarius, sicut Papa totius orbis christiani; id tamen intelligendum est de his solummodo, quæ pertinent tum ad potestatem ordinis, tum ad regimen spirituale ovium; non autem de his, quæ ad universam Christi familiam spectant, cujusmodi sunt designatio materiæ et ministri sacramentorum, in quibus Christus non determinavit in specie, controversiarum fidei definiendarum primaria potestas, et similia, in quibus plura potest universæ Ecclesiæ caput, quam singularum diocesium episcopi. Cæterum de allato axioma: quod potest Papa in Christiano orbe, potest episcopus in sua diocesi; plura vide apud BENED. XIV. L. 7. de Syn. Diocæs. cap. 30.

Ad 5^{am}. R. N. seq. et prob. 1^{am}. D. Potestas confirmandi ordinaria et completa, qualis illa episcoporum est, non dependet a jurisdictione C. incompleta et inchoata, quæ est in sacerdote simplici N. Hæc dependens est à jurisdictione suprema summi Pontificis, a qua perfici et compleri debet.

Ad prob. 2^{am}. R. pariter N. Illatum; quia, etsi actualis administratio Confirmationis sit actus ordinis; delegare tamen, vel confere confirmandi facultatem actus jurisdictionis est; quam proinde dare potest Papa electus, nondum consecratus, licet Confirmationem ipsam ministrare non possit. Sicut episcopus electus, nondum consecratus potest dare facultatem absolvendi a peccatis, etsi ipse non possit absolvere.

ARTICULUS III.

QUODNAM SUBJECTUM? QUÆ NECESSITAS? PROPRIETATES ET EFFECTUS CONFIRMATIONIS?

204. *Dico I.* Subjectum Confirmationis est omnis et solus homo baptizatus.

Prob. 1^a pars. Quia omnes baptizati capaces sunt ad recipiendum augmentum gratiæ perfectioris, indigentque, ut corroborentur a Spiritu sancto ad pugnandum contra hostes fidei, et quasvis nequitas spirituales. Nec obstat infantilis ætas, quia, ut ait D. THOM. 3. p. q. 72. a. 8. in *θ. anima, ad quam pertinet et spiritualis nativitas, et spiritualis ætatis perfectio, immortalis est; et potest, sicut tempore senectutis spiritualem nativitatem consequi, ita tempore juventutis vel pueritiæ consequi perfectam ætatem; quia hujusmodi corporales ætates animæ non præjudicant.*

Hinc hodie dum Græci confirmare infantes solent; et in Ecclesia latina olim ætas omnis, sive infantilis, sive adulta, erat idonea Confirmationi, quia quælibet ætas erat idonea Baptismo, cui tunc ex disciplina Confirmatio adhærebat. Ac quidem usus ille confirmandi infantes in Latinorum Ecclesiis usque ad sec. XIII. tenuit. Ejus meminit INNOC. I. epist. ad Decent. cap. 3. *de consignandis parvulis*. S. ACC. Tr. 6. in 4. Joan. epist. n. 10., Ordo Romanus, alique Rituales libri. Dum tandem sec. XIII. aboleri cœpit in Synodo COLONIENSI an. 1280. cap. 5. LINGONENSI an. 1404. COLON. 1536. aliisque, et ordinatum, non esse hoc sacramentum ministrandum, nisi illis, qui annos discretionis attigerint, proinde non ante annum ætatis septimum, tum ob iterationis periculum, tum ut præparatione ac dispositione majore fructuque percipiatur. Hinc et in amentibus, si quæ habere lucida intervalla soleant, ea exspectanda sunt.

Hæc tamen modernæ Ecclesiæ consuetudo non adeo stringit, ut, si adsit rationabilis causa, episcopus confirmare infantem non possit, velut si periculum mortis sit, vel ob diuturnam episcopi absentiam postea suscipiendi sacramenti hujus desit opportunitas; cum Pontificale Romanum id videatur relinquere episcopi voluntati, ac pleræque Synodi sua decreta limitent, nisi aliud justa causa postulât. Sic Synodus MEDIOLAN. V. an. 1579. prohibet, ne parvuli confirmentur ante septennium, *nisi ob justam causam*. TURON. an. 1583. prohibuit, ne id facile fieret. AQUENSIS an. 1585, ne id fieret, *nisi justa de causa*.

Pars 2^a. patet, quia Baptismus juxta Conc. FLOR. et TRID. est janua ad

statem in corpus Christi verum, ex qua oritur potestas in corpus Christi mysticum; item proxime accedit ad episcopatum, a quo solum inadæquate distinguitur ob hujus magis extensam potestatem: nihil horum diaconatus habet; potior igitur ratio dicendi est, in sacerdote esse potestatem confirmandi inchoatam, quæ compleatur delegatione legitima, quam in diacono.

Ad 3^{am}. R. C. M. N. *min.* *Ad prob.* R. Administratio Confirmationis jure ordinario, et ex officio solius ordinis, vel consecrationis episcopalis actus est: jure extraordinario autem et ex delegatione sola actus est ordinis presbyteralis, quo confertur presbytero potestas confirmandi inchoata, incompleta, quæ delegatione legitima perficitur. Hinc dum ad confirmandum delegatur sacerdos, non ei committitur actus ordinis episcopalis, sed sui proprii sacerdotalis, quatenus per delegationem potestas illa inchoata fit libera, expedita, completa, quæ sine delegatione erat ligata quasi, impedita et incompleta. Ex hisce simul fluit (quia potestas confirmandi jure ordinario actus est episcopalis ordinis), episcopum electum ante consecrationem confirmare invalide, ut habet communis Theologorum contra Flaventinum sententia: e contra validam fore Confirmationem, quam episcopus consecratus in aliena diocesi administrat.

Ad 4^{am}. R. N. *seq.* M. Soli enim summo Pontifici id reservatum esse, habet sensus et praxis Ecclesiæ. Colligitur ex FLORENTINO, quando in Decreto ait, legi tamen aliquando simplicem presbyterum hoc ministrasse sacramentum, sed *per apostolicæ Sedis dispensationem*. Ex CLEMENTE VI. supra in Concl. Ex consensu Doctorum unanimi.

Utrum vero id reservatum sit Sedi Apostolicæ jure tantum ecclesiastico an divino? non æque certum est. Non improbable ait PALLAVICIN. in Hist. Concil. Trid. hic, si ratio habeatur solius institutionis, episcopos posse conferre privilegium hoc suæ diocesis presbyteris, quamvis attento rerum statu præsentis, id minime possint, uti nunc non possunt in quibusdam dispensare votis, a peccatis quibusdam absolvere. E contra soli summo Pontifici hoc jure divino reservatum esse, cum communiori affirmat probabilius Contensonus ex perpetua Ecclesiæ traditione, optima divinæ institutionis interprete. Et sane, inquit, quæ totius Ecclesiæ regimen concernunt, qualia maxime sunt, quæ sacramentorum ritus spectant, soli summo Pontifici jure divino reservata sunt, vel œcumenicis Conciliis, ut ea determinent, quæ Christus singulatim et in specie non præscripsit, sed Ecclesiæ judicio permisit.

Ad prob. M. R. Pontificem hanc facultatem deferre vi jurisdictionis. Etsi vero, quod toto in orbe summus Pontifex potest, id etiam episcopo sua in diocesi concessum dicatur; quia episcopus est suæ diocesis pastor ordinarius, sicut Papa totius orbis christiani; id tamen intelligendum est de his solummodo, quæ pertinent tum ad potestatem ordinis, tum ad regimen spirituale ovium; non autem de his, quæ ad universam Christi familiam spectant, cujusmodi sunt designatio materiæ et ministri sacramentorum, in quibus Christus non determinavit in specie, controversiarum fidei definiendarum primaria potestas, et similia, in quibus plura potest universæ Ecclesiæ caput, quam singularum diocesium episcopi. Cæterum de allato axioma: quod potest Papa in Christiano orbe, potest episcopus in sua diocesi; plura vide apud BENED. XIV. L. 7. de Syn. Diocæs. cap. 30.

Ad 5^{am}. R. N. *seq.* et *prob. 1^{am}.* D. Potestas confirmandi ordinaria et completa, qualis illa episcoporum est, non dependet a jurisdictione C. incompleta et inchoata, quæ est in sacerdote simplici N. Hæc dependens est à jurisdictione suprema summi Pontificis, a qua perfici et compleri debet.

Ad prob. 2^{am}. R. pariter N. *Illatum*; quia, etsi actualis administratio Confirmationis sit actus ordinis; delegare tamen, vel confere confirmandi facultatem actus jurisdictionis est; quam proinde dare potest Papa electus, nondum consecratus, licet Confirmationem ipsam ministrare non possit. Sicut episcopus electus, nondum consecratus potest dare facultatem absolventi a peccatis, etsi ipse non possit absolvere.

ARTICULUS III.

QUODNAM SUBJECTUM? QUÆ NECESSITAS? PROPRIETATES ET EFFECTUS CONFIRMATIONIS?

204. *Dico I.* Subjectum Confirmationis est omnis et solus homo baptizatus.

Prob. 1^a pars. Quia omnes baptizati capaces sunt ad recipiendum augmentum gratiæ perfectioris, indigentque, ut corroborentur a Spiritu sancto ad pugnandum contra hostes fidei, et quasvis nequitas spirituales. Nec obstat infantilis ætas, quia, ut ait D. THOM. 3. p. q. 72. a. 8. in *θ. anima, ad quam pertinet et spiritualis nativitas, et spiritualis ætatis perfectio, immortalis est; et potest, sicut tempore senectutis spiritualem nativitatem consequi, ita tempore juventutis vel pueritiæ consequi perfectam ætatem; quia hujusmodi corporales ætates animæ non præjudicant.*

Hinc hodie dum Græci confirmare infantes solent; et in Ecclesia latina olim ætas omnis, sive infantilis, sive adulta, erat idonea Confirmationi, quia quælibet ætas erat idonea Baptismo, cui tunc ex disciplina Confirmatio adhærebat. Ac quidem usus ille confirmandi infantes in Latinorum Ecclesiis usque ad sæc. XIII. tenuit. Ejus meminit INNOC. I. epist. ad Decent. cap. 3. *de consignandis parvulis*. S. ACC. Tr. 6. in 4. Joan. epist. n. 10., Ordo Romanus, alique Rituales libri. Dum tandem sæc. XIII. aboleri cœpit in Synodo COLONIENSI an. 1280. cap. 5. LINGONENSI an. 1404. COLON. 1536. aliisque, et ordinatum, non esse hoc sacramentum ministrandum, nisi illis, qui annos discretionis attigerint, proinde non ante annum ætatis septimum, tum ob iterationis periculum, tum ut præparatione ac dispositione majore fructuque percipiatur. Hinc et in amentibus, si quæ habere lucida intervalla soleant, ea exspectanda sunt.

Hæc tamen modernæ Ecclesiæ consuetudo non adeo stringit, ut, si adsit rationabilis causa, episcopus confirmare infantem non possit, velut si periculum mortis sit, vel ob diuturnam episcopi absentiam postea suscipiendi sacramenti hujus desit opportunitas; cum Pontificale Romanum id videatur relinquere episcopi voluntati, ac pleræque Synodi sua decreta limitent, nisi aliud justa causa postulât. Sic Synodus MEDIOLAN. V. an. 1579. prohibet, ne parvuli confirmentur ante septennium, *nisi ob justam causam*. TURON. an. 1583. prohibuit, ne id facile fieret. AQUENSIS an. 1585, ne id fieret, *nisi justa de causa*.

Pars 2^a. patet, quia Baptismus juxta Conc. FLOR. et TRID. est janua ad

sacramenta alia omnia suscipienda. Et constat ex traditione ab Apostolis derivata, qui non nisi baptizatis hoc sacramentum ministrasse leguntur Act. 8. et 19.; itaque semper retentum est in Ecclesia. Et vero prius est hominem spiritualiter nasci, quod in Baptismo accidit, quam cooptari in militiam Christi, quod in Confirmatione fit.

205. *Dico II.* Confirmatio non est necessaria necessitate absoluta, vel medii.

Prob. Ex solius Ecclesiae sensu et doctrina infantes baptizati morientes antequam confirmentur, transferuntur in regnum caelorum; ergo. Esi vero olim necessaria fuerit necessitate praeccepti ecclesiastici, ut colligere est ex variis Patrum, Conciliorum Canonibus, ob infesta persecutionibus tempora; nunc tamen eam legem in desuetudinem abiisse, ait cum aliis DICASTILLO, cum ejus observantiam non aequae urgeat modo Ecclesia. Praecceptum autem aliquod positivum divinum difficile est vel ex S. Scriptura, vel Traditione eruere. Ex hoc enim, quod S. Scriptura moneat securitati suae consulere, tendere ad perfectionem christianam etc. solum sequitur, Confirmationem ob auxilia gratiae, quae confert, esse necessariam necessitate minus stricta, et ad melius esse, id est, ut ait D. TH. q. 63. a. 4. necessariam secundum quid.

Nihilominus per accidens gravis esse potest hujus sacramenti suscipiendi obligatio, velut 1°. si negligetur cum gravi scandalo, aut contemneretur seu ritus nullius momenti; 2°. si esset periculum deficiendi a fide, ne quis superet graves tyranni vexationes et tormenta. Addunt alii 3°. si quis hoc sacramentum negligat, non quidem ex formali contemptu, sed sola negligentia, cum nunc esset ejus suscipiendi commoditas, non facile reditura, quia ut inquit Conc. SEXON. an. 1524. *contemni autem dicitur, quando episcopus est praesens paratus dare, et persona hoc sciens negligit.* Sed hic contemptus non est formalis, sed potius praesumptus; nec dicit Concilium, ex eo nasci obligationem gravem, vel ita negligentem peccare continuo graviter. Hinc, quidquid de ea opinione sit, certum est ex alia parte, ut notat LAYMAN L. 3. Tr. 3. cap. 3. nos multa animae salubria intermittere ex aliquo torpore, quae tamen haud contemnimus.

206. *Dico III.* Effectus Confirmationis principalis est augmentum gratiae sanctificantis, qua in perfectione christiana perficimur, cum jure ad auxilia specialia ad fortiter profitendam fidem.

Prob. Nam 1°. juxta dicta Tract. de Sacram. in gen. de causal. Sacram. gratia sanctificans vel prima, vel secunda sive augmentum primae, communis est omnium sacramentorum effectus; ergo et Confirmationi abnegari non potest.

2°. Gratia sanctificans, quam confert Confirmatio, hominis baptizati in perfectione christiana perfectiva est; quia datur in quadam plenitudine, ut colligitur ex Act. 8., ubi de Samaritanis baptizatis dicitur, nondum in quemquam illorum venisse Spiritum sanctum: at fide certum est, eos jam accepisse per Baptismum gratiam sanctificantem, per quam Spiritus sanctus datur; ergo ideo nondum venisse in Samaritanos dicitur Spiritus sanctus, quia nondum acceperant gratiam ea in plenitudine, qua per hoc sacra-

mentum datur. Unde S. DIONYS. L. de Eccles. Hier. cap. 4. part. 3°. §. 11. ait de hoc sacramento: *Illam unguenti consummans unctio divini Spiritus illapsam elargitur.* Et D. THOM. 3. p. q. 72. a. 11. ad 2. *Sacramentum Baptismi est efficacius... quantum ad remotionem mali... Hoc autem sacramentum est efficacius ad proficiendum in bono; quia est quoddam spirituale augmentum de esse imperfecto ad perfectum.* Neque hoc in Baptismi injuriam cedit, quasi ille perfectos Christianos non efficeret; nam baptizati sunt perfecti Christiani quoad substantiam, sive, ut inquit GUILLELM. Antiodorensis habent plenitudinem sufficientiae, non plenitudinem copiae, quam affert Confirmatio, substantiam perfectionis christianae perficiens.

3°. Jus demum homini confert ad specialia auxilia divina ad profitendam fortiter fidem, quae fidei professio est Confirmationis finis. Hinc passim Confirmatio sacramentum corroborationis, conferre gratiam corroborativam, dare Spiritum sanctum ad robur dicitur.

207. *Dico IV.* Alter hujus sacramenti effectus est character, de quo jam dictum Tract. de Sacram. in gen. Diss. 1°. cap. 2. art. 9. toto.

Hujus vero officium est 1°. distinguere hominem a fidelibus aliis, ut inquit D. THOM. 3. p. q. 72. a. 5. ad 1. *Est signum distinctivum, non infidelium a fidelibus, sed spiritualiter provectorum ab his, quibus dicitur: Sicut modo geniti infantes.* 2°. Consecrare fidelem tanquam Christi militem, juxta D. THOM. cit. loc. a. 9. in 9. *Insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis... Et ideo in fronte... ut neque propter timorem, neque propter erubescerentiam nomen Christi confiteri praetermittat.* Quo modo et Conc. FLORENT. in Decreto loquitur.

208. *Obj.* Confirmatio iterabatur in Ecclesia; ergo tunc non censebatur characterem imprimere.

Prob. Ant. 1°. Synodus generalis II. sive CONSTANTINOP. I. Can. 7. (Lab. t. 2. p. 932.) jubet Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Apollinaristas per chrismationem recipi, cum verbis: *Signaculum domini Spiritus sancti;* qui ritus fuit confirmatorius, ut vel ex solis cit. verbis constat, quae adhuc hodie apud Graecos forma sunt Confirmationis: atqui tamen multi ex hisce haereticis confirmati fuerant; nam Macedoniani et Apollinaristae paucis ante Concilium annis ab Ecclesia defecerant.

2°. Venientibus ab haeresi quacumque imponebantur manus, vel dabatur unctio in Spiritum sanctum juxta Concil. ARELAT. I. Can. 8. (Lab. t. 1. p. 1428.), SIRICII Papam epist. ad Himerium) Lab. t. 2. p. 1018. A. B.), INNOCENT. I. epist. 22. ad episcop. Macedoniae c. 4. (Lab. ibid. p. 1274. B.), Concilium ARAUSIC. I. Can. 1. (Lab. t. 3. p. 1447.), etc. Atqui impositio manus in Spiritum sanctum non alia est, quam confirmatoria; ergo.

3°. METRODORUS Patriarcha Constantinop., ut legere est apud BARONIUM ad an. 842. num. 20. decretum edidit, ut Christiani, qui ignorantia, vel tormentorum vi fidem negassent, redeuntes ad Ecclesiam reciperentur per unctionem chrismatis confirmatoriam. Ante responsonem

209. *Observe:* Cum haeretici olim reciperentur in Ecclesiam impositione manus, aut etiam chrismatione; nata est quaestio, illa impositio manus, aut unctio subinde adhibita, an mere reconciliatoria fuerit; an vero confir-

matoria? In qua quidem certum est 1^o. impositionem manus, qua hæretici qui in Ecclesia catholica baptizati, ab hac defecerant, deinde redeuntibus admittebantur, non fuisse confirmatoriam, ut constat ex CYPRIANO epist. 71. (opp. p. 119. edit. Rigaltii an. 1666.): *Quos constat hic (in Ecclesia catholica) baptizatos esse, et a nobis ad hæreticos transisse, postmodum peccato suo cognito, et errore digesto, ad veritatem et matricem redeant, satis est, in poenitentiam manum imponere.* Idem docet LEO M. epist. 159. ad Nicetam Aquileiens. cap. 6. VIGILIUS Papa epist. 2. ad Euther. c. 3. (Labb. t. 5. p. 312.). Hæcque impositio manus sicca sine unctione fuit. 2^o. Certum est hæreticos in ipsa hæresi invalide baptizatos, in Ecclesiam admissos fuisse 1. per impositionem manus ceremoniam, qua aggregabantur catechumenis, 2. per Baptismum, cui 3. addebatur Confirmatio impositione manus et unctione, ut colligitur ex cit. Conc. generali II. CONSTANTINOP. I. Can. 7., tum aliis. 3^o. Certum est hæreticos foris valide baptizatos, sed nondum confirmatos in Ecclesiam admissos esse impositione manus vel unctione confirmatoria, ut rursus colligitur ex eodem Can. 7. cit. sic Novatianus jubente recipi, ad Novati, vel rectius Novatiani, magistri sui exemplum passim negligentes Confirmationem. Item ex SINCIO epist. 4. ad Africanas Ecclesias n. 8. (Labb. t. 2. p. 1029. E.) INNOC. I. epist. 2. ad Victricium cap. 8. (Labb. ibid. p. 1251.).

Proinde quæstio de iis duntaxat hæreticis remanet, qui foris valide baptizati, confirmatique, per manus impositionem, vel chrismationem admittebantur, utrum hæc impositio manus, vel chrismatio esset confirmatoria? Affirmat contra communem aliorum ANTONIUS AUGUSTINUS Archiepiscopus Tarraconensis in Epitome juris Pontificii L. 22. Tit. 8. SIRMOND. in Antirrhético 1. et 2. adversus Aurelium in Notis posthumis ad Can. Conc. I. Arelat. et Can. 1. Conc. I. Arausic. apud LABBEUM ad calcem Tom. 1. et 3. Conciliorum, paucique alii. Nunc

R. N. Ant. Constans fuit Ecclesiæ traditio, nunquam iterandam esse Confirmationem valide acceptam, etsi foris in hæresi, sicut nec alia sacramenta characterem imprimant, Baptismum et Ordinem. Evincitur

1^o. Ex Concilio TRID., quod Sess. 7. Can. 9. inquit: *Si quis dixerit, in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione et Ordine non imprimi characterem in anima... unde et iterari non possunt; anathema sit.* Ait vero ante hos Canones in Proœmio Synodus, se in iis statuendis inherere SS. Scripturarum doctrinæ, Apostolicis traditionibus, et Patrum consensui; ergo hæc traditio Apostolica fuit, Confirmationem valide datam non posse iterari. Nec dicas, satisfieri Concilio, si hoc intelligatur de Confirmatione data ab episcopis catholicis; etsi aliud esse dicatur de ea, quam episcopi hæretici conferunt. Nam Concilium loquitur de Confirmatione valida quacumque sine exceptione, sicut de Baptismo et Ordine. Et vero alias pariter dicam, satisfieri Concilio quoad Baptismum et Ordinem, si hoc explicetur solummodo de Baptismo et Ordine datis a ministro catholico; quod esset resuscitare errorem rebaptizantium.

2^o. Ex decreto STEPHANI contra rebaptizantes sæpius cit. *Si quis a quacumque hæresi venit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad poenitentiam; sed impositio manus ad poenitentiam non erat confirmatoria.* Loquitur etiam Pontifex de hæreticis nullo facto di-

scrimine eos inter, qui ab Ecclesia catholica defecerant, et alios. MORINUS L. 9. de Pœnit. cap. 7. ut se hoc argumento expediat, putat in epist. CYPRIANI 74. ad Pompeium, ubi refert decretum STEPHANI, mendum irrepsisse, et pro in poenitentiam legendum esse, in Spiritum sanctum. Verum cum singula decreti verba expendantur a CYPRIANO studiose, et semel ac iterum repetantur sub initium ejusdem epistolæ 74. ad Pompeium; ac eodem verborum ordine, quo in epist. cit. decretum STEPHANI referant Codices manuscripti optimæ notæ, quibus RIGALTII usus est, iique vetustissimi, inter quos Codex Corbeiensis annorum amplius octingentorum canitie venerandus, nihil hac in re MORINO (qui tamen postea suam ipse mutavit sententiam, ad communem nostram transiens) ejusque rationibus deferri potest.

3^o. Ex PP. INNOCENT. I. epist. 18. ad Alexandrum c. 3. (Labb. t. 2. p. 1269. D.): *Arianos, inquit, ceterasque hujusmodi pestes... sub imagine poenitentia... per manus impositionem suscipimus.* Ait, *sub imagine poenitentia; quia minor erat eorum poenitentia hæreticorum, quam illorum, qui in Ecclesia baptizati ab hac defecerant.* S. AUGUSTINUS in eo totus est, ut probet contra Donatistas, valere Confirmationem datam et acceptam in hæresi. L. 5. de Bapt. 7. contr. Donat. cap. 20. objicientibus Donatistis, *quomodo aquam mundat et sanctificat (minister) homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ (hæretici)? Respondet: Si Deus adest sacramentis et verbis suis, per qualeslibet administrantur, et sacramenta Dei ubique recta sunt.* Ubi Confirmationem, quæ olei nomine indicatur, datam ab hæreticis vocat sacramentum rectum æque, ac Baptismum. Hinc L. eod. cap. 23. n. 33. talibus ad Ecclesiam venientibus solum imponi manus ait, ne sine omni culpa esse putentur, et propter charitatis unionem, quæ maximum Spiritus sancti donum est; non ut confirmentur: *Manus autem impositio si non adhiberetur ab hæresi venienti, tanquam extra omnem culpam esse judicaretur: propter charitatis autem copulationem, quod est maximum donum Spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem quæcumque alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.* Omitto Patres alios, cum, ut inquit AUXILIUS L. 1. de Ordinationib. a Formoso Pontifice factis cap. 13. AUGUSTINI auctoritas instar solis in tota fulget Ecclesia.

Ad prob. 1^{am}. R. D. Synodus jubet per chrismationem recipi, si hanc necdum receperint C. si receperint N. Nec mirum, quod distinctionem illam non fecerint Patres, quia ex recepto Ecclesiæ usu patebat per se, non esse confirmandos, qui confirmati jam essent. Sic iidem Patres eod. Can. 7. Eunomianos, Montanistas, Sabellianos, inquit, *et alias omnes hæreses, quoniam hic multi sunt hæretici, quicumque ex his rectæ fidei adscribi volunt, ut gentiles admittimus; et primo quidem die ipsos Christianos facimus, secundo Catechumenos, tertio exorcizamus.. et sic eos catechizamus.. et tunc eos baptizamus; nimirum subintelligendo juxta receptum Ecclesiæ usum: si nondum valide baptizati sint.*

Ad prob. 2^{am}. Responderi potest 1^o. D. min. Impositio manus vel unctio in Spiritum sanctum ceu illius causa per se, et ex opere operato est confirmatoria C. ceu causa per accidens ut removens prohibens; item ex opere operantis N. Talis vero erat impositio manus data in Spiritum sanctum hæreticis jam confirmatis, quatenus signum erat poenitentia ac reconcilia-

tionis cum Ecclesia, quæ ex Aug. L. 3. de Bapt. cap. 13. removet *discordia fœditatem, et dissensionis iniquitatem*, qua ligabatur Baptismus, ne Spiritum sanctum ac remissionem peccatorum conferret. Sed

R. 2^o. *Permisso*, impositionem manus et unctionem in Spiritum sanctum fuisse confirmatoriam, responderi potest ut ante ad Concil. CONSTANTINOP.; nimirum jubentur ita recipi nondum confirmati C. confirmati N. Hæc BEL-LARM. et ARCUDI responsio priore expeditior est.

Ad prob. 3^{am}. R. 1^o. Non satis constat, cujus METHODII hoc decretum sit, an METHODII sancti, qui obiit an. 847. an alterius patriarchæ Constantinop. apostatæ, qui an. 1240. tribus solum mensibus eam sedem tenuit. Priori assignat GOARUS, dicit ARMENOPOLI testimonio, qui in scholio ad Can. 4. tit. 4. sect. 5. refert illam METHODII patriarchæ constitutionem. Posteriori ARCUDIUS adscribit L. 2. de Confirm. cap. 18.; idque multis MORINUS probat. Si hujus apostatæ sit, auctoritatem non habet. Sed permisso gratis, esse METHODII sancti, responderi potest, ut ad præcedentia.

DISSERTATIO III.

DE AUGUSTISSIMO EUCHARISTIE SACRAMENTO.

210. *Εὐχαριστία* Latinis idem, quod *bona gratia*; *gratiarum actio* auctore S. DIONYS. Areop. de Eccl. Hier. c. 3. part. 1^a. S. IGNATIO epist. ad Philadelphenses n. 4. et S. JUSTINO Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 65.), nunc Catholicis augustissimum sacramentum corporis et sanguinis Christi significat; tum quod ipsum gratiarum fontem in se contineat; tum quod agendis Deo gratiis vel maxime inserviat. Non enim solummodo in eo memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, dans escam timentibus se; sed et donum in eo excellentissimum reposuit, quo oblato dignas Deo grates referremus, inquit S. CHRYSOSTOM. homil. 25. in cap. 8. Matth. n. 3. (opp. t. 7. p. 310. D.).

Multis aliis splendidisque nominibus illud subia efferunt Patres, Scriptoresque Ecclesiastici.

1^o. A tempore, quo primum a Christo celebratum et institutum est hoc sacramentum, *cena* dicitur ipso ab Apostolo 1. Cor. 11. 20. DIONYSIO Areopagita L. de Eccles. Hierar. cap. 3. part. 3^a. §. 1., aliisque Græcis et Latinis.

2^o. Ab eo, quod continet, *corpus*, *caro*, *sanguis Christi* passim in scripturis sacris, et a Patribus nuncupatur. Item: *Sancta* in Liturgiis græcis: *Sancta Sanctorum*, *Sanctum Domini*.

3^o. A materia, ex qua conficitur, *panis*, Joan. 6. 52. *panis supersubstantialis* apud S. CYRILL. Hierosolymitanum catech. 23. n. 15., Aug. *panis Angelorum* in hymnis Ecclesiæ.

4^o. A forma consecrationis *eulogia*, seu *benedictio* 1. Cor. 10. 16., atque apud S. MAXIMUM M. in cap. 3. Hier. Eccles. part. 2. aliosque Patres. *Eulogia* tamen etiam dicebantur partes panis vulgaris oblati a fidelibus, non consecrati, sed a sacerdote per orationes benedicti, iis distribui soliti, quibus, quocumque ex impedimento, sacram Eucharistiam non erat permissum sumere. Item etiam Eulogiæ dicebantur illa fidelium dona, quæ sibi invicem mittendo communionem et charitatem mutuam testabantur. De quibus S. AUG. agit epist. 31. (alias 38.) n. 9.

5^o. Ab effectibus *vita* Joan. 6. *communio* et *communicatio*, quod fideles inter se, et cum Christo jungat: *viaticum*, quod in patriam supernam tendentibus nobis maximo sit subsidio, appellatur.

6^o. Tandem a loco, in quo conficitur, *sacramentum altaris*; item *synaxis*, ob presentem fidelium cætum. A distributione *fractio panis*, Luc. 24. Act. 2. 42. A proprietatibus *novum Testamentum*, Luc. 22. 20. dicitur.

Præter hæreticos veteres, qui circa veritatem carnis Christi aberrabant a fide, ut Phantasiastæ, similesque, ac consequenter circa veritatem Eucha-

tionis cum Ecclesia, quæ ex Aug. L. 3. de Bapt. cap. 13. removet *discordia fœditatem, et dissensionis iniquitatem*, qua ligabatur Baptismus, ne Spiritum sanctum ac remissionem peccatorum conferret. Sed

R. 2^o. *Permisso*, impositionem manus et unctionem in Spiritum sanctum fuisse confirmatoriam, responderi potest ut ante ad Concil. CONSTANTINOP.; nimirum jubentur ita recipi nondum confirmati C. confirmati N. Hæc BEL-LARM. et ARCUDI responsio priore expeditior est.

Ad prob. 3^{am}. R. 1^o. Non satis constat, cujus METHODII hoc decretum sit, an METHODII sancti, qui obiit an. 847. an alterius patriarchæ Constantinop. apostatæ, qui an. 1240. tribus solum mensibus eam sedem tenuit. Priori assignat GOARUS, dicit ARMENOPOLI testimonio, qui in scholio ad Can. 4. tit. 4. sect. 5. refert illam METHODII patriarchæ constitutionem. Posteriori ARCUDIUS adscribit L. 2. de Confirm. cap. 18.; idque multis MORINUS probat. Si hujus apostatæ sit, auctoritatem non habet. Sed permisso gratis, esse METHODII sancti, responderi potest, ut ad præcedentia.

DISSERTATIO III.

DE AUGUSTISSIMO EUCHARISTIE SACRAMENTO.

210. *Εὐχαριστία* Latinis idem, quod *bona gratia*; *gratiarum actio* auctore S. DIOXYS. Areop. de Eccl. Hier. c. 3. part. 1^a. S. IGNATIO epist. ad Philadelphenses n. 4. et S. JUSTINO Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 65.), nunc Catholicis augustissimum sacramentum corporis et sanguinis Christi significat; tum quod ipsum gratiarum fontem in se contineat; tum quod agendis Deo gratiis vel maxime inserviat. Non enim solummodo in eo memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, dans escam timentibus se; sed et donum in eo excellentissimum reposuit, quo oblato dignas Deo grates referremus, inquit S. CHRYSOSTOM. homil. 25. in cap. 8. Matth. n. 3. (opp. t. 7. p. 310. D.).

Multis aliis splendidisque nominibus illud subia efferunt Patres, Scriptoresque Ecclesiastici.

1^o. A tempore, quo primum a Christo celebratum et institutum est hoc sacramentum, *cæna* dicitur ipso ab Apostolo 1. Cor. 11. 20. DIOXYSIO Areopagita L. de Eccles. Hierar. cap. 3. part. 3^a. §. 1., aliisque Græcis et Latinis.

2^o. Ab eo, quod continet, *corpus*, *caro*, *sanguis Christi* passim in scripturis sacris, et a Patribus nuncupatur. Item: *Sancta* in Liturgiis græcis: *Sancta Sanctorum*, *Sanctum Domini*.

3^o. A materia, ex qua conficitur, *panis*, Joan. 6. 52. *panis supersubstantialis* apud S. CYRILL. Hierosolymitanum catech. 23. n. 15., Aug. *panis Angelorum* in hymnis Ecclesiæ.

4^o. A forma consecrationis *eulogia*, seu *benedictio* 1. Cor. 10. 16., atque apud S. MAXIMUM M. in cap. 3. Hier. Eccles. part. 2. aliosque Patres. *Eulogia* tamen etiam dicebantur partes panis vulgaris oblati a fidelibus, non consecrati, sed a sacerdote per orationes benedicti, iis distribui soliti, quibus, quocumque ex impedimento, sacram Eucharistiam non erat permissum sumere. Item etiam Eulogiæ dicebantur illa fidelium dona, quæ sibi invicem mittendo communionem et charitatem mutuam testabantur. De quibus S. AUG. agit epist. 31. (alias 38.) n. 9.

5^o. Ab effectibus *vita* Joan. 6. *communio* et *communicatio*, quod fideles inter se, et cum Christo jungat: *viaticum*, quod in patriam supernam tendentibus nobis maximo sit subsidio, appellatur.

6^o. Tandem a loco, in quo conficitur, *sacramentum altaris*; item *synaxis*, ob presentem fidelium cætum. A distributione *fractio panis*, Luc. 24. Act. 2. 42. A proprietatibus *novum Testamentum*, Luc. 22. 20. dicitur.

Præter hæreticos veteres, qui circa veritatem carnis Christi aberrabant a fide, ut Phantasiastæ, similesque, ac consequenter circa veritatem Eucha-

ristiæ, in sec. IX. Scotus Erigena librum de corpore Christi conscripserat, quo quoad fidem de reali Christi in Eucharistia præsentia catholicis perquam suspectum se fecit, ut proinde ejusdem liber proseriberetur in Synodo Vercellensi anno 1055. At sec. XI. Berengarius Turonensi, Andegavensis archidiaconus, veneno ex libro Scoti Erigenæ hausto, omnium primus palam realem Christi præsentiam in Eucharistia abnegare cepit, mox damnatus in pluribus Synodis, præsertim ROMANA sub NICOLAO II. an. 1099. in qua edita fidei catholice professione ejuravit errorem; sed in eundem relapsus, rursus damnatus in altera ROMANA Synodo sub GREGORIO VII. an. 1078. rursus etiam fidei catholice professionem, retractato errore, emisit, liberque ad patrios lares remissus, penitens, et in mortem usque orthodoxæ fidei retinens mansit, ut vult sententia probabilior et fundatior, testaturque CLARIUS, Florjacensis in Chronico sec. XII. ineunte; WILLELMUS Malmesburiens. L. 3. de gest. Reg. Angl. S. ANTONIN.; sed præsertim id colligitur ex MSpto codice Ecclesiæ S. Martini Turonensis, in quo refertur pius Berengarii obitus. Eundem Berengarii errorem pertinacius retinere sec. XII. Petro-Brussiani sic dicti a Petro de Bruis; item Waldenses, sive pauperes de Lugduno, aut, alio nomine, Albigenes.

Novatores, qui sec. XVI. orti, duas in classes dividi possunt. Prima eorum est, qui, revocato Berengarii errore, realem Christi in Eucharistia præsentiam omnimodis negant, Eucharistiam non nisi figuram corporis et sanguinis Christi asserentes. Primus fuit Carolostadius sic dictus a natali suo in Francia ad Mœnum oppido, alias Andreas Bodenstein proprio nomine nuncupatus, Lutheri discipulus, quem secuti Zwinglius, Petrus Martyr, alique, et sic dicti Sacramentarii; ac præsertim sua cum secta Calvinus et Socinus. Altera aliorum, qui realem Christi præsentiam quidem admiserunt, ut Lutherus cum aliis; sed in sola communione, non statim post consecrationem; unde sacramentum hoc dicebant, esse transiens, inque sola communione consistere; vel etiam Christum realiter præsentem asserere statim a consecratione usque ad communionem, ut Lutheranorum alii. Utraque tamen pars in modo explicandi realem præsentiam Christi nec inter se omnino convenit; neutra vero Catholicis. Alii enim Lutheranorum substantiam corporis et sanguinis Christi compertrari cum substantia panis et vini docent, sicut ferre ignis cum ferro candente, qui ideo *Consubstantiatores* nuncupantur; et ita sentiunt Lutherani communis. Alii vero substantiam corporis et sanguinis Christi uniti unione physica ad modum unionis hypostaticæ, qua Verbum unitur humanitati, substantiæ panis et vini; unde *Impanatores* vocantur. Alios errores in decursu notabimus.

Contemplaturi igitur nunc augustissimum hoc sacramentum, quod inter sacramenta alia, solis instar in planetarum suorum medio, suo splendore præeminet, et vindicaturi fidei Naboth, Ecclesiæ, hæreditatem, quam a Christo accepit, contra perfidæ Jezabelis illam eripere meditantis conatus, Dissertationem præsentem in sequentia capita partiti placuit. Unde agemus

I. De institutione Eucharistiæ. II. De veritate ejusdem, sive reali Christi in eadem præsentia. III. De modo, quo Christus hoc in sacramento realiter præsentis existit. IV. De natura hujus sacramenti, materia, forma. V. De proprietatibus ejusdem, sumptione, necessitate, ministro, subjecto. VI. De Eucharistia, ut est novæ Legis sacrificium.

*Decretum Concilii Florentini de Eucharistia sub Eugenio IV. an. 1439.
pro Armenis.*

Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam juxta testimonia SS. Patrum ac Doctorum Ecclesiæ pridem in disputatione exhibita, creditur, ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde quia hoc convenit Dominicæ Passionis representationi. Inquit enim beatus Alexander Papa quintus a beato Petro: In sacramentorum oblationibus, quæ intra Missarum solemniam Domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum; quia utrumque, id est, sanguis et aqua ex latere Christi profluxisse legitur: tum etiam, quod convenit ad significandum hujus sacramenti effectum, qui est unio populi christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypsis (Apoc. 17.): *Aquæ multæ, populi multi*. Et Julius papa secundus post beatum Sylvestrum ait: Calix Dominicus, juxta canonum præceptum, vino et aqua permixtus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs ei, in quem credidit, copulatur et jungitur. Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia a beatissimis Apostolis Petro et Paulo edocta, quam reliquæ omnes Latinorum Græcorumque Ecclesiæ, in quibus omnis sanctitatis et doctrinæ lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiæ sic servaverint, et modo servant, inconveniens admodum videtur, ut alia quævis religio ab hac universalis et rationabili discrepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment, eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ, prout dictum est, admisceant vino. Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, et substantia vini in sanguinem convertuntur: ita tamen, quod totus Christus continetur sub specie panis, et totus sub specie vini; sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Hujus sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo incorporatur, et membris ejus unitur: consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur; omnemque effectum, quem materialis cibus et potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operetur spirituales: in quo, inquit Urbanus Papa, gratiam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.



*Canones Concilii Tridentini de sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.
Sess. 13. die 11. Octobris 1551. sub Julio III.*

I.

Si quis negaverit, in sanctissimæ Eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo ut in signo, vel figura, aut virtute; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, in sacrosancto Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis et vini, una cum corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis et vini; quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissime transsubstantiationem appellat; anathema sit.

III.

Si quis negaverit, in venerabili sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramento non esse corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post; et in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; anathema sit.

V.

Si quis dixerit, vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema sit.

VI.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse cultu patriæ, etiam externo, adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiæ sanctæ ritum et consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, et ejus adoratores esse idololatrias; anathema sit.

VII.

Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reservari, sed statim post consecrationem adstantibus necessario distribuendam: aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, et non etiam sacramentaliter ac realiter; anathema sit.

IX.

Si quis negaverit, omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ Ecclesiæ; anathema sit.

X.

Si quis dixerit, non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare; anathema sit.

XI.

Si quis dixerit, solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum SS. Eucharistiæ sacramentum; anathema sit. Et, ne tantum sacramentum indigne, atque ideo in mortem et condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa sancta Synodus illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumperit, eo ipso excommunicatus existat.

Canones ejusdem Concilii Tridentini de Communionem sub utraque specie et parvulorum. Sess. 21. die 16. Julii 1562. sub Pio IV.

I.

Si quis dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes et singulos Christi fideles utramque speciem SS. Eucharistiæ sacramenti sumere debere; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam catholicam non justis causis et rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.

III.

Si quis negaverit, totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit.

*Canones ejusdem Concilii Tridentini de Sacrificio Missæ. Sess. 22.
17. Septembr. 1562. sub Pio IV.*

I.

Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, alique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum; anathema sit.

III.

Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari SS. Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari; anathema sit.

V.

Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; anathema sit.

VI.

Si quis dixerit, Canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse; anathema sit.

VII.

Si quis dixerit, ceremonias, vestes et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.

IX.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis et verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

CAPUT I.

DE EUCHARISTIE INSTITUTIONE.

Eucharistia Orthodoxis est *Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini ad spiritualem animæ refecionem a Christo institutum*. In hujus sacramenti consideratione duo priore loco occurrunt; existentia ejusdem et institutio. Sed Eucharistiam esse novæ Legis sacramentum, nec A catholicis abnuunt, etsi quoad alia sacramenti ejusdem a nobis dissentiant; constatque jam ex dictis de Sacram. in gen. Dissert. 1. cap. 1. et 3. Unde dissertationis præsentis ab Eucharistiæ institutione initium ducere visum est.

Christum pridie mortis suæ in ultima cœna Eucharistiam instituisse, indubium est ex Matth. 26., Marci 14., Luc. 22. et 1. Cor. *Nocte, qua tradebatur*. At gravis est controversia, qua die Christus ultimam cœnam celebravit? cui causam dedit apparens Evangelistarum dissonantia. Tres modo laudati Evangelistæ *primam diem azymorum*, h. e. mensis *Nisan*, qui nostro respondet Martio, lunam sive diem decimam quartam, ad cujus vesperam prius pascha legale juxta præscriptum legis celebravit, assignant. Sed Joannes hoc factum ait *ante diem festum paschæ*. Unde cum dies festus paschæ sit etiam primus azymorum, consequi videtur, Christum ultimum pascha celebrasse, non luna decima quarta, sed decima tertia; eaque instituisse Eucharistiam. Hinc ad conciliandos inter se Evangelistas varii varia commenti sunt. Sed cum ea controversia de institutione Eucharistiæ connectatur cum altera, ut liquet, de ultimo Christi paschate, quo illud die peregerit? quædam ante præmittenda censui, unde dicendis major lux affulgeat.

III.

Si quis negaverit, totum et integrum Christum omnium gratiarum fontem et auctorem sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit.

*Canones ejusdem Concilii Tridentini de Sacrificio Missæ. Sess. 22.
17. Septembr. 1562. sub Pio IV.*

I.

Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum et proprium sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit.

II.

Si quis dixerit, illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, alique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum; anathema sit.

III.

Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus et aliis necessitatibus offerri debere; anathema sit.

IV.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari SS. Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari; anathema sit.

V.

Si quis dixerit, imposturam esse Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit; anathema sit.

VI.

Si quis dixerit, Canonem Missæ errores continere, ideoque abrogandum esse; anathema sit.

VII.

Si quis dixerit, ceremonias, vestes et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; anathema sit.

VIII.

Si quis dixerit, Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.

IX.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis et verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

CAPUT I.

DE EUCHARISTIE INSTITUTIONE.

Eucharistia Orthodoxis est *Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini ad spiritualem animæ refectionem a Christo institutum*. In hujus sacramenti consideratione duo priore loco occurrunt; existentia ejusdem et institutio. Sed Eucharistiam esse novæ Legis sacramentum, nec A catholicis abnuunt, etsi quoad alia sacramenti ejusdem a nobis dissentiant; constatque jam ex dictis de Sacram. in gen. Dissert. 1. cap. 1. et 3. Unde dissertationis præsentis ab Eucharistiæ institutione initium ducere visum est.

Christum pridie mortis suæ in ultima cœna Eucharistiam instituisse, indubium est ex Matth. 26., Marci 14., Luc. 22. et 1. Cor. *Nocte, qua tradebatur*. At gravis est controversia, qua die Christus ultimam cœnam celebravit? cui causam dedit apparens Evangelistarum dissonantia. Tres modo laudati Evangelistæ *primam diem azymorum*, h. e. mensis *Nisan*, qui nostro respondet Martio, lunam sive diem decimam quartam, ad cujus vesperam prius pascha legale juxta præscriptum legis celebravit, assignant. Sed Joannes hoc factum ait *ante diem festum paschæ*. Unde cum dies festus paschæ sit etiam primus azymorum, consequi videtur, Christum ultimum pascha celebrasse, non luna decima quarta, sed decima tertia; eaque instituisse Eucharistiam. Hinc ad conciliandos inter se Evangelistas varii varia commenti sunt. Sed cum ea controversia de institutione Eucharistiæ connectatur cum altera, ut liquet, de ultimo Christi paschate, quo illud die peregerit? quædam ante præmittenda censui, unde dicendis major lux affulgeat.

ARTICULUS I.

PRÆNOTANDA AD PRÆSENTEM CONTROVERSIAM.

211. Pascha, id est, ex nativa vi nominis *transitus*, dictus est agnus ille, quem jam jam egressuri ex Ægypto Judæi jussi fuerant, ut neminem latet, immolare, unaque cum azymis, sive panibus sine fermento comedere, quod eodem tempore Deus, seu rectius ejus jussu angelus per universam Ægyptum transiens omnes Ægyptiorum primogenitos (Exod. 12.) ilkesis Hebræis occiderit, in cujus rei et beneficii singularis memoriam, ut quotannis ab Hebræis agnus eodem ritu manducaretur, lege peculiari et perenni est imperatum, Exod. 12. 14. 24. et seqq. De quo

212. PRÆNOTANDUM I. Pascha hoc celebrari debuit ad vesperam decima quarta die mensis *Nisan*, qui primus erat mensium anni sacri apud Judæos. Constat Exod. 12., Num. 9. 2. et 3. *Faciant filii Israel phase in tempore suo, quarta decima die mensis hujus ad vesperam.*

213. II. Dies illa decima quarta ferme tota, hoc est, usque ad occasum solis profesta fuit juxta legem Moysis; quamvis, si quis ad consuetudinem attendere velit, credereque Rabbini, feriata fuerit saltem a meridie.

214. III. Decima quinta die solemnitas azymorum fuit, quæ septem durabat diebus, scilicet usque ad vigesimam primam; ita tamen, ut ex his septem diebus prima tantum et ultima essent dies festi, Exod. 12. 16. *Dies prima erit sancta atque sollemnis, et dies septima eadem festivitate venerabilis.* Etsi vero etiam agnus paschalis manducari deberet cum azymis; ipsa tamen festivitas azymorum distincta erat ab illa paschatis, inslituta in memoriam beneficii alterius, cum Hebræi festinanter adeo, ipsis cogentibus Ægyptiis, egredi deberent ex Ægypto, ut, cum panes fermentari non possent, necesse haberent coquere azymos, Exod. 12. 39.

215. IV. Tres dierum differentie apud Hebræos distingui debent, naturales, artificiales, legales sive festivi. *Dies naturalis*, uti et apud nos, procurabat a media nocte ad mediam noctem: *artificialis* ab ortu solis ad occasum solis; hinc modo longior, modo brevior erat, prout sol oriebatur maturius, occidebat tardius. Hæc dies in quatuor partes distinguebatur, sive horas, quarum quælibet complexa tres horas alias minores. Quatuor illæ horæ erant, prima, tertia, sexta, nona. *Prima* continebat illud tempus, quod fuit ab ortu solis usque ad nostram horam nonam; *tertia* ab hora nona nostra ad duodecimam; *sexta* a duodecima ad nostram tertiam; *nona* tandem a nostra tertia ad solis occasum fluebat. Eodem modo noctem quatuor in partes, ac horas dividebant; *prima* currebat ab occasu solis ad nostram nonam noctis; *tertia* ad duodecimam; *sexta* ad tertiam; *nona* ad ortum solis; quæ quatuor noctis partes etiam *vigilia* dicebantur. *Legalis* vel *festivus*, qui ut sacer, juxta legem celebrari debuit. De quo nunc plura.

216. V. Dies festi inchoabantur ab occasu solis, desinebantque in sequentem solis occasum, sive celebrabantur a vespera præcedentis diei ad vesperam diei sequentis, juxta illud Levit. 23. 32. *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* Quod vero hic de sabbatis dictum, de aliis quoque festis, saltem solemnioribus, debet intelligi; nam et ibid. festum expiationis *sabbatum requietionis* dicitur; cujus festi occasione de festis omnibus ab occasu solis celebrandis regula generalis sumpta est. Sola excipitur agni paschalis festivitas, quæ luna decima quarta ad vesperam peragebatur, et concurrebat cum initio festi azymorum; nec extendebatur ulterius. Hinc dum tota illa azymorum solemnitas aliquando in S. Scriptura sub nomine *paschæ* venit, sensu latiore, ac per figuram id fit, eo quod festum azymorum cum ipsa paschatis celebritate initium sumeret. Utrum vero, quod modo de initio et fine festorum diximus, etiam de diebus profestis vulgaribus debeat pariformiter accipi, eos æque a vespera diei præcedenti inchoari debuisse? sunt, qui controvertunt. Verum

217. VI. Omnes dies vulgares et profesti non ab occasu solis, sive a vespera, sed a media nocte apud Judæos ducebant initium. Operæ pretium est, hoc quibusdam fulcire argumentis. Igitur probatur hoc Prænotatum

1°. Levit. 23. 32. Lex peculiaris datur de inchoandis festis a vespera. *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* Sed ad quid hanc exceptionem faceret Moyses, aut hanc singularem legem ferret, si per se omnes a vespera dies inchoarentur? Novi igitur aliquid hic statuere voluit, nimirum hoc peculiare festis esse debere deinceps, ut sola hæc a præcedentis diei vespera inchoentur.

2°. Juxta Levit. 23. 27. festum solenne expiationis et jejunii incidebat in diem decimam mensis septimi. *Decimo die mensis hujus septimi, dies expiationis erit celeberrimus... affligetisque animas vestras in eo.* Sed dies festi, ut ex ante dictis constat, ex hoc ipso festo a vespera ducebant initium; ergo affligere se, jejunare incepissent Judæi post diem nonam exactam, si alii dies civiles et profesti etiam inchoari debuissent ab occasu solis ut dies festi. Atqui tamen etiam die nona jubentur Judæi affligere animas suas, Levit. 23. 32. *Et affligetis animas vestras die nono;* ergo dies nonus civilis, profestus, occasu solis non finiebatur, a quo incipiebat jejunium; ac proinde dies vulgaris, profestus, censebatur adhuc ultra solis occasum in noctem progredi.

3°. Joan. 1. 39. dicuntur Andreas, et alter venisse ad Christum hora decima, et postea mansisse apud illum die illo, h. e. pernoctasse: *Et apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima;* ergo nox consequens quoad aliquam saltem sui partem ad diem illum pertinebat.

4°. Matth. 12. 40. Christus a morte sua dicitur futurus *in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus;* sic enim ipse figuram Jonæ explicat; igitur in sepulcro jacere debuit per aliquam partem diei et noctis feriæ sextæ, sabbati, et, ut nos jam loquimur, Dominicæ; sed hoc equidem revera impletum fuit, si dies vulgares incipiant a media nocte; minime vero, si ab occasu solis; quia hoc casu ne per ullam partem noctis feriæ sextæ in sepulcro fuisset. Taceo id genus plura; quibus obstare non potest hodierna Judæorum consuetudo dies promiscue a vespera inchoantium; nihil enim

fundamenti ea in lege habet; cumque præterea ab excidio Hierosolymitano miseri erronei quam plurima novaverint; etiam hac in re defecisse a majoribus suis merito creduntur. Imò morem hunc omnes dies ordiendi a vespera mutuassee videntur ab Arabibus, ut plures fatentur ex adversariis: atqui tamen nec Arabes ita dies semper inchoarunt; sed ab eo solum tempore, a quo menses suos non a conjunctione lunæ cum sole, sed a primo lunæ apparentis conspectu duci voluerunt; hoc vero instituti novi est, ut observant Chronologi. Hæc interim, in præsentis quæstionis pertractandæ majorem intelligentiam et supplementum, præmittenda censui.

ARTICULUS II.

QUA DIE CHRISTUS EUCHARISTIAM INSTITUERIT?

218. *Præmitto.* Varia amplexi sunt systemata et interpretes et Theologi, ut propositam initio difficultatem vincerent.

1°. Nullum plane pascha Christum ante mortem celebrasse, olim Marcion asseruit, confutatus a S. EPIPHANIO HÆR. 42. Quam opinionem Græcorum plures sec. XI., quo hos inter et Latinos grave exarsit dissidium, et acris disputatio de azymo, vel fermentato ad Eucharistiam adhibendo, arripuerunt avide, ceu causæ suæ ac fermento magis faventem. Sec. XVI. autem primus e Latinis ejus opinionis patrocinium susceperat Nicol. de Villa-Gagnonis eques Rhodius; sed male ideo exceptus a SALMERONE, aliisque doctis viris. Nicolaum tamen e Latinis secuti quidam alii, præsertim P. BERNARD. AMICUS, Oratorii Berulliani presbyter, dictus vulgo *Lamy*, et eruditus CALMET.

2°. Græci plerique, quo fermentati usum teneantur, Christum uno die esum agni paschalis et ultimam cœnam anticipasse aiunt, ac Christum non feria sexta, sed quinta crucifixum esse.

3°. PAULUS BURGENSIS ex Judæo Christianus factus et episcopus, in cap. 26. Matth., et alter PAULUS MIDDLEBURGENSIS, Sempronienensis episcopus, L. de recta Paschatis celebrandi ratione, cum aliis docent, Christum quidem eo anno, quo passus est, celebrasse pascha luna decima quarta ad secundam vesperam, h. e. in vespera feriæ quintæ, idque ex præscripto legis; non tamen Judæos, sed hos eo anno distulisse pascha in lunam decimam quintam ad vesperam, seu feriam sextam, idque ex decreto quodam Synagogæ veteris, ne duos festos consequentes haberent, sicut eo anno eveniebat; luna enim decima quinta, feria sexta, fuisset azymorum solemnitas, et die sequenti sabbatum.

4°. Alii duplex mensis initium ac neomeniam duplicem cum PÆRÆONIO distinguunt. Prima astronomica iis dicitur, ab ipso novilunio astronomico, seu planetarum solis et lunæ conjunctione. Altera apprensiva, sive numeranda a prima phasi lunæ, sive hujus apparitione sensibili. Unde inquirunt, duplicem proinde fuisse unamquamque mensis diem; sicque duplicem quoque decimam quartam, quarum utraque pascha immolari posset; Christum vero pascha ultimum celebrasse feriam quintam, h. e. luna decima quarta astronomica; Judæorum alios feriam sextam, id est, luna decima quarta apparente;

reipsa autem luna decima quinta. Rursus distinguunt alii cum HARDUINO inter pascha Judæorum Hierosolymis celebrari solitum, et inter pascha Galilæorum et decem aliarum tribuum: Galilæos cum his juxta regulam *Badu* una die ante Judæos pascha celebrare solitos, si prima azymorum dies in feriam secundam, quartam, vel sextam incidere; ac quia anno morientis Christi inciderebat in sextam feriam, ideo Christum, utpote in Galilæa educatum, cum discipulis suis in Galilæa natis manducasse pascha uno ante Judæos die. Alii iterum moti auctoritate CHRYSOSTOMI, homil. 84. (al. 83. in Matth. n. 2. (opp. t. 7. p. 200. A.), aiunt, Judæorum plebem manducasse pascha luna decima quarta exeunte, sive feria quinta nostra ad vesperam, et cum plebe Christum; sed principes sacerdotum et scribas, ut liberius sævire in Christum possent, distulisse pascha in sequentem diem, feriam sextam.

5°. Tandem communis est Latinorum cæterorum omnium sententia, Christum vere celebrasse pascha ultimum eodem cum Judæis omnibus die, luna decima quarta ad vesperam, h. e. feria quinta, juxta legem Exod. 12. 18. et Levit. 23. 5. *Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam, phase Domini est.* Ac quidem communis sententia hoc de luna decima quarta exeunte, feria quinta nostra expirante, intelligit. Divortium vero ab ea fecerunt ALOYSIUS Legionensis, et P. CALINUS e Societate nostra. Admittunt enim luna decima quarta Christum celebrasse pascha ad vesperam; sed ad vesperam ejus diei primam, itaque non luna decima quarta exeunte, sed ineunte, ac proinde luna decima tertia exeunte. Quippe a vespera, sive occasu solis cujusvis diei ducunt initium; ut adeo dies quælibet apud Judæos duas haberet vesperas; prima vespera esset initium, altera finis. Nos præsentem controversiam sequentibus Conclusionibus enucleatum imus.

219. *Dico I.* Pascha ex præscripto legis a Judæis celebrari debuit mensis Nisan luna decima quarta, eaque exeunte, sive ad vesperam ejus secundam, quæ erat initium decimæ quintæ, et primæ azymorum.

Prob. I. Plura Scripturæ loca denuntiant, pascha celebrandum esse ad decimam quartam lunam, vel diem, et ad illius diei vesperam sive solis occasum; ex pluribus sufficiat illud Levit. 23. 5. *Mense primo, quarta decima mensis ad vesperam, phase Domini est.* Sed vespera diei decimæ quartæ ejus diei finem, non initium indicat; ergo. *Prob. min.* Verba illa: *quarta decima mensis ad vesperam*, illius diei exitum, non initium indicant, si dies decima quarta profesta tantum esset; et dies profesti apud Judæos non a vespera vel occasu solis initium sumerent, ut dies festi; sed a media nocte, ut modo apud nos, et olim Romanos; sic, ut profesti dies haberent unam tantum vesperam, qua nimirum ad finem vergebant: atqui 1°. omnium consensu dies decima quarta tantum profesta fuit; et 2°. dies profesti apud Judæos non ab occasu solis, sed media nocte sumebant initium; ut probatum est num. 217. Et certe ne unum extat tota in Scriptura exemplum, dies alios a festis distinctos, more dierum festorum, ab occasu solis initium sumere.

220. *Prob. II.* Ex lege de immolatione agni paschalis non manducabatur, nisi postquam esset immolatus; semper enim in Scriptura *immolatio* præmittitur, Exod. 12. 6. et alibi: atqui tantum immolabatur die decima quarta exeunte, h. e. post meridiem ante solis occasum; ergo et eadem decima

fundamenti ea in lege habet; cumque præterea ab excidio Hierosolymitano miseri erronee quam plurima novaverint; etiam hac in re defecisse a majoribus suis merito creduntur. Imò morem hunc omnes dies ordiendi a vespera mutuassee videntur ab Arabibus, ut plures fatentur ex adversariis: atqui tamen nec Arabes ita dies semper inchoarunt; sed ab eo solum tempore, a quo menses suos non a conjunctione lunæ cum sole, sed a primo lunæ apparentis conspectu duci voluerunt; hoc vero instituti novi est, ut observant Chronologi. Hæc interim, in præsentis quæstionis pertractandæ majorem intelligentiam et supplementum, præmittenda censui.

ARTICULUS II.

QUA DIE CHRISTUS EUCHARISTIAM INSTITUERIT?

218. *Præmitto.* Varia amplexi sunt systemata et interpretes et Theologi, ut propositam initio difficultatem vincerent.

1°. Nullum plane pascha Christum ante mortem celebrasse, olim Marcion asseruit, confutatus a S. EPIPHANIO HÆR. 42. Quam opinionem Græcorum plures sec. XI., quo hos inter et Latinos grave exarsit dissidium, et acris disputatio de azymo, vel fermentato ad Eucharistiam adhibendo, arripuerunt avide, ceu causæ suæ ac fermento magis faventem. Sec. XVI. autem primus e Latinis ejus opinionis patrocinium susceperat Nicol. de Villa-Gagnonis eques Rhodius; sed male ideo exceptus a SALMERONE, aliisque doctis viris. Nicolaum tamen e Latinis secuti quidam alii, præsertim P. BERNARD. AMICUS, Oratorii Berulliani presbyter, dictus vulgo *Lamy*, et eruditus CALMET.

2°. Græci plerique, quo fermentati usum teneantur, Christum uno die esum agni paschalis et ultimam cœnam anticipasse aiunt, ac Christum non feria sexta, sed quinta crucifixum esse.

3°. PAULUS BURGENSIS ex Judæo Christianus factus et episcopus, in cap. 26. Matth., et alter PAULUS MIDDLEBURGENSIS, Sempronienensis episcopus, L. de recta Paschatis celebrandi ratione, cum aliis docent, Christum quidem eo anno, quo passus est, celebrasse pascha luna decima quarta ad secundam vesperam, h. e. in vespera feriæ quintæ, idque ex præscripto legis; non tamen Judæos, sed hos eo anno distulisse pascha in lunam decimam quintam ad vesperam, seu feriam sextam, idque ex decreto quodam Synagogæ veteris, ne duos festos consequentes haberent, sicut eo anno eveniebat; luna enim decima quinta, feria sexta, fuisset azymorum solemnitas, et die sequenti sabbatum.

4°. Alii duplex mensis initium ac neomeniam duplicem cum PÆRÆONIO distinguunt. Prima astronomica iis dicitur, ab ipso novilunio astronomico, seu planetarum solis et lunæ conjunctione. Altera apparens, sive numeranda a prima phasi lunæ, sive hujus apparitione sensibili. Unde inquirunt, duplicem proinde fuisse unamquamque mensis diem; sicque duplicem quoque decimam quartam, quarum utraque pascha immolari posset; Christum vero pascha ultimum celebrasse feria quinta, h. e. luna decima quarta astronomica; Judæorum alios feria sexta, id est, luna decima quarta apparente;

reipsa autem luna decima quinta. Rursus distinguunt alii cum HARDUINO inter pascha Judæorum Hierosolymis celebrari solitum, et inter pascha Galilæorum et decem aliarum tribuum: Galilæos cum his juxta regulam *Badu* una die ante Judæos pascha celebrare solitos, si prima azymorum dies in feriam secundam, quartam, vel sextam incideret; ac quia anno morientis Christi inciderebat in sextam feriam, ideo Christum, utpote in Galilæa educatum, cum discipulis suis in Galilæa natis manducasse pascha uno ante Judæos die. Alii iterum moti auctoritate CHRYSOSTOMI, homil. 84. (al. 83. in Matth. n. 2. (opp. t. 7. p. 200. A.), aiunt, Judæorum plebem manducasse pascha luna decima quarta exeunte, sive feria quinta nostra ad vesperam, et cum plebe Christum; sed principes sacerdotum et scribas, ut liberius sævire in Christum possent, distulisse pascha in sequentem diem, feriam sextam.

5°. Tandem communis est Latinorum cæterorum omnium sententia, Christum vere celebrasse pascha ultimum eodem cum Judæis omnibus die, luna decima quarta ad vesperam, h. e. feria quinta, juxta legem Exod. 12. 18. et Levit. 23. 5. *Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam, phase Domini est.* Ac quidem communis sententia hoc de luna decima quarta exeunte, feria quinta nostra expirante, intelligit. Divortium vero ab ea fecerunt ALOYSIUS Legionensis, et P. CALINUS e Societate nostra. Admittunt enim luna decima quarta Christum celebrasse pascha ad vesperam; sed ad vesperam ejus diei primam, itaque non luna decima quarta exeunte, sed ineunte, ac proinde luna decima tertia exeunte. Quippe a vespera, sive occasu solis cujusvis diei ducunt initium; ut adeo dies quælibet apud Judæos duas haberet vesperas; prima vespera esset initium, altera finis. Nos præsentem controversiam sequentibus Conclusionibus enucleatum imus.

219. *Dico I.* Pascha ex præscripto legis a Judæis celebrari debuit mensis Nisan luna decima quarta, eaque exeunte, sive ad vesperam ejus secundam, quæ erat initium decimæ quintæ, et primæ azymorum.

Prob. I. Plura Scripturæ loca denuntiant, pascha celebrandum esse ad decimam quartam lunam, vel diem, et ad illius diei vesperam sive solis occasum; ex pluribus sufficiat illud Levit. 23. 5. *Mense primo, quarta decima mensis ad vesperam, phase Domini est.* Sed vespera diei decimæ quartæ ejus diei finem, non initium indicat; ergo. *Prob. min.* Verba illa: *quarta decima mensis ad vesperam*, illius diei exitum, non initium indicant, si dies decima quarta profesta tantum esset; et dies profesti apud Judæos non a vespera vel occasu solis initium sumerent, ut dies festi; sed a media nocte, ut modo apud nos, et olim Romanos; sic, ut profesti dies haberent unam tantum vesperam, qua nimirum ad finem vergebant: atqui 1°. omnium consensu dies decima quarta tantum profesta fuit; et 2°. dies profesti apud Judæos non ab occasu solis, sed media nocte sumebant initium; ut probatum est num. 217. Et certe ne unum extat tota in Scriptura exemplum, dies alios a festis distinctos, more dierum festorum, ab occasu solis initium sumere.

220. *Prob. II.* Ex lege de immolatione agni paschalis non manducabatur, nisi postquam esset immolatus; semper enim in Scriptura *immolatio* præmittitur, Exod. 12. 6. et alibi: atqui tantum immolabatur die decima quarta exeunte, h. e. post meridiem ante solis occasum; ergo et eadem decima

quarta die exeunte post solis occasum manducabatur. *Prob. min.* Nam 1^o, immolari debebat die decima quarta, Exod. 12. 6. 2^o. Debebat immolari tempore pomeridiano ante occasum solis, sive post meridiem. *Probat*ur ipsiusmet Moysis verbis, ut jacent in hebraico Codice; nam definiens tempus pro immolando agno Exod. 12. 6., Num. 9. 5., Levit. 23. 5. præcipit immolari agnum *inter duas vespere, ben-arebaim*; hæc vero verba, *inter duas vespere*, ut nos in Vulgata simpliciter legimus *ad vesperam*, medium illud tempus inter solem occidentem, ejusque occasum significant. Hoc diligenter admonet R. KIMCHI Lib. Radicum. Has duas vespere in usu fuisse Christi tempore, aperte colligitur ex Matth. 14. v. 15. et 23. Testatur PHIL. L. 3. de vita Mosis et de Decalogo ac septenario inquires, immolandi paschatis ceremoniam *a meridie durasse in vesperam*. Testatur JOSEPHUS, ex summorum sacerdotum genere ortus, et ex officio minister immolandi paschatis, L. 7. Bell. Jud., agnos credi solitos *a nona ad undecimam*, h. e. a tertia pomeridiana ad quintam. MAIMONIDES de Pasch. pag. 14. Immolatio *agni paschalis fit decima quarta a meridie*.

Unde argumentum ex lege immolandi paschalis agni in hisce consistit: agnus non manducabatur, nisi antea esset immolatus; sed immolabatur decima quarta die ante solis occasum; ergo et decima quarta die exeunte tantum manducari potuit. Si namque decima quarta ineunte manducatus esset; immolatus fuisset luna decima tertia, scilicet post meridiem ante occasum solis; quod S. Scripturæ repugnat, constanter immolationem agni lunæ decimæ quartæ affigenti.

Respondent, qui pro luna decima quarta ineunte stant 1^o. Per hæc: *inter utramque vesperam*, intelligi tempus medium inter occasum solis et auroram; idque colligi posse ex junctis aliis Scripturæ locis, Deut. 16. 6. ubi immolandus agnus dicitur *vespere ad occasum solis*, atque Exod. 12. 8., ubi jubentur manducare agnum *nocte illa*, ut nihil remaneat *usque mane*, ut adeo sensus sit, peragenda esse omnia, quæ ad phase pertinent, inter utrumque noctis terminum; crepusculum vero matutinum etiam diei vesperam, vel vesperum in Scriptura, Matth. 28. 1. *Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria*, etc.; Marcus enim ait, *venisse valde mane*. 2^o. Scriptores Hebræos potius referre usum sui temporis, quam quid ex lege fieri deberet; hæc vero præcipit immolandum phase Deut. 16. 6. *vespere ad solis occasum*, non aliquot ante horis, ut Scriptores laudati volunt.

Verum, quod primum attinet, gratis asseritur, per ista: *inter utramque vesperam*, tempus illud medium inter occasum solis et auroram intelligi, neque hoc ex subjunctis satis evincitur; illa enim Deut. 16. *vespere ad occasum solis*, non præcise tempus post occasum solis significant, sed, sensu etiam proprio, illud important tempus, quo sol ad occasum inclinat; eoque sensu debere intelligi, ipsa Hebræorum consuetudo, optima alias legis interpres, suadet, ante urbis Hierosolymitanæ excidium pascha luna decima quarta ante occasum solis immolantium. Neque etiam ex Matth. 28. et Marc. 16. probatur, per *vesperam*, *vesperum*, vel per τὸ *vespere* intelligi crepusculum matutinum, sed intelligitur nox transacto sabbato fluens, etsi magis propinqua diluculo, qua noctis parte egressæ e domibus piæ mulieres venerunt tandem ad sepulcrum *valde mane*, ut vult Marcus. Dein permissio gratis, per τὸ *vespere* intelligi cit. loc. diluculum; at nunquam tamen in

S. Scriptura, vel apud ullam gentem hæc: *ad vesperam: vespere ad solis occasum* accipiuntur pro diluculo.

Quoad *secundum*: etsi post excidium Hierosolymæ gens Judæorum per orbem dispersa, libris et legis doctoribus destituta, multis commentis suos libros infecerit, inque plurimis recesserit a majoribus suis; non est tamen aut verosimile, aut credibile, Judæos, stante adhuc eorum Republica, legis ceremoniis alias ad superstitionem usque addictos, in augustissimo religionis suæ ritu, ac celebrando insigni illo liberationis suæ beneficio, cujus observantiam adeo exactam tamque severe et sæpe inculcabat Moyses, voluisse recedere.

Tandem si probe attendatur cap. 12. Exod., eadem nocte, qua egressi sunt ex Ægypto Judæi, manducaverunt pascha, h. e. in priore parte noctis ante hujus medium comederant pascha; post noctis medium urgentibus Ægyptiis egressi sunt; orationis enim et narrationis filium a v. 29. unius ejusdemque noctis continuationem ita clare exprimit, ut non nisi aliqua violentia alia dies paschatis, alia egressus ex Ægypto videatur posse statui: atqui pars illa noctis posterior, qua sunt egressi, jam pertinebat ad diem decimam quintam; Num. 33. 3. enim dicuntur *profecti de Ramesse quinta decima die mensis primi*; ergo pars noctis anterior, qua comederant pascha, erat vespera secunda diei decimæ quartæ.

221. *Dico II.* Christus ultimo vitæ suæ anno vere celebravit pascha Judaicum: nec solummodo cœnam communem habuit, in qua Eucharistiam instituit. Contra P. LAMY, aliosque supra.

Prob. I. Ex Matth. 26., ubi Christus domino domus denuntiari jubet: *Apud te facio pascha hodie*. Marc. 14. *Ubi est refectio mea, ut pascha cum discipulis manducem?* Sed hæc non nisi de Judaico paschate possunt intelligi; secus enim, si de instituenda Eucharistia Christus hæc dixisset, nihil plane intellexisset dominus domus. Revera etiam discipuli paraverunt pascha Judaicum juxta Christi imperium Matth. 26. 19. *Fecerunt discipuli, sicut constituit ipsis Jesus, et paraverunt pascha*, indubie Judaicum, cum discipuli nihil de Eucharistia scirent, neque hanc instituere possent; nec pascha unquam a Judæis pro cœna communi sumpta sit; neque dici possit, paratum quidem fuisse pascha, sed non manducatum a Christo, Luc. 22. 14. dicitur: *Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo, et ait illis: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar*. Ubi ista: *hoc pascha*, illud indubie pascha denotant, de quo Eucharistia adhuc ignari quæsierant discipuli: *ubi vis, paremus tibi comedere pascha?* Matth. 26. 17.; propter quod eos miserat ad dominum domus ibid., quodque paraverant Luc. 22.; sed hoc Judaicum pascha fuit ex dictis.

Prob. II. Ex Traditione. Non est certior ullius veri ac genuini Scripturarum sensus, quam constans et unanimis in eum Ecclesiæ consensus; sed (si unum Villa-Gagnonium exceperis, et Vechietum propterea castigatum) præter paucos hæreticos, et schismaticos Græcos, omnes hactenus consenserant, citatis Scripturæ locis insinuari, Christum eo tempore pascha legale celebrasse. Quin propterea mota S. TRIDENT. Synodus Sess. 22. cap. 1. disertè docet: *Celebrato veteri pascha, quod in memoriam exitus de Ægypto*

multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit pascha; seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum.

222. *Dico III.* Judæi anno Christi morientis pascha legale non transtulerunt in lunam decimam quintam, ut BURGENSIS volebat: nec eo tempore apud Judæos duplex neomenia in usu fuit, ut putabat PEZRONIUS: nec subsistit HARDUINI systema de duplici paschate Galilæorum et Judæorum.

Prob. 1^a. p. Concl. 1^o. Decretum hoc Synagogæ veteris commentitium est; nusquam enim ejusdem, etiam apud Rabbinos veteres, extat vestigium. 2^o. Falsa est ratio, ob quam decretum hoc datum dicitur; ratio enim hujus decreti asseritur, quod, cum Judæis die festo nec parare cibos liceret, nec sepelire mortuos, ipsis nimis incommodum accidisset, si dies festos duos consequentes haberent: sed neutra ratio subsistit; licuisse enim Judæis in festis, imo ipsa solemnitate paschatis parare cibos, Exod. 12. 16. habetur; sepelire etiam mortuos, solo forsitan excepto sabbato, Tob. 2., ubi Tobias occisi Judæi cadaver portabat domum. Et quid demum hinc gravis incommodi, si sepultura defuncti in unum alterumve diem differretur? Sed 3^o. decretum hoc non sustulisset ea incommoda; si enim prima azymorum solemnitas translata fuisset in sequens sabbatum, quia septem diebus durabat azymorum festum, et dies ultima iterum sollemnis erat ut prima, hæc deinde incidisset in feriam sextam; sicque tamen rursus duo dies festi consequentes fuissent; unde hujus sententiæ patroni, dum charybdim vitare volunt, incidunt in scyllam.

Sed, inquires, saltem Pharisei et Scribæ pascha distulerunt in lunam decimam quintam, ut tanto liberius sævire in Christum possent, quem volebant feria sexta occidere, ante hujus vesperam secundam; quia ita autumat S. CHRYSOST. homil. 84. n. 2. in Matth.

R. N. *Assertum.* S. CHRYSOSTOMO tum communem aliorum Patrum oppositum, tum ipsum CHRYSOSTOMUM homil. 83. (al. 84.) in Matth. n. 2. (opp. t. 7. p. 793. B.) qua inquit: *Immiserunt in eum manus, ac tenuerunt illum ipsa nocte, in qua comederunt pascha;* ergo hoc non distulerunt. Unde S. Pater hac in re varie sensit. Sed et ipsa S. Scriptura aliter sentire cogit; Christus enim a Juda Judæis non nisi post cœnam traditus fuit, consequenter post cœptam jam solemnitate paschalem, quæ proinde amplius differri non poterat.

223. *Prob. 2^a. p. 1^o.* Duplex illa neomenia pariter commentitia est, excogitata a Rabbiniis post Christum; nullum enim in Scriptura fundamentum habet; nec apud ullum scriptorem Judæum ante excidium urbis. Sed 2^o. Exod. 12. 6. pascha simul et semel ab omni Israele celebrari debuit. *Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam;* Paulo autem L. de Decalogo ac septenario, pascha, inquit, esse sacrificium, quod universus simul populus et una die offerret. 3^o. Adversa opinio secum infert pugnantia plane et inextricabilia incommoda; e. g. lex erat, ut antè paschalem cœnam omne fermentum sine exceptione ab ædibus, imo finibus eliminaretur, Exod. 12. 15. *In die primo non erit fermentum in domibus vestris;* Deut. 16. 4. *Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus.* Vel igitur die decima quarta prima abjiciebatur ab omnibus,

vel partim hac, partim secunda. Si *primum*; ergo decem fuissent azymorum dies usque ad vigesimam primam posteriorem; duplex enim erit eodem jure vigesima prima; ad posterioris autem vigesimæ primæ finem usurpassent azyma, qui ad decimæ quartæ secundæ finem pascha immolassent. Si *secundum*; ergo cum pascha primo fieret, fermentum adhuc erat in finibus Judæorum; imo iisdem in ædibus, si non omnes ejusdem domus eadem die comedere pascha voluissent. Sed hæc adversantur S. Scripturæ. Sic quoque oblatio manipuli spicarum non secunda, sed tertia azymorum die facta fuisset, contra Levit. 23. 9.

224. *Prob. 3^a. p. 1^o.* Quia et hæc fictitia est, nullo nixa fundamento in Scripturis, nec teste idoneo. 2^o. Nec est verosimile, Christum ex Juda, ac Davidis stirpe progenitum voluisse pascha manducare cum Galilæis potius, quam cum Judæis, qui profecto hinc Christum calumniandi causam habuissent. 3^o. Eadem quoque huc spectat ratio, quæ in præcedenti allata ex lege celebrandi paschatis, azymorum, et spicarum manipuli.

225. *Dico IV.* Christus non anticipavit ultimum pascha, ut schismatici Græci volunt; sed hoc celebravit, et proinde Eucharistiam instituit luna decima quarta exeunte, h. e. feria quinta ad hujus vesperam. Ita Latino- rum communis sententia.

Prob. utraque pars Conclus. I. EX SCRIPTURA. 1^o. Christus pascha legale ultimum celebravit prima die azymorum, quando ex legis præscripto debebat immolari vel occidi pascha, atque illud revera immolabant Judæi: atqui dies prima azymorum incipiebat luna decima quarta exeunte, eaque debebat immolari pascha, hocque immolabant Judæi; ergo.

Maj. constat ex tribus Evangelistis: Prima die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: ubi vis paremus tibi comedere pascha? etc., Matth. 26. 17. Primo die azymorum, quando pascha immolabant, Marc. 14. 12. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha; et misit Petrum et Joannem, dicens: euntes parate nobis pascha, ut manducemus, Luc. 22. 7. et 8.

Min. prob. Quia ante agni *immolationem* nec manducari poterat; nec obligabat lex ad comedenda azyma: sed agnus luna decima quarta exeunte, h. e. post meridiem debebat immolari, juxta probata num. 220.; ergo eadem luna decima quarta exeunte, scilicet post solis occasum debebat manducari agnus, tuncque obligabat lex de azymis, quibuscum agnus debebat manducari.

226. *Prob. II. EX TRADITIONE.* Christus passus est feria sexta, quæ erat luna decima quinta; sed Christus Eucharistiam instituit, *pridie, quam pateretur*, ante Eucharistiam vero celebraverat legalem cœnam; ergo luna decima quarta exeunte, h. e. feria quinta ad vesperam celebrato paschate Eucharistiam instituit. *Maj. constat ex totius latinæ Ecclesiæ sensu, et græcæ veteris, usque dum fatale dissidium exarsit inter utramque Ecclesiam. Min. eadem traditione constat; et ita habet Canon Missæ in feria quinta majoris Hebdomadæ, qui pridie, quam pateretur; quæ verba a tem-*

pore S. Petri Apostoli usurpata fuisse in Missa, tradit HUGO VICTORIN. L. 2. de Sacram. part. 8. cap. ult.

Neque dicas: Si Christus Eucharistiam instituit luna decima quarta exeunte post solis occasum, quod tempus erat initium lunæ decimæ quintæ; ergo Christus passus esset luna decima sexta, sive sabbato; vel si passus dicatur Christus luna decima quinta, h. e. feria sexta; ergo Eucharistiam instituisset luna decima quarta ante solis occasum, quia pridie, quam pateretur, instituit: sed id Scripturæ sacræ repugnat. Nam

R. N. *utramque sequel.* Certum enim est, per τὸ *pridie* intelligi feriam quintam, seu diem decimam quartam naturalem, cujus pars adhuc erat tempus post solis occasum; et vero hoc manifestat particula *hodie* addita in Canone feriæ quintæ, *qui pridie... hoc est, hodie.* Illud vero tempus diei decimæ quartæ post occasum solis duplici respectu dicebatur tempus lunæ decimæ quintæ *ineuntis*; erat lunæ decimæ quartæ *exeuntis*, hanc sumendo pro die *naturali*; erat simul initium lunæ decimæ quintæ, sed *legalis*; dum jam dicimus, Christum instituisse Eucharistiam luna decima quarta exeunte, per hanc non *legalis*, sed *naturalis* intelligitur, quæ tamen legaliter sumpta juxta Levit. 23. erat initium jam diei festi sequentis, quo passus est Christus, non proinde luna decima sexta. Pariter, quoad alteram sequelam, hinc patet, adhuc posse dici, Christum instituisse Eucharistiam luna decima quarta, etiamsi non ante, sed post solis occasum instituerit; quia hoc tempus post solis occasum vere pars erat lunæ decimæ quartæ naturalis. Omnium horum fundamentum est, quod apud Judæos soli dies festi a vespera inciperent, et terminarentur in altera vespera; minime vero dies profesti et alii; unum ergo idemque punctum temporis potest esse pars diei profesti, qui ut naturalis dies tantum numerabatur, et simul pars festi; et diversimode de utroque prædicari, quod eo in puncto factum est; luna vero decima quarta usque ad occasum solis tantum profesta fuit.

Prob. III. specialiter quoad part. 1^{am}. contra Græcos. Christus anteverendo pascha vel agnum ante immolatum manducasset, vel non. Si *primum*; ergo debuisset ante statutam in lege diem immolari, quod nullo modo est verosimile; cum id minime permisisset paterfamilias, nec ita clam id factum fuisset, quin proderetur vel a domesticis, vel Juda sacerdotibus, qui enim cœu legis reum criminandi nacti fuissent causam. Si *alterum*, rursus violatæ legis reum se fecisset, cum agnus deberet ante immolari, quam manducaretur; sicque et Christum et discipulos accusandi, damnandique ansam inde abundantem habuissent Judæi; qui, ut damnare eum possent, fingebant in eum crimina. Deinde verum pascha legale ante mortem celebravit Christus ex dictis supra; ergo agnum ante ex præscripto legis immolatum manducavit. Demum Patres, qui contra Quartodecimanos pugnant (sic dicebantur, qui contendebant pascha celebrandum esse cum Judæis die decima quarta, in quamcumque hebdomadæ diem incideret; eo quod Christus ipse die decima quarta suum pascha celebrasset), nunquam negabant, Christum ea die pascha manducasse.

227. *Obj. I. Ex Testamento veteri.* Christus ultimum suum legale pascha celebravit, et proin Eucharistiam instituit die, qua illud primo comederant Judæi ante egressum ex Ægypto, illudque postea solebant comedere; legem

enim adimplere venerat; constatque ex dictis Art. præced. Atqui Judæi primum pascha comederunt in Ægypto luna decima tertia desinente, et decima quarta ineunte, non hac exeunte; et Judæi postea eodem die, quo Patres eorum in Ægypto solebant pascha comedere; ergo.

Prob. min. 1^o. Judæi ex Ægypto egressi sunt altera die phase Num. 33. 3. *Profecti igitur de Ramesse mense primo, quinta decima die mensis, altera die phase, filii Israel*; ergo si luna decima quinta fuit altera dies phase, Judæi non manducarunt pascha vespere præcedente, sive luna decima quarta exeunte; quia vespera hæc pertinuisset ad lunam decimam quintam, et primam diem phase.

2^o. Non est verosimile, quod inter phase celebratum in Ægypto, et egressum Judæorum non intercesserit adhuc integer dies, si habeatur ratio eorum, quæ post celebratum phase gesta sunt; ergo luna decima tertia exeunte, et decima quarta ineunte manducasse agnum dicendi sunt; quia decima quinta egressi dicuntur. *Prob. Ant.* Nam 1. nocte, qua manducarunt agnum, nulli Judæorum licebat egredi ostium domus: *Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane.* Exod. 12. 22.; 2. in noctis illius medio percussit angelus omnia Ægyptiorum primogenita, Exod. 12. 29., quorum clamore, et sui primogeniti cæde commotus Pharaon Moysen et Aaronem accersit in Regiam, dictam *Memphis*, sitam ad occidentem Nili ripam; post datam Moysi egrediendi facultatem, hic redit ad Judæos; 3. vasa aurea et argentea, vestesque petierunt ab Ægyptiis, Exod. 12. 35.; 4. Judæi debebant in terra Gessen, inferioris Ægypti regione, non parum dissita a Memphi juxta Geographos; quomodo igitur Moyses vocatus intra tam breve tempus a medio noctis ejusdem, in cujus præcedente vespera manducarant agnum; venire Memphim, inde redire in terram Gessen potuit? Quomodo fieri memorata alia, egredique Judæi numero fere 600,000., non computatis parvulis et mulieribus? ergo adhuc intercessit dies, et Judæi celebrarunt pascha luna decima tertia desinente. Non est autem verosimile. Judæos postea ab hoc primi celebrati paschatis ritu recessisse.

3^o. Moyses ipse significat, Judæos egressos esse ex Ægypto tum ad occasum solis Deut. 16. 6. *Immolabis phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto*; ergo immerito exitus ille in eandem noctem conjicitur, qua pascha comederant.

R. C. M. N. *min. Ad prob. 1^{am}.* R. D. Profecti sunt de Ramesse altera die phase naturali C. legali N. Phase enim seu pascha celebrant luna decima quarta exeunte; egressi vero sunt eadem nocte post ejus medium circa, vel paulo ante diluculum, jam inchoata luna decima quinta, et sic altera die naturali.

Ad prob. 2^{am}. R. N. A. Singula objecta a medio noctis illius usque ad egressum Judæorum fieri commode potuerunt. Nam

Ad 1^{am}. R. Finis præcepti illius erat, ne egredientes e domibus Judæi in angelum percussorem inciderent, ut constat ex v. 23. seq. *Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, et in utroque poste, transcendet ostium domus, et non sinet percussorem ingredi domos vestras et lædere: igitur ultra tempus, quo constaret, percussorem angelum transiisse, præceptum non extendebatur.*

Ad 2^{am}. R. Regia Pharaonis tum non Memphis erat, sed Tanis, vel Taphnis,

sita pariter in Ægypto inferiore prope terram Gessen; ibi enim prodigia illa patrarat coram rege Moyses, juxta Ps. 77. v. 12. 43. *Fecit mirabilia in campo Taneos*. Moyses igitur vicinus erat regi. Imo verosimile est, Moysen, qui ultimam hanc plagam prædixerat Judæis, Exod. 12. futurorum consciuum cum Aarone ea nocte degisse in urbe regia. Vocatus nocte ad regem post ejus primogeniti cædem, acceptaque emigrandi facultate hanc vicinis Hebræis ipse detulit.

Ad 3^{am}. R. S. AUGUSTIN ait. Quæst. 43. in Exod., jam ante lunam decimam quartam et primogenitorum stragem Ægyptios dedisse Judæis vasa, idque Exod. 12. 36. per recapitulationem postremo loco referri. Deinde gratiam Deus dedit Judæis apud Ægyptios, ut libentes vasa darent, Exod. 12.

Ad 4^{am}. R. Jam constat ex dictis ad 2^{am}. Judæi igitur, præmonente Moysen, jam ad iter accincti, urgentibus insuper Ægyptiis ob primogenitorum cædem, adeo festinanter, ut nequidem fermentari panes potuerint, egressi sub finem noctis sine ordine, convenere in Ramesse; inde in turmas divisi, in Soccoth profecti sunt post meridiem ad occasum solis decima quinta die.

Ad prob. 3^{am}. R. N. A. Non enim hic per particulam *quando* determinata exitus hora notatur; sed nox juxta v. 1. præced: *Observa mensem novarum frugum, et verni primum temporis, ut facias phase Domino Deo tuo; quoniam in isto mense eduxit te Dominus nocte*. Quod igitur v. 1. cit. dicebatur *nocte*, in v. 6. indicatur sub occasu solis; nox enim ex occasu solis perficitur.

228. Obj. II. Si Christus luna decima quarta exeunte, feria quinta, celebravit pascha, et luna decima quinta, feria sexta, sit crucifixus; ergo eo anno, quo Christus mortuus, Pentecoste incidisset in sabbatum; sed hoc adversatur traditioni Ecclesiæ, quæ tenet, Spiritum sanctum die Pentecostes, et quidem Dominica in Apostolos descendisse; ergo. *Prob. sequela Maj.* Dies Pentecostes, quo offerri debebat sacrificium novum, celebrari debuit quinquagesimo die numerato a secundo die azymorum, in quo offerri debebat primus manipulus messis hordeaceæ, qui incidebat ex dictis eo anno in lunam decimam sextam Nisan, diem sabbati; ita enim præcipiebatur Levit. 23. 15. *Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, et sic offeretis sacrificium novum Domino*. Unde sic arguitur: Christus juxta nos mortuus est die prima azymorum, sive luna decima quinta mensis Nisan; ergo sabbatum sequens et decima sexta Nisan, erat altera vel secunda sabbati, sive azymorum, a quo si numerantur quinquaginta dies, Pentecoste in sabbatum incidit. Omissis variorum opinionibus,

R. C. M. Pentecosten nimirum Judaicam eo anno incidisse in sabbatum; Spiritus sanctus vero in Apostolos non sabbato illo, sed die sequenti, quæ nunc Dominica dicitur, descendit. Neque hoc adversatur traditioni Ecclesiæ; Patres enim, qui tradunt, quinquagesima die descendisse Spiritum sanctum, dies illos 50. non ab oblatione manipuli Judæorum, sed a Christi resurrectione, quæ die Dominica revera contigit, numerant, ut S. Leo M. præsertim serm. 3. de Pentec. Quod vero dicitur Act. 2. 1. *Cum comple-*

rentur dies Pentecostes... factus est repente de cælo sonus, etc. intelligi debet de completo tempore, ut sensus sit: elapso jam die Pentecostes Judaicæ, factus est sonus; quia in græco habetur: *in esse completum diem Pentecostes*; cui consonat arabs et syrus, dum vertunt: *cum igitur completus esset dies Pentecostes*.

229. Obj. III. cum P. CALINO. Probabilius videtur, Judæos veteres pascha celebrasse luna decima quarta ineunte; ergo et Christus legis observantissimus, eadem die celebrasse ultimum pascha dicendus est.

Prob. Ant. 1^o. Exod. 12. 6. ait MOYSES: *Servabitis eum (agnum) usque ad quartam decimam mensis hujus, immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam... et edent carnes nocte illa assas igni*. Ergo Hebræi comederant pascha luna decima quarta ineunte, quia dicuntur comedisse nocte illa, h. e. nocte lunæ decimæ quartæ; nox enim, quæ sequebatur lunam decimam quartam exeuntem, jam pertinebat ad lunam decimam quintam; quia Judæi quosvis dies inchoabant ab occasu solis, cumque eo terminabant.

2^o. Num. 28. 16. rursus inquit Moyses: *Mense autem primo, quarta decima die mensis, phase Domini erit, et quinta decima die solemnitas*. Atqui hoc loco duo distincti assignantur dies, unus pro celebrando phase, alter pro azymorum solemnitate; ergo sicut dies festus azymorum incipiebat luna decima quinta ineunte, sic dies pro celebrando phase destinatus luna decima quarta ineunte.

R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}. R. N. Cons. Dicuntur comedisse nocte illa, quæ sequebatur lunam decimam quartam exeuntem, et pertinebat ad eandem ceu pars ad diem suum naturalem usque ad noctis medium, ante quod agnum comedere debebant Judæi. Ab his vero omnes dies inchoatos fuisse ab occasu solis, gratis ac sine fundamento supponitur juxta dicta Art. 1.; luna autem decima quarta usque ad occasum solis, post quem incipiebat dies festus, tantummodo dies profestus fuit. Eadem solutione constant alii similes textus.

Ad prob. 2^{am}. R. N. min. Luna decima quarta exeunte dicitur esse phase Domini, quia vespera illa peculiariter dicata erat recolendo illi beneficio, quando angelus percutiens Ægyptiorum primogenitos pertransiit Hebræorum domos, his intactis; hinc, etsi revera agnus jam manducari deberet cum azymis, horumque dies festus haberet initium, phase tamen potius dicitur; sicut et contra dies decima quinta sequens azymorum solemnitas dicitur, quod peculiariter dicata esset recolendo beneficio alteri, eductionis ex Ægypto; etsi enim ambæ solemnitates ita jungerentur, ut phase esset simul initium festi azymorum; neutra tamen pertinebat ad alteram. In textu igitur Num. 33. per diem decimam quartam et decimam quintam, utrobique dies naturalis debet intelligi. Et vero dies decima quarta usque ad occasum solis et phase tantum profesta fuit.

230. Obj. IV. cum LAMY et aliis. 1^o. Agnus certis cum ritibus manducari debuit: nam 1. parari jam die decima debuit Exod. 12. 3.; 2. antequam comederetur, immolari debuit in templo Deut. 16. 6.; 3. debebat manducari v. p. 1.

ducari cum lactucis agrestibus Exod. 12. 8. ; item stando ; debebant comedentes habere accinctos renes ; viatorios baculos in manibus ibid. v. 11. : atqui hæc Christus non observavit in cœna ultima ; ergo tunc pascha legale omnino non celebravit.

2º. Imperceptibile est, quod ad unius diei vesperam a sacerdotibus, ac quidem in templo probari primum, deinde immolari vel mactari potuerint tot agni paschales offerendi ab innumerabili multitudine hominum tam incolarum Hierosolymæ, quam advenarum Judæorum aliorum et Galilæorum. Rectius igitur duplex neomenia, paschaque cum PEZRONIO, vel HARDUINO statuitur.

Ad 1^{um}. R. Quosdam esse ritus, qui in primo tantum paschate Ægyptiaco erant observandi ; tales fuere, quod deberent accincti esse renibus manducantes, tenere manibus baculum, plerique ferme, qui Exod. 12. usque ad v. 15. præscribuntur. Quod agnus deberet stando comedi, de hoc nihil in lege exprimitur. Interim anno emortuali Christi adhuc viguisse consuetudinem parandi decima die agnum, sine incommodo asseri potest ; imò suadet ratio, ut interea probaretur agnus, an (qualem volebat lex) vitio careret. Parabant autem præscripto die agnos, ut ostendit CLAUDIUS de Sanctis apud SALMERON. tomo 9. tract. 3. cives Hierosolymitani, qui eosdem venientibus exteris ad celebrationem paschatis, item cœnacula, aliaque necessaria accepto pretio subministrabant. Hinc liquet, quomodo Christus feria quinta mittere potuerit in civitatem discipulos, qui pascha pararent. Vid. Marc. 14. v. 13. et 15. Immolatio vero ceu necessaria a Judæis pro omni ævo habita fuit ; non tamen fieri in templo debuit, ut dicitur. Sed et hunc ritum Christus non neglexit ; uti ex nunc dicendis colligitur.

Ad 2^{um}. R. Imprimis probatio agni penes patremfamilias fuit, qui ideo jam die decima eum comparabat. Sed et immolatio, vel mactatio ad eosdem pertinuit ; quin necesse esset, agnum immolari in templo, multo minus a sacerdotibus. Ita certe in Ægypto immolatio peragebatur ; stirpe vero Aaronica in sacerdotium sublimata, nihil quoad ritum immolandi immutatum fuit ; sed lex lata a Moyse Exod. 12. v. 6. et v. 21. 47. potius secutis seculis ita permansit, PHILONE oculato teste L. 3. de Vita Moysis. (opp. p. 686. D. edil. Paris. an. 1640.) : *Ejus mensis die decima quarta, sub ipsum tempus, quo luna suum orbem solet complere lumine, celebratur migrationis publica festivitas, quam chaldaice pascha nominant. Quo tempore, non ut alias plebei homines victimas adducunt ad altare mactandas a sacerdotibus ; sed jubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque mactat hostiam suis manibus.*

Nec huic obstat illud Deut. 16. 5. et 6. : *Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi ; sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi ; hic enim locus erat civitas Hierosolymitana tota, quæ ideo quoad hoc urbibus aliis opponitur.*

231. Obj. V. Ex Testamento novo cum Græcis, tum P. LAMY, aliisque negantibus, Christum ad ultimam cœnam legale pascha celebrasse, vel illud celebrasse luna decima quarta exeunte.

1º. Joan. 13. 1. dicitur : *Ante diem festum paschæ, sciens Jesus, quia*

venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem ; cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos ; et cœna facta, etc. ; si ergo ante diem festum paschæ celebravit ultimam cœnam, ac Eucharistiam instituit, id non luna decima quarta exeunte, qua festum paschæ inchoabatur, fecit ; sed luna decima tertia desinente ; vel plane non celebravit pascha.

2º. Ibid. cum Christus ad finem convivii Judæ dixisset : *Quod facis, fac citius, Apostoli v. 29. putabant, quia oculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus : eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum... erat autem nox ; ergo festum tum (quando Christus celebrabat cœnam ultimam) nondum inierat ; ergo non luna decima quarta exeunte, qua revera inibat festum, sed luna anteriore illam peregit.*

3º. Joan. 18. 28. de Judæis, qui Christum adduxerant ad Pilatum, dicitur : *Et ipsi non introierunt in prætorium (Pilati gentilis), ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha ; ergo vel Christus celebratione ultimæ cœnæ legalis, ac proin institutione Eucharistiæ anteverit, ut volunt Græci, lunam decimam quartam exeuntem, destinatum celebrando paschati, sicque Christus mortuus est feria quinta ; vel Judæi distulerunt pascha.*

4º. Christus Joan. 19. 14. passus dicitur in parasceve paschæ : *Erat autem parasceve paschæ hora quasi sexta ; sed parasceve paschæ est præparatio, vel. ut nos loquimur, vigilia paschæ, quæ erat luna decima quarta ; ergo si hac mortuus sit, pascha celebravit luna decima tertia.*

5º. Matth. 26. 5. Ipsi sacerdotum principes decernunt, Christum in die festo paschæ vel azymorum occidi non oportere : *Non in die festo ; ne forte tumultus fieret in populo.* Ergo ante lunam decimam quintam, feriam sextam, in quam tunc incidebat dies festus, crucifixus est ; ergo luna decima quarta ; ergo ante hanc, sive luna decima tertia, novissimam cœnam et pascha habuit.

232. Ad 1^{um}. R. D. Ante diem festum naturalem, vel artificialem C. legalem N. Joannes ad genium populi hic loquitur, qui diem decimam quintam solemnem, festum vulgo habebat, quod hujus solemnitas esset maxime conspicua, juxta illud Levit. 23. 5. *Decima quarta die mensis ad vesperam, phase Domini est, et decima quinta die mensis hujus solemnitas azymorum est.* Sicque omnino concordat S. Joannes cum tribus Evangelistis aliis, qui diem legalem usurpant : *primo die azymorum.* Primus dies azymorum inchoabatur luna decima quarta post occasum solis, eratque dies decima quinta legalis ; dies autem decima quinta naturalis initium ducebat a media nocte. Joannes igitur, dum inquit, *ante diem festum, sive diem decimam quintam, intelligit lunam decimam quartam exeuntem, quod tempus vere erat ante diem festum, sive diem decimam quintam naturalem.*

Nec obstat, quod dicat Joannes : ante diem festum paschæ, non vero azymorum ; nam festum azymorum a præcedente celebritate paschatis passim nomine paschæ insigniri solebat ; Luc. 22. 1. Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Et Act. 12. omnes dies azymorum vocantur pascha. Sic et Josephus L. 17. Antiquit. cap. 11. Festum, ait, azymorum pascha vocatur. Et L. 18. cap. 3. Dum celebraretur azymorum solemnitas, quam pascha nuncupamus.

Ad 2^{um}. R. N. *Cons. utramque.* Putabant Apostoli, Judam missum esse ad emenda necessaria pro victu diei sequentis, decimæ quintæ, quæ, ut ante notatum, antonomastice *solemnis, festus* dicebatur.

Si dicas: Diebus festis non licebat emere quidquam; sed, cum Judas exiret a cœna, jam inceperat dies festus; ergo.

R. N. M. Nulla enim in Scripturis lex est, quæ id vetet. 1^o. Exod. 12. permittitur diebus festis præter sabbatum ea apparare, quæ ad vescendum pertinent: si vero apparare liceret; ergo et emere iis, qui nihil alias habuissent, nisi prius emissent. Si vero id liceret ad ordinarios vitæ usus, quanto amplius ad sacros? Quæ enim ad sacrificia pertinent, festorum dierum sanctitati non officiant. Poterant autem etiam putare discipuli, Christum in festo solemnī mane velle peragere consueta sacrificia, aut oblationes, ideoque Judam exiisse ad emendas victimas, aliaque, quibus opus esset *ad diem festum*.

Ad 3^{um}. R. D. Ut manducarent *pascha*, h. e. agnum paschalem N. victimas paschales C. *Paschæ* nomen variæ significationis est; ejus nomine non solum paschales agni veniebant, sed et totum azymorum festum; item victimæ pacificæ per septem azymorum dies cædi solitæ; et illæ præsertim hostiæ, quas die decima quinta omnes, qui apparebant coram Domino, offerre tenebantur Deut. 16. 2. *Immolabis phase Domino Deo tuo de ovibus et de bobus... non comedes in eo panem fermentatum; septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem.* Unde *subs.* Sed pascha, quod debebat absque fermento comedi septem diebus, non erat agnus paschalis, qui luna decima quarta ad vesperam debebat totus manducari, ut nihil de eo remaneret usque mane; ergo per pascha hic intelliguntur aliæ victimæ, cibique paschales.

Ad 4^{um}. R. N. *min. Parasceve* equidem præparationem sonat; hic vero non significat præparationem ad paschalis agni manducationem, sed sequens sabbatum, ac dicitur *parasceve paschæ*, quia eo anno initium sabbati in ipsam paschalem solemnitatem incidebat. Sic nos dicimus Dominica paschæ, quia pascha in Dominicam incidit. Responsio ex eod. Joan. 19. 31. constat, ubi de eodem, quo Christus mortuus, die loquens inquit: *Judei ergo, quoniam parasceve erat, ut non remaneret in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, etc.*; ergo erat parasceve sabbati. Ita quoque Lucas cap. 23. v. 54. *Dies erat parasceves: et sabbatum illucescebat:* Marcus cap. 15. v. 42. adhuc apertius: *erat autem parasceve, quod est ante sabbatum, προσάββατον;* prosabbati autem nomine exprimi feriam sextam, nemo ignorat. Dicitur autem sabbatum hoc: *magnus dies sabbati*, non quod dies primus solemnī azymorum perfecte coincideret, et totus cum die sabbati; sed quod in alteram azymorum diem, sicque in tempus paschale, vel dies paschales incideret; itaque esset geminata festivitas. Tum etiam ideo dicebatur *magnus*, quod eo anno in sabbato utpote altero azymorum die juxta legem fieri deberet oblatio mancipuli spicarum, a quo Pentecoste numerabatur.

Ad 5^{um}. R. N. *Cons.* Equidem ita dixerant Judæi biduo ante in concilio, non ex religionis motivo, sed politico, *ne tumultus fieret in populo.* Verum nacta a proditore Juda opportunitate perdendi Jesum, mutaverunt mentem

in ipsa paschali nocte, eum jusserunt capi, et ipso solemnī festo a Pilato damnari ac crucifigi postularunt.

233. *Obj. VI.* Sententiæ nostræ adversatur historia Evangelica, varia referens facta, quæ, si dies mortis Christi fuisset decima quinta, feria sexta, paschalis et prima solemnī azymorum, fieri non potuissent; ergo tunc mortuus non est; consequenter nec luna decima quarta, feria quinta, cœnam legalem, nec Eucharistiam celebravit.

Prob. Ant. Nam 1^o. qui Christum capiebant nocte, armati erant gladiis et fustibus Matth. 26. et 47.; sed nox illa juxta nos paschalis fuit et festa, qua id Judæis permissum non fuit. 2^o. Judicia, capitalia præsertim, inhibita erant Hebræis in diebus festis; sed nostro in systemate Christus in ipso solemnī paschæ festo accusatus, damnatus, crucifixus fuisset. 3^o. Joseph decurio emit sindonem; ea involvit corpus Christi, sepelivit; hæc autem die festo non licebant.

R. 1^o. Frustra quæritur, an fieri aliquid potuerit, dum constat de facto; sed ex Scripturis et Patribus certum est, Christum die festo ac solemnī esse mortuum; nam Matthæus cap. 27. 15. ait, tunc fuisse *diem festum*; Marcus cap. 15. 6. *diem festum*; similiter Lucas cap. 23. 17. Ex Patribus JUSTIN. Dial. cum Tryph. n. 111., TERTULLIAN. contra Judæos c. 10. et Marcion. L. 4. c. 40., CYRILL. Hierosolym. Catech. 13. n. 25., CHRYSOSTOM. homil. 82. in Joan. n. 3., AUGUSTIN. Tract. 114. in Joan. n. 2., etc.

R. 2^o. Do, varias a Judæis tum factas fuisse transgressionem legis, quas conscientia pharisaica vel nullas putabant, vel leves, quibus ipsum Christidum non videbatur crimen. Nonne constat, eosdem in celebrioribus etiam festis Christo mortem esse machinatos, in festo encæniorum Joan. 10. 31.; in festo tabernaculorum Joan. 8. 59.; quin altera die, *quæ est post parasceven*, proinde juxta adversarios die sabbati et festo paschali, nonne principes sacerdotum et pharisæi accesserunt ad Pilatum, rogantes, ut milites daret ad custodiendum sepulcrum, ipsique obtenta facultate posuerunt custodes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem? Matth. 27. 62. Sed

R. 3^o. Qui Christum capiebant, servos fuisse sacerdotum, qui forte gentiles erant, nec proinde Judæorum legibus adstricti; si veræ sint illæ leges. Quin pleraque gesta per Romanos sunt et Pilatum, in quem totum iudicium conjecerunt.

Dixi: *si veræ sint leges*; probabilius enim eæ leges non existebant. Nam 1^o. diebus festis vetitum non fuisse, sacrilegum capere ex Num. 15. 32. intelleximus, ubi sabbato ligna colligens si deprehensus esset, non tantum eadem die captus fuit; sed et videtur statim ac sine mora lapidibus obrutus: Christum autem ceu religionis suæ hostem, ac blasphemum, quod Filium Dei se dixisset, incusabant.

2^o. Omnia iudicia criminalia die festo fuisse Judæis prohibita, nulla ex lege evincitur; sed potius contrarium quoad delicta saltem contra religionem admissa ex cit. Num. 15. Sed et multis ostendit DRUSUS ad cap. 26. Matth. et ipse P. AMICUS, vulgo LAMY Hist. Pasch. cap. 10., moris apud Hebræos fuisse, ut hominum facinorosorum quorumlibet supplicia reservarentur in proximum solemnē festum, quo Judæi solebant convenire Hierosolymis, ut juxta illud Deut. 17. 13. cunctus populus audiens timeret.

3º. Demum emptio aromatum pro condiendis defunctorum corporibus, sepultura, et id genus alia pietatis ac misericordiæ opera, nulla lege reperimur fuisse prohibita. Imo vero si Tobia viro religiosissimo videretur pietatis ac religionis opus, occisi cadaver ipso sabbato portare domum Tob. 2. 1. et 2.; cur alio festo die nefas fuerit sepelire?

CAPUT II.

DE VERITATE EUCHARISTIÆ, SIVE REALI CHRISTI IN EADEM PRÆSENTIA.

234. Dogma catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia nitide tradit Concilium TRIDENTIN. Sess. 13. cap. 4. *Principio*, inquit, *docet S. Synodus, et aperte ac simpliciter profletur, in almo S. Eucharistiæ sacramento post panis et vini consecrationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum atque hominem realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri*. Si Berengarium in sec. XI. (qui tamen errorem retractans obiit) exceperis, nemo dogma hoc inficiatus directe fuit usque ad Calvinum et Sacramentarios, non aliter Christum in hoc sacramento præsentem asserentes, quam in signo et figura; vel objective, quatenus fide apprehenditur; vel secundum virtutem aliquam; cui doctrinæ hæc in TRIDENTINO opponuntur particulæ: *vere, realiter, substantialiter*. Nos præsentis capite, dogma catholicum propugnaturi contra Calvinum et Sacramentarios argumenta depromimus 1º. ex Scripturis sacris, 2º. ex Traditione, 3º. ex Præscriptione. Ex Scripturis primum ex promissione Joan. 6.; alterum ex institutione desumemus. Unde sit

ARTICULUS I.

AN EX CAP. 6. JOANNIS RECTE PROBETUR CHRISTI IN EUCHARISTIA REALIS PRÆSENTIA?

235. De Eucharistia in hoc cap. 6. Joannis sermonem institui, Protestantes, præsertim antiquiores, inficiantur passim, volentes, non de alia manducatione Christi eo loco disseri, quam spirituali per fidem in eundem incarnatum, qui se metaphoricè *panem vivum, panem celestem* appellat. Verum, quod hic interim observamus, dum de Eucharistia hoc cap. agi negant adversarii, quo se Catholicorum argumentis expediant, inde realem carnis Christi manducationem probantium, laqueo se contradictionis implicant; dum enim alibi de Communionis necessitate sub utraque specie movetur controversia, ad illam contra Catholicos asserendam ad hoc cap. 6. v. 54. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ceu dogmatis sui firmissimum præsidium recurrunt. Quæ vero ista coherentia?

Catholicos quod attinet, affirmant fere universi a v. 52. *Panis, quem ego dabo, caro mea est*, de Eucharistia ac reali manducatione carnis Christi sermonem esse; idque juxta PALLAVICINUM Hist. Conc. Trid. L. 17. cap. 11. adeo certum Patribus Tridentinis visum, ut multi id definiri tanquam de fide poscerent; obtinissentque, nisi obstitisset Granatensis episcopus, recentiorum quorundam expositionem obmovens, qui, ut argumenta præcederent Novatorum Wicleffi, Huss, Lutheri, Calvini, etc. ex his: *Nisi manducaveritis*, etc. necessitatem Communionis sub utraque specie inferentium, aiebant, non de Eucharistia, vel manducatione sacramentali, sed spirituali per fidem Christum loqui. Quorum principes fuere Cardin. de ALLIACO, Cardin. CUSANUS, JANSENIUS Gandavensis, TAPPERUS, quibus condonandum aliquid, quod eo non veritate inducti sint, sed quod aliter solvere Novatorum argumentum se non posse crederent; sive ut MALDONATUS noster in hoc cap. 6. disserit: *Quod, ut benignissime dicam, est temerarium, gravioribusque condemnarem verbis homines bene catholicos, nisi compertum haberem, errore magis animi, quam vitio in hæreticorum dogma impigisse*.

Ne qua vero sit ambiguitas, observandum, non contendere nos, in toto hoc cap. Joannis 6. de Eucharistia sola a Christo agi. De triplici enim manducatione in eo sermo est; unde in tres partes dividitur. In prima usque ad vers. 25. de prodigiosa quinque panum multiplicatione; in secunda de cibo spirituali, sive fide in Christi Incarnationem usque ad vers. 52.; inde vero in tertia demum parte usque ad finem de reali carnis Christi manducatione a Christo disseri contendimus; quam hic ad pleniorum argumenti intelligentiam præmitto.

Versu 52. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*

53. *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

54. *Dixit ergo eis Jesus, amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

55. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.*

56. *Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.*

57. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.*

58. *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me.*

59. *Hic est panis, qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

60. *Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.*

61. *Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?*

62. *Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dicit eis: Hoc vos scandalizat?*

63. *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius?*

64. *Spiritus est, qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*

65. *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt...*

3º. Demum emptio aromatum pro condiendis defunctorum corporibus, sepultura, et id genus alia pietatis ac misericordiæ opera, nulla lege reperuntur fuisse prohibita. Imo vero si Tobia viro religiosissimo videretur pietatis ac religionis opus, occisi cadaver ipso sabbato portare domum Tob. 2. 1. et 2.; cur alio festo die nefas fuerit sepelire?

CAPUT II.

DE VERITATE EUCHARISTIÆ, SIVE REALI CHRISTI IN EADEM PRÆSENTIA.

234. Dogma catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia nitide tradit Concilium TRIDENTIN. Sess. 13. cap. 4. *Principio*, inquit, *docet S. Synodus, et aperte ac simpliciter profertur, in almo S. Eucharistiæ sacramento post panis et vini consecrationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum atque hominem realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri*. Si Berengarium in sec. XI. (qui tamen errorem retractans obiit) exceperis, nemo dogma hoc inficiatus directe fuit usque ad Calvinum et Sacramentarios, non aliter Christum in hoc sacramento præsentem asserentes, quam in signo et figura; vel objective, quatenus fide apprehenditur; vel secundum virtutem aliquam; cui doctrinæ hæc in TRIDENTINO opponuntur particulæ: *vere, realiter, substantialiter*. Nos præsentis capite, dogma catholicum propugnaturi contra Calvinum et Sacramentarios argumenta depromimus 1º. ex Scripturis sacris, 2º. ex Traditione, 3º. ex Præscriptione. Ex Scripturis primum ex promissione Joan. 6.; alterum ex institutione desumemus. Unde sit

ARTICULUS I.

AN EX CAP. 6. JOANNIS RECTE PROBETUR CHRISTI IN EUCHARISTIA REALIS PRÆSENTIA?

235. De Eucharistia in hoc cap. 6. Joannis sermonem institui, Protestantes, præsertim antiquiores, inficiantur passim, volentes, non de alia manducatione Christi eo loco disseri, quam spirituali per fidem in eundem incarnatum, qui se metaphorice *panem vivum, panem celestem* appellat. Verum, quod hic interim observamus, dum de Eucharistia hoc cap. agi negant adversarii, quo se Catholicorum argumentis expediant, inde realem carnis Christi manducationem probantium, laqueo se contradictionis implicant; dum enim alibi de Communionis necessitate sub utraque specie movetur controversia, ad illam contra Catholicos asserendam ad hoc cap. 6. v. 54. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ceu dogmatis sui firmissimum præsidium recurrunt. Quæ vero ista coherentia?

Catholicos quod attinet, affirmant fere universi a v. 52. *Panis, quem ego dabo, caro mea est*, de Eucharistia ac reali manducatione carnis Christi sermonem esse; idque juxta PALLAVICINUM Hist. Conc. Trid. L. 17. cap. 11. adeo certum Patribus Tridentinis visum, ut multi id definiri tanquam de fide poscerent; obtinissentque, nisi obstitisset Granatensis episcopus, recentiorum quorundam expositionem obmovens, qui, ut argumenta præciderent Novatorum Wicleffi, Huss, Lutheri, Calvini, etc. ex his: *Nisi manducaveritis*, etc. necessitatem Communionis sub utraque specie inferentium, aiebant, non de Eucharistia, vel manducatione sacramentali, sed spirituali per fidem Christum loqui. Quorum principes fuere Cardin. de ALLIACO, Cardin. CUSANUS, JANSENIUS Gandavensis, TAPPERUS, quibus condonandum aliquid, quod eo non veritate inducti sint, sed quod aliter solvere Novatorum argumentum se non posse crederent; sive ut MALDONATUS noster in hoc cap. 6. disserit: *Quod, ut benignissime dicam, est temerarium, gravioribusque condemnarem verbis homines bene catholicos, nisi compertum haberem, errore magis animi, quam vitio in hæreticorum dogma impigisse*.

Ne qua vero sit ambiguitas, observandum, non contendere nos, in toto hoc cap. Joannis 6. de Eucharistia sola a Christo agi. De triplici enim manducatione in eo sermo est; unde in tres partes dividitur. In prima usque ad vers. 25. de prodigiosa quinque panum multiplicatione; in secunda de cibo spirituali, sive fide in Christi Incarnationem usque ad vers. 52.; inde vero in tertia demum parte usque ad finem de reali carnis Christi manducatione a Christo disseri contendimus; quam hic ad pleniorum argumenti intelligentiam præmitto.

Versu 52. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.*

53. *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

54. *Dixit ergo eis Jesus, amen, amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

55. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.*

56. *Caro enim mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.*

57. *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.*

58. *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me.*

59. *Hic est panis, qui de celo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

60. *Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.*

61. *Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?*

62. *Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dicit eis: Hoc vos scandalizat?*

63. *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius?*

64. *Spiritus est, qui vivificat: caro non prodest quidquam. Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*

65. *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt...*

67. *Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, et jam non cum illo ambulabant.*

68. *Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid et vos vultis abire?*

69. *Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vite æternæ habes.*

236. *Dico.* Ex cap. 6. Joannis a vers. 52. realem Christi in Eucharistia præsentiam invicte inferunt, et probant Catholici. Argumentum tale est:

Christus hoc loco promisit, se daturum carnem suam ad manducandum, et sanguinem ad bibendum vere ac realiter, non figurate in signo, vel spiritualiter solum per fidem; ergo etiam ita postmodum in cœna ultima Eucharistiam instituit, ut hæc Christi carnem et sanguinem vere ac realiter contineret. *Cons.* patet; quia Deus ex natura fidelis fallere quemquam promittendo non potest. Igitur, circa quod solum est controversia,

Prob. Ant. 1°. Christus loquitur de cibo et potu novo, et adhuc futuro, sive adhuc a se dando, ut constat ex his: *Panis, quem ego dabo; et rursus ex illis: Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem (quem scilicet daturus sum) vivet in æternum;* ergo hic non loquitur de manducatione spirituali et in figura; quia alias nec novi aliquid, nec adhuc futuri annuntiaret; cum enim hæc loqueretur, plures in eum credebant, Apostoli, aliique discipuli; et ita Calviniano sensu eum manducabant spiritualiter. Quin ita Christum manducaverant sub veteri Lege Judæi 1. Cor. 10. 3. et 4. *Omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibeant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus).* Et vero fides in Christum omnium temporum fuit, eritque; ac omnibus ab Adami lapsu necessaria fuit.

2°. Non solum Judæi, sed et multi discipulorum Christi inde graviter fuerant offensi, quod Christus carnem suam manducandam sponderet, et bibendum sanguinem vers. 53. 61. et 67.; ergo intelligebant verba Christi de manducatione et potatione reali; de spirituali enim manducatione aut potatione per fidem, vel figurata in aliquo signo non poterant offendi. Etsi vero errarent in hoc, quod putarent, Christum daturum carnem suam manducandam, cruento visibili modo, quo carnes in frusta concisæ manducari solent; non tamen errabant in hoc, quod verba Christi de reali manducatione intelligerent; quia Christus alias, ne verba sua, erronee accepta, essent in Ecclesia erroris causa, hanc opinionem erroneam ipsis emisisset; sicut parabolis conceptu faciliores discipulis alias exponebat, erroremque priorem de manducatione cruenta visibili correxit per hæc: *Caro non prodest quidquam, spiritus est, qui vivificat.* Atqui opinionem eorum de manducatione reali prorsus non correxit; sed, quantum potuit, persuadere est conatus, juramento affirmans, ipsos vitam non habituros, nisi carnem suam manducarent, et sanguinem biberent; carnem suam vere esse cibum, et sanguinem vere esse potum: hancque illorum opinionem suæ Ascensionis miraculo, ut nunc videbimus, firmavit, difficultatem in animis Judæorum natam, quomodo posset dare carnem suam ad manducandum, adhuc augens et corroborans.

3°. Visa hac difficultate in Judæorum animis, hæc, aiebat Christus, vos

scandalizat; h. e. concipere non potestis, quomodo futurum sit, ut carnem meam vobis manducandam præbeam; quid ergo cogitabitis, si videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius. vers. 63. Nam quod homo hominis in terra carnem manducare possit, concipi adhuc potest; quod autem hominis in cœlum sublato caro manducari possit in terra, longe difficilius captu est. Ex quo sic: Manducatio, de qua Joan. 6. disserit Christus, difficilius erat futura post ejus in cœlos ascensionem, quam ante hanc; sed ascensio Christi in cœlum equidem manducationem ejus carnis realem in terra facit difficiliorem, minime vero spiritualem, percipiendam per fidem; ad fidem enim locorum distantia nihil facit; tamque est facile in Christum post ascensionem credere, quam ante eandem.

4°. Christus ait, carnem suam vere esse cibum, et sanguinem suum vere esse potum; ubi, quod sæpius ibi fit, segregatur cibus a potu, quod frustra fieret, si de cibo vel potu spirituali per fidem sermo esset; cum in perceptione Christi per fidem unum idemque omnino sit, *manducare et bibere.*

5°. Christus promittit cibum, qui manna præstantior sit: *Non sicut manducaverunt patres vestri manna,* etc.: sed panis communis in ratione signi aut figuræ solius non est præstantior manna prodigiose producto; nec minus in manna, quam pane alio Christus potest fide percipi; ergo.

6°. Si quæ sit de vero sensu S. Scripturæ contentio, illum ediscere oportet ex SS. Ecclesiæ Doctoribus, qui illum utique ut ab Apostolis traditum referunt; sed illi relata Joannis verba communi nobiscum sensu, naturali scilicet et proprio acceperunt, quod patebit ex argumento petito a traditione et præscriptione.

237. *Obj. I.* Christus Joan. 6. de manducatione per solam fidem loquitur; ergo.

Prob. Ant. 1°. Christus enim hic disserit de ea manducatione, quæ certo vitam æternam conferat: atqui sacramentum Eucharistiæ hanc certo non præstat; non enim omnes consequuntur salutem, qui ad illud accesserint.

2°. In eo loco fit sermo de eo, sine quo vita æterna obtineri non potest: *Nisi manducaveritis,* etc.: atqui citra Eucharistiæ perceptionem obtineri vita æterna potest, ut patet in parvulis, quibus nunc a sec. XII. usque huc non amplius Eucharistia datur; sed neque adultus ideo periisse dicendus est, si casu hujus expertus sacramenti decessisset.

3°. Sermo hic instituitur de eo cibo, qui dat vitam independentem ab Eucharistiæ institutione; jam enim tunc dabat vitam, cum Christus ea proferret, ut constat ex his: *Qui manducat hunc panem.* Item: *Nisi manducaveritis,* etc.; nondum enim tunc Eucharistia instituta fuerat.

4°. Si ille Joannis locus de Eucharistia debeat accipi; ergo sequeretur, communionem sub utraque specie esse omnino singulis necessariam; nihil enim disertius est his Christi verbis: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis;* sed juxta Catholicos communicatio sub utraque specie non est necessaria omnibus; ergo.

5°. Christus ipse verba sua de manducatione spirituali per fidem exponit vers. 64. *Spiritus, inquit, est, qui vivificat: caro non prodest quidquam;* ergo.

R. D. Ant. Agit de sola fide in toto hoc capite N. usque ad vers. 52. juxta

dicta num. 235. *C.* Agit de Eucharistia primum a vers. 32.; ab hoc enim usque ad finem agi de Eucharistia, evincunt rationes datæ, fuitque ea constans mens Patrum et Ecclesiæ, dum ob ea verba hujus capitis: *Nisi manducaveritis*, etc. compluribus in Ecclesiis usque ad sec. XII. consuetudo viguit, dandi Eucharistiam infantibus. Patrum sententias dabimus infra, ubi de traditione. Nimirum 1º. Christus dissevit de pane inter frangendum multiplicato; inde assurgit ad panem coelestem, in quo seipsum incarnatum proponit, in quem credere necesse sit; tandem spondet alium panem a se dandum, in quo carnem suam vere manducandam, et sanguinem vere potandum daret.

Ad prob. 1ºam. R. D. M. Quæ certo vitam conferat, spectata rei natura *C.* spectata qualibet subjecti conditione *N.* Idem de Eucharistia hic dicitur apud Joannem quod alibi de Baptismo: *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit*; quod de invocatione: *Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*; quæ similiaque dicuntur ob virtutem rebus ipsis inditam ad hunc effectum, licet is vitio subjecti impediri possit. Deinde difficultas hæc in ipsam manducationem spiritualem per fidem recidit; si quid enim valeat objectio, deberet fides certo salutem conferre singulis; at multi, postquam Christum manducarant per fidem, salute exciderunt.

Ad prob. 2ºam. R. D. M. Sine quo vita æterna haberi non possit absolute, nullo prorsus excepto *N.* a quibusdam, sumere Eucharistiam contra præceptum sua culpa omittentibus *C.* Constabit responsio, ubi de sacramenti hujus necessitate disserendum erit. Interim sua ipsis adversariis objectio solvenda est; contendunt enim, hic sermonem esse de manducatione per fidem. Sciscitari igitur ex ipsis libet, num ea manducatio per fidem sit ita necessaria singulis, ut citra eam haberi salus a nemine possit? Si affirmet: quid igitur de infantibus fiet, qui hujus manducationis capaces non sunt? Dicent, eos habere fidem habitualement; sed *manducare* non habitum, sed actionem sonat; eliciendi vero actum fidei infantes incapaces sunt; proinde et manducationis hujus spiritualis. Si vero manducationem Christi per fidem restringant ad certum genus hominum: cur idem nobis vetitum sit?

Ad prob. 3ºam. R. N. Ant. ejusque probationes; hoc enim vers. 57. *qui manducat meam carnem*, suppleendum est ex vers. 52. *quam ego dabo*; unde uterque textus tempus futurum, non præsens respicit. Alter vero textus: *nisi manducaveritis*, etc. non magis pro Judæis probat necessitatem manducandæ actu tunc Christi carnis, quam ille Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, etc. probabat necessitatem actualem suscipiendi Baptismi pro Nicodemo et aliis.

Ad prob. 4ºam. R. N. *sequel.* Christus eo loco de Eucharistia dissevit, simulque dat legem de carne sua in illa manducanda, et bibendo in eadem sanguine suo; mens vero ejusdem non fuit, ut manducaretur caro, et sanguis biberetur seorsim sub diversis speciebus; ac proinde in ea Christi lege tantum duo includuntur, sacramentum videlicet, et res, quæ in eo continetur, ut ex iis, quæ suo loco de modo sumendi Eucharistiam disputabimus, fiet palam; et interim vel ex hoc ipso capite evincitur, dum ibidem vita promittitur alterutri speciei.

Ad prob. 5ºam. R. N. Ant. et explico textum: Non prodest quidquam sensu Capharnaitarum manducata *C.* manducata spiritu, sacramentaliter *N.* In

verbis Christi, ut dictum supra, duo apprehenderant Capharnaitæ: primum, manducandam esse Christi carnem realiter; alterum, ac quidem manducandam modo visibili, carnali, quo carnes aliæ, quæ in macello venditæ, concisæ vulgariter manducari solent. Primum non correxit Christus, sed sub juramento firmavit: alterum correxit objecto textu: *Caro non prodest quidquam*, nimirum manducata solum carnaliter. Quod vero Christus per ea verba corrigere manducationem suæ carnis realem sacramentalem noluerit, inde patet, quod nihilominus post hanc Christi sententiam capere non possent Judæi ac discipuli, quomodo dare carnem suam ad manducandum posset, adhuc scandalizarentur, imo a Christo discederent; sed si per hæc: *caro non prodest quidquam*, etc. indicare voluisset, carnem suam non realiter, sed spiritualiter duntaxat per fidem manducandam esse, nihil tunc captu fuisset difficile ultra; nulla amplius ratio, cur scandalizarentur; minus, cur a Christo discederent; cum eum jam spiritu per fidem, in ipsum credendo, manducassent.

Responsio ad verbum ex S. Aug. sumpta est Tract. 27. in Joan. n. 5., ubi exponens eadem Christi verba, *caro non prodest quidquam*, sic inquit S. Pater: *Non prodest quidquam, sed quomodo illi intellexerant; carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est: Caro non prodest quidquam; quomodo dictum est: Scientia inflat. Jam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est, scientia inflat? Sola, sine charitate; ideo adjungit: Caritas vero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, et utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem. Sic etiam nunc caro non prodest quidquam, sed sola caro: Accedit spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, et prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, Verbum caro non fieret. Ac Tract. eod. initio hujus num. 5. O Domine, exclamat, Magister bone, quomodo caro non prodest quidquam, cum tu dixeris, nisi manducaveritis carnem meam, non habebitis vitam in vobis?*

238. *Obj. II.* Ex SS. Patribus 1º. Plures Patrum sextum Joannis caput in sensu mystico exposuerunt; CLEMENS ALEXANDR. L. 1. Pædagogici c. 6. (opp. p. 100. A.) tertiam partem capitis sexti Joannis de verbo Dei exposuit; S. BASILIUS pariter epist. 8. n. 4. (opp. t. 3. p. 84. A.) de Christi doctrina et ejus in animum pium adventu; S. HIERON. in Psal. 147. de Scripturis sacris; INNOCENT. I. de Baptismo.

2º. S. AUGUSTIN. vero realem manducationem carnis diserte excludit, vultque partem tertiam cap. 6. Joan. de figurata manducatione intelligi; nam L. 3. de Doctr. Christ. cap. 16. Si, inquit, *præceptiva locutio est (Scripturæ), aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non est figurata: si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaveritis, inquit, carnem Filii hominis, et sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis; facinus vel flagitium videtur jubere: figura est ergo præcipiens passioni Dominice communicandum, et suaviter atque utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro ejus crucifixæ, et vulnerata sit. Atqui hic S. Pater manducationem realem carnis Christi excludit.*

Tract. 25. in Joan. n. 12. *Hoc est, inquit, manducare cibum, non qui perit,*

sed qui permanet in vitam æternam (nimirum credere in Christum). Ut quid paras dentes et ventrem? crede et manducasti. Et Tract. 26. n. 12. ad v. 50. cap. 6. Joannis : *Hic est panis de cælo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur; ait: Quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum; qui manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente. Sed ibi rursus manducatio realis excluditur.*

239. Ad 1^{um}. R. Sensum mysticum non pugnare cum litterali; ac non solum Patres, sed etiam Scriptores sacros frequenter sic prosequi sensum tropicum, vel moralem, ut propterea tamen alterum litteralem non excludant. Sic ad Gal. 4. ait Apostolus, Agar esse montem in Arabia; Saram vero esse Jerusalem; numquid idcirco veritatem negat historiæ de Agar et Sara? Ita quoque laudati Patres in objectione, etsi subin quædam in mystico, tropico et morali sensu exponant, litteralem tamen simul alibi retinent, nec excludunt. Et vero in sensu litterali partem posteriorem cap. 6. Joan. de Eucharistia et manducatione reali carnis Christi S. BASILIUS sumit in Regulis Moral. Reg. 21. cap. 1. (opp. t. 2. p. 253. C.), S. HIERON. epist. 120. (al. 150.) ad Hedibiam c. 2., S. AUG. L. 1. de peccat. mer. cap. 20. n. 26. ubi, *Dominum audiamus, inquit, non quidem hoc de sacramento lavacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ... Nisi manducaveritis, etc.*

240. Ad 2^{um}. R. N. Ant. et prob. D. min. Excludit manducationem realem in sensu Capharnaitarum C. sensu sacramentali N. Eam enim manducationem tantum excludit, quæ facinus, vel flagitium importat; talis quidem est manducatio Capharnaitarum sensu, quo caro Christi cruenta, visibiliter concisa et dilaniata sumenda putabatur; non vero ea, qua caro Christi sacramentaliter, h. e. invisibiliter, sine ulla sui læsione, realiter tamen sumitur. Dum vero ait, verba illa Christi figurata esse, vel figuram, loquitur in sensu priore; scilicet esse figuram crucifixionis Christi, sive carnis Christi crucifixæ, vulneratæ; quia verba hæc : *nisi manducaveritis carnem Filii hominis*, populari sensu, ut apud Capharnaitas, manducationem vulgarem ad instar reliquarum carniarum sonant: verum hoc populari sensu figura sunt, non corporis Christi simpliciter, sed crucifixi; ideoque hinc monemur, *commemnicare passioni Domini; suaviter et utiliter recondere in memoria carnem ejus crucifixam.*

Etsi vero in dato sensu verba Christi figurata sint, vel figura; non tamen ideo manducatio realis alia carnis Christi, sive sacramentalis, modo invisibili, sicque spiritali excluditur; duplex enim figurata Scripturæ locutio, vel figura distingui debet; *figura tantum*, dum verba non significant id, ad quod significandum instituta sunt, sed transferuntur ad aliud. Sic figura tantum est, dum Christus dicitur *lapis angularis, via, vitis, etc.* Figura non tantum, dum verba quidem id significant, ad quod sunt instituta, id tamen, quod expriment, figura est rei alterius. Hæ figuræ non excludunt veritatem rei; ut patet ex illo ad Gal. 4. cit. Sic ait Apostolus 1. ad Cor. 10. *omnia Judeis in figura contigisse; non quod reipsa sic non contigerint, ut in S. Scriptura referuntur.* Sic juxta AUGUSTIN. ipsum L. eod. 3. cap. 12. unctio, qua mulier pedes Christi unxit, et matrimonium, quod Oseas cum muliere

fornicaria contraxit, figuræ erant rerum aliarum; quæ tamen interim dubio procul suam retinebant realitatem. Talem vero figuram continent ex mente AUGUSTINI verba : *nisi manducaveritis, etc.*; quæ scilicet rei veritatem simul exprimit, non excludit; quia eodem c. 12. n. 20. ut quam dederat regulam confirmet, de Patribus veteris Testamenti ait : *quidquid ibi tale narratur, non solum historice ac proprie, sed etiam figurate et propheticè accipiendum est; clare innuens, se hoc loco loqui de figuris, quæ simul veritatem expriment rei.*

241. Sed, inquit, S. Aug. figuram tantum hic intelligere dicendus est; quia in Psal. 98. n. 9. disserens de hoc cap. 6. Joan. Christum proponit discipulos præsentem alloquentem : *Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Spiritualiter intelligite quod locutus sum : non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos; etsi necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi; ergo.*

R. N. Ant. Textum explico : *Non hoc corpus, etc.* quoad substantiam N. quoad formam visibilem, sicut hoc videtis, sicut manducandum illud Capharnaitæ putant C. Expositio hæc ipsius AUGUSTINI in eodem loco est. Ante enim objecta verba inquit : *Spiritus vivificat, caro nihil prodest. Tunc autem, quando hoc Dominus commendavit, de carne sua locutus erat, et dixerat : Nisi quis manducaverit, etc. Scandalizati sunt discipuli ejus quidam; acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitaverunt, et putaverunt quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, et daturus illis; et dixerunt : Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, non sermo; etenim si duri non essent, sed mites essent, dicerent sibi : Non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquid sacramentum latens... quod illis discedentibus, qui remanserunt, didicerunt... Spiritus est, qui vivificat; caro autem nihil prodest, etc.* Ergo non negat, sed affirmat S. Aug., Christum de reali manducatione suæ carnis esse locutum; *de carne sua locutus erat, etc.* Sed negat solum, hic sermonem esse de manducatione carnis in forma visibili, sive carnali, ut stulte putarant Capharnaitæ; hocque sensu caro nihil prodest.

Plenam hæc lucem ex iis accipiunt, quæ paulo superius eodem loco disserit Aug. Quærit, quodnam sit scabellum pedum Dei, de quo in laudato Psal. 98. *Adorate scabellum pedum ejus?* Tum proponit sibi illud Is. 66. *Cælum mihi sedes est, et terra scabellum pedum meorum.* Post hoc sibi objicit : quomodo adorari potest terra, cum Scriptura jubeat : *Dominum Deum tuum adorabis, Deut. 6.* Ac respondet : *Flectens convertito me ad Christum... suscepit enim de terra terram : quia caro de terra est, et de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit, et ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit; nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit; inventum est, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, et non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.*

Ubi Aug. duo inquit : primum, quod ipsam carnem, quam a Maria accepit, in qua ambulavit, nobis dederit manducandam; alterum, quod antequam manducetur, adorari debeat, et quidem adoratione debita Deo; de hac enim sola anxius erat S. Pater; sed merum carnis Christi signum, figura

inanis sine re sic adorari non potest, ut fatentur adversarii; ergo supponit S. Aug., realiter adesse et manducari carnem Christi. Dum proinde dixit inferius: *non hoc corpus, quod videtis*, etc. non manducationem sacramentalem, spiritualem, h. e. invisibilem, sed quæ fit carnaliter, Capharnaiticam exclusit.

ARTICULUS II.

AN REALIS SUBSTANTIALIS PRÆSENTIA CORPORIS ET SANGUINIS IN EUCHARISTIA PROBETUR EFFICACITER EX VERBIS INSTITUTIONIS?

242. Verba, quibus Christus Eucharistiæ sacramentum in cena ultima instituit, ita referunt Evangelistæ tres, Matthæus, Marcus, Lucas, quæ repetuntur ab Apostolo 1. ad Cor. 11. 24.

Matth. cap. 26. v. 26. *Cænantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite et comedite: Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Marc. cap. 14. v. 22. *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem; et benedicens fregit, et dedit eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis; et biberunt ex illo omnes, et ait illis: Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur.*

Luc. cap. 22. v. 19. *Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cænavit, dicens: Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

Queritur nunc, utrum ex verbis institutionis, quæ in his continentur: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*, realis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia efficaciter probari possit? Hujus questionis resolutio ab hac priore altera dependet: utrum relata verba institutionis in sensu proprio ac naturali, vel figurato, h. e. res significata dicatur de solo signo, sumenda sint? Si primum, ut verba luce clariora sonant, vicerunt Catholici.

243. Dico. Verba Christi: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*, in sensu proprio ac naturali debent intelligi; ut proinde ex iis efficaciter et invicte probetur realis ac substantialis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia.

Prob. I. Si Christus hæc verba locutus non fuisset in sensu proprio, propositio ejus fuisset 1º. absurda et ridicula; 2º. fallax, et gravissimi erroris occasio: atqui neutrum citra blasphemiam dici, vel cogitari de Christo potest; ergo.

1º. Fuisset absurda et ridicula; fuisset enim contra omnium inter se colloquentium consuetudinem et leges, juxta quas omnia quæ proferuntur ab hominibus, instar rerum, et ut in se sunt, debent intelligi, nisi constet, ea instar signorum esse accipienda; neque nomen rei significatæ unquam tri-

hui potest signo arbitrario alicui omnibus incognito, ac recens primum instituto a loquente, nisi monitis prius auditoribus. Cujus est ratio, quod alioquin non intelligatur propositio; locutio tamen instituta sit ad manifestandos sibi mutuo conceptus. Unde risui se exponeret, qui in nemore deambulans proceram quercum assumpsisset sibi in signum ALEXANDRI M. et supervenienti homini ante non monito diceret monstrata quercu: *Hic est Alexander magnus*; aut si leonem sibi elegisset in ejusdem regis signum, viso forsitan leone diceret hominibus prius non monitis: *Hic vicit Darium*. Atqui panis et vinum non erant signa corporis et sanguinis Christi tunc cognita Apostolorum ulli; tunc enim primum Eucharistia instituebatur: neque Christus etiam ullo modo monuit vel ante vel post sua verba Apostolos, se panem pro signo sumere sui corporis, ac nomen rei significatæ ipsi signo tribuere; ergo. Unde etiam

2º. Fuisset fallax; quia Apostoli non poterant non verba Christi, ut sonabant, accipere; cum enim nemo soleat virorum sapientum verba detorque in sensum plane alienos; præterea prorsus alienum sit a communi hominum loquendi modo, sine præparatione audientium, signo alicui novo dare rei significatæ nomen; Apostoli vero de signo nihil scirent, verba Christi debebant in proprio sensu accipere, inque eo acquiescere, specialiter etiam ideo, quod summam ejus nossent sapientiam, cui nihil absonum excideret; infinitam ejus potentiam, qua efficeret facile, quidquid vellet. Si igitur noluisset Christus, ut in proprio verborum suorum sensu acquiescerent, iis illusisset, fuissetque ipsis et Ecclesiæ occasio in re gravissima errandi, quod est blasphemum dicere.

244. Prob. II. Si Christus verba sua voluisset in sensu figurato intelligi, id, ut ex modo dictis præcideret erroris, imo idololatriæ causam, manifestasset Apostolis, idem retulisset saltem Evangelistarum aliquis, dum institutionis verba referunt; tum ex eadem causa ante data; tum quia solerter solent Evangelistæ alias se invicem supplere in rebus minoris momenti, ut, quod unus obscure, vel figurate proposuit, explicet alter; aut si quæ sit in verbis Christi ambiguitas, hæc tollatur. Ita e. g. Josephus pater Christi dicitur; sed ne falleremur, ait Lucas, *ut putabatur*. Dum dixit Christus: *Solvite templum hoc*; Joannes clarum reddidit cap. 2. 21. *Ille autem dicebat de templo corporis sui*. Cum S. Matthæus Joannem Baptistam vocasset Eliam; declaravit Lucas, cum fuisse talem spiritu et virtute. Cum dixisset Samaritanæ Dominus: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*; ne quis falleretur putando, ipsum aquam naturalem salutis operatricem daturum bibendam, id continuo exposuit Joannes cap. 7. 39. *Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes*, etc. Verum hic in re longe majoris momenti, unde præviderat Christus, gravissima oriri scandala posse, nisi declararet, se loqui de signo tantum sui corporis et sanguinis, nec verbulo id significavit ipse, nec Evangelista quispiam ut ante dicendo: *Hoc autem dicebat de signo sui corporis, sanguinis*.

245. Prob. III. Si Christus verba sua, quibus Eucharistiam instituebat, non protulisset in sensu proprio, sed figurato; ergo vel quia non potuisset dare corpus suum manducandum realiter; vel quia, etsi potuisset, noluisset;

inanis sine re sic adorari non potest, ut fatentur adversarii; ergo supponit S. Aug., realiter adesse et manducari carnem Christi. Dum proinde dixit inferius: *non hoc corpus, quod videtis*, etc. non manducationem sacramentalem, spiritualem, h. e. invisibilem, sed quæ fit carnaliter, Capharnaiticam exclusit.

ARTICULUS II.

AN REALIS SUBSTANTIALIS PRÆSENTIA CORPORIS ET SANGUINIS IN EUCHARISTIA PROBETUR EFFICACITER EX VERBIS INSTITUTIONIS?

242. Verba, quibus Christus Eucharistiæ sacramentum in cena ultima instituit, ita referunt Evangelistæ tres, Matthæus, Marcus, Lucas, quæ repetuntur ab Apostolo 1. ad Cor. 11. 24.

Matth. cap. 26. v. 26. *Cænantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite et comedite: Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Marc. cap. 14. v. 22. *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem; et benedicens fregit, et dedit eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis; et biberunt ex illo omnes, et ait illis: Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur.*

Luc. cap. 22. v. 19. *Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cænavit, dicens: Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

Queritur nunc, utrum ex verbis institutionis, quæ in his continentur: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*, realis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia efficaciter probari possit? Hujus questionis resolutio ab hac priore altera dependet: utrum relata verba institutionis in sensu proprio ac naturali, vel figurato, h. e. res significata dicatur de solo signo, sumenda sint? Si primum, ut verba luce clariora sonant, vicerunt Catholici.

243. Dico. Verba Christi: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*, in sensu proprio ac naturali debent intelligi; ut proinde ex iis efficaciter et invicte probetur realis ac substantialis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia.

Prob. I. Si Christus hæc verba locutus non fuisset in sensu proprio, propositio ejus fuisset 1º. absurda et ridicula; 2º. fallax, et gravissimi erroris occasio: atqui neutrum citra blasphemiam dici, vel cogitari de Christo potest; ergo.

1º. Fuisset absurda et ridicula; fuisset enim contra omnium inter se colloquentium consuetudinem et leges, juxta quas omnia quæ proferuntur ab hominibus, instar rerum, et ut in se sunt, debent intelligi, nisi constet, ea instar signorum esse accipienda; neque nomen rei significatæ unquam tri-

hui potest signo arbitrario alicui omnibus incognito, ac recens primum instituto a loquente, nisi monitis prius auditoribus. Cujus est ratio, quod alioquin non intelligatur propositio; locutio tamen instituta sit ad manifestandos sibi mutuo conceptus. Unde risui se exponeret, qui in nemore deambulans proceram quercum assumpsisset sibi in signum ALEXANDRI M. et supervenienti homini ante non monito diceret monstrata quercu: *Hic est Alexander magnus*; aut si leonem sibi elegisset in ejusdem regis signum, viso forsitan leone diceret hominibus prius non monitis: *Hic vicit Darium*. Atqui panis et vinum non erant signa corporis et sanguinis Christi tunc cognita Apostolorum ulli; tunc enim primum Eucharistia instituebatur: neque Christus etiam ullo modo monuit vel ante vel post sua verba Apostolos, se panem pro signo sumere sui corporis, ac nomen rei significatæ ipsi signo tribuere; ergo. Unde etiam

2º. Fuisset fallax; quia Apostoli non poterant non verba Christi, ut sonabant, accipere; cum enim nemo soleat virorum sapientum verba detorque in sensum plane alienos; præterea prorsus alienum sit a communi hominum loquendi modo, sine præparatione audientium, signo alicui novo dare rei significatæ nomen; Apostoli vero de signo nihil scirent, verba Christi debebant in proprio sensu accipere, inque eo acquiescere, specialiter etiam ideo, quod summam ejus nossent sapientiam, cui nihil absonum excideret; infinitam ejus potentiam, qua efficeret facile, quidquid vellet. Si igitur noluisset Christus, ut in proprio verborum suorum sensu acquiescerent, iis illusisset, fuissetque ipsis et Ecclesiæ occasio in re gravissima errandi, quod est blasphemum dicere.

244. Prob. II. Si Christus verba sua voluisset in sensu figurato intelligi, id, ut ex modo dictis præcideret erroris, imo idololatriæ causam, manifestasset Apostolis, idem retulisset saltem Evangelistarum aliquis, dum institutionis verba referunt; tum ex eadem causa ante data; tum quia solerter solent Evangelistæ alias se invicem supplere in rebus minoris momenti, ut, quod unus obscure, vel figurate proposuit, explicet alter; aut si quæ sit in verbis Christi ambiguitas, hæc tollatur. Ita e. g. Josephus pater Christi dicitur; sed ne falleremur, ait Lucas, *ut putabatur*. Dum dixit Christus: *Solvite templum hoc*; Joannes clarum reddidit cap. 2. 21. *Ille autem dicebat de templo corporis sui*. Cum S. Matthæus Joannem Baptistam vocasset Eliam; declaravit Lucas, cum fuisse talem spiritu et virtute. Cum dixisset Samaritanæ Dominus: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*; ne quis falleretur putando, ipsum aquam naturalem salutis operatricem daturum bibendam, id continuo exposuit Joannes cap. 7. 39. *Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes*, etc. Verum hic in re longe majoris momenti, unde præviderat Christus, gravissima oriri scandala posse, nisi declararet, se loqui de signo tantum sui corporis et sanguinis, nec verbulo id significavit ipse, nec Evangelista quispiam ut ante dicendo: *Hoc autem dicebat de signo sui corporis, sanguinis*.

245. Prob. III. Si Christus verba sua, quibus Eucharistiam instituebat, non protulisset in sensu proprio, sed figurato; ergo vel quia non potuisset dare corpus suum manducandum realiter; vel quia, etsi potuisset, noluisset;

sed neutrum a sanæ rationis homine dici potest. Non primum : unde enim hanc impotentiam demonstrabunt Calvinistæ et Sacramentarii in eo, *apud quem non est impossibile omne verbum* Luc. 1. 37. numquid a sui infirmitate ingenii divinam metientur potentiam, ut Deus plus non posse dicendus sit, quam ipsorum ingenii præcise capiant angustia? Si Deus panis et vini substantiam convertere non potuerit in corporis sui et sanguinis substantiam; dicant igitur, quomodo substantiam aquæ mutare potuerit in vinum, universum producere ex nihilo, et id genus alia? Non secundum : quia, si voluisset dare corpus suum manducandum realiter, clarioribus uti verbis non poterat, cur tamen dare noluisse dicatur? Quod si in tanta claritate verborum velint tamen adversarii, hæc figurata esse, quomodo deinceps Ariani, Sociniani persuadebunt ex Scriptura divinitatem Christi; hæc : *Ego et Pater unum sumus*, sumenda esse in sensu proprio de unitate essentiali, non figurato de unitate concordia, charitatis; cum majora pro se habere in Scripturis fundamenta videantur ambo, Ariani et Sociniani, velut : *Pater major me est. Rogo, ut unum sint, sicut et nos, etc.*; quam hic adversarii habent pro se?

246. *Prob. IV.* Christum hic in sensu proprio, non obscuro et ambiguo, vel figurato loqui oportuisse, fuisseque locutum, reliquæ omnes circumstantiæ exigunt.

1º. Materia; instituebat enim sacramentum, et condebat testamentum, ut nemo negat; sed utrumque verbis claris et propriis fieri necesse est. 1º. *Sacramentum*; cum enim sacramenta in salutem instituantur hominum, eorum institutio debet esse cognitu facilis, fieri verbis in sensu obvio et naturali, ne res subiaceat liti et controversiæ, unde sacramentum reddatur tandem dubium, et divina in institutione ejusdem frustretur bonitas. Sic sacramenta Legis veteris, circumcisio, agnus paschalis, etc. verbis semper claris in sensu naturali et obvio proponuntur. Unde et Joan. 3. v. 3. cum prius Christus de instituendo a se Baptismo nonnihil figurate locutus esset: *Nisi quis renatus fuerit*, mox exposuit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto*. Quis ergo prudens credat, Christum in nobilissimo religionis nostræ sacramento verbis non claris usum fuisse, sed ambiguis, ut ambigi ac controverti merito possit, quid nobis hoc in sacramento reliquerit?

2º. *Testamentum*; id enim, ut verbis maxime propriis, nullo modo tropicis vel figuratis fiat, hujus poscit conditio, ne detur hæredibus litigandi occasio. Et quis, nisi impostor, in testamento verbis uteretur figuratis, e. g. scribendo hæredi domum, sed hujus intelligendo figuram delineatam in charta; vel legando vinum, sed hederam vini figuram cogitando? Hinc Exod. 24. ubi instituitur testamentum vetus, propriissimis hoc verbis fit. Jacob Gen. 49. etsi, dum prophetat, utatur figuris; ubi tamen testamentum condit v. 29., verbis utitur clarissimis. Eadem sermonis simplicitas, idem candor in testamentis Davidis 3. Reg. 2. Tobia Tob. 4., etc. reperitur. Ergo multo magis id Christus præstitit, nisi cum tunc impostorem egisse, horrenda cum blasphemia quis dicere velit.

2º. *Conditio personarum*, ad quas fiebat locutio; erant enim Apostoli, quos *amicos* vocaverat; quibus dixerat, *datum esse nosse mysteria regni celorum*, Matth. 13. *Quos cum dilexisset, in finem dilexit eos*, Joan. 13.

quibus parabolas solebat exponere : quos quidem alloquebatur eo tempore, quo erat transiturus, et quo impleri, si unquam, promissum oportebat : *Venit hora, cum jam non in proverbis loquar vobis*, Joan. 16. Atqui credibile non est, his perpensis, Christum sub troporum involneris locutum tunc fuisse, vel, si quis in verbis latuisset tropus, vel figura, id ipsis Christum non exposuisse; quis enim ingenuus morti proximus ita cum amico ageret?

Etsi clarissima sint Salvatoris verba, singulas tamen prope syllabas invadunt adversarii, ut figuram solam ex iis extorqueant, ipso id conquerente Sacramentarium patre Luthero, Apologia de cœna Dom., ubi inquit : *Doctor Carolostadius ex his sacrosanctis vocabulis : Hoc est corpus meum, misere detorquet pronomem, Hoc : Zwinglius autem verbum substantivum, Est, macerat : Oecolampadius nomen, Corpus, torture subjicit : alii totum textum excarnificant. Sed audiamus singulos.*

247. *Obj. I.* Verba Christi : *Hoc est corpus meum : Hic est sanguis meus*, debent necessario figurate intelligi, ut sensus sit : *hic panis est figura, vel signum corporis mei*; vel : *significat corpus meum*; ergo.

Prob. Ant. 1º. Quia pronomem *Hoc* demonstrat id, quod Dominus accepit, benedixit, fregit, deditque discipulis dicens : *accipite et manducate*. Sed quod Christus accepit, benedixit, etc. erat tantum panis; ergo.

Prob. 2º. Quia, nisi prædictus sensus figuratus tribuatur verbis Christi, propositio ejus evadet falsa; nam pronomem *Hoc* in ea propositione sumpta in sensu proprio non demonstrat panem, ejusque species; quia falsum est, quod panis ejusque species corpus sint : nec demonstrat corpus Christi; quia, dum pronuntiatur particula demonstrativa *Hoc*, Christi corpus nondum adest; aliud vero, quod ea particula demonstret, assignari nequit.

Prob. 3º. Si pronomem *Hoc* tenens locum subjecti in fine propositionis sit idem, ac corpus Christi, propositio ejusdem esset identica et nugatoria; perinde enim erit, ac si dixisset : *Hoc corpus meum est corpus meum*: atqui tales propositiones in Christum cadere non possunt.

Prob. 4º. Tandem propositionem Christi sensum habere figuratum, constat ex 1. Cor. 11. 24., ubi Apostolus refert verba Christi : *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, ut Vulgata nostra habet; at in græco textu pro verbo *tradetur* legitur in præsentis *frangitur*: atqui corpus Christi verum non frangitur; ergo panis, figura corporis; ergo et propositio Christi : *Hoc est corpus meum*, pro solo pane, ceu corporis Christi figura supponebat.

248. *R. N. Ant. Ad prob. 1ºm. R. D. min.* Quod Christus accepit, benedixit, etc., erat panis, qui permansit panis *N.* qui per verba consecratoria sequentia transit in corpus Christi *C.* Quia propositio illa Christi : *Hoc est corpus meum*, est practica, sicut hæc : *sit, fiat lux*. Differt vero propositio practica a speculativa, quod hæc posterior objectum suum supponat, non efficiat; prior vero efficiat, quod enuntiat: hinc in propositionibus practicis, etsi, dum inchoantur, adhuc persistat terminus a quo fit mutatio, ac proinde initio propositionis hujus : *Hoc est corpus meum*, adhuc subsistat panis; in fine tamen, dum propositiones practicae completæ sunt, terminus

a quo in terminum ad quem transiit, qui hic est corpus Christi. Solutio ab ipsis Novatoribus admitti debet, qui per verba Christi ex pane communi fieri saltem sacramentalem volunt. Quid enim respondebunt, si proprium ipsorum argumentum sic retorqueamus in ipsosmet: *Pronomen Hoc demonstrat id, quod Christus accepit, benedixit, etc. Sed quod Christus accepit, benedixit, etc., panis communis erat; ergo. Dicent haud dubie, id quod panis communis fuerat, evasisse sacramentalem. Igitur ex Scripturæ auctoritate recte dicunt Catholici, quod initio merus panis erat, in fine in corpus Christi mutatum esse.*

249. *Ad prob. 2^{am}. R. N. sequel. et dico, pronomen Hoc in instanti pronuntiationis suæ nec demonstrare determinate panem præcise, nec determinate panis species, nec sic corpus Christi; sed aliquid sub conceptu aliquo generali et communi utrique, scilicet pani, et Christi corpori, scilicet contentum in generali sub his speciebus, ut sensus sit: contentum sub his speciebus, hæcenus panis nunc est corpus meum; quia pronomen demonstrativum Hoc solitarie ex parte subjecti positum sine adjuncto substantivo non significat aliquid determinate, sed aliquid in generali ac communi, velut si dicas: hoc est aurum, hoc est lapis; sensus est: hæc res est aurum, lapis. Ac nonne, si Christus in nuptiis Canæ conversurus aquam in vinum dixisset: Hoc est vinum, ut certo dicere poterat, eadem esset quæstio? Sed quid respondere possent adversarii aliud, quam quod nos, sensum esse: hæc res, contentum in his hydriis est vinum. Et ideo signanter non dixit Dominus: Hic panis est corpus meum; ne quis scilicet inde, cum substantia panis non possit esse corpus Christi, inferret, a se tantum sui corporis figuram proponi.*

Nec refert, quod Christus hebraice loquens non dixerit, *Hoc*, sed *Hic* est corpus meum: nam 1^o. sicut Hebræi genere neutro carent in pronomine, ita et in nomine: quocirca etiam *corpus* hebraice est generis masculini, et demonstrari potuit per pronomen masculinum. 2^o. Potest quoque τὸ *hic* sumi adjective, ut sensus sit: hic cibus est corpus meum; sicut etiam in consecratione secunda: *Hic est sanguis meus*; vel *hic calix* Luc. 22., et 1. Cor. 11. sumitur adjective, ut sensus sit: hic potus in calice est sanguis meus. Marcus tamen, Lucas, Paulus, et Græcus Matthæi interpres in consecratione prima genere neutro utuntur τὸ *panis*, et si ἄριστος panis apud Græcos ad masculinum genus pertineat. Sed quovis modo τὸ *Hoc* sumas, substantive, vel adjective, nihil refert; sensus erit idem: si substantive, sensus erit: Hoc contentum, hæc substantia in communi, est corpus meum: si adjective, Hoc edulium est corpus meum.

Sed *dices*: Plures Doctores etiam Catholici per τὸ *Hoc* demonstrari panem contendunt. Deinde pronomen *Hoc*, dum profertur, aliquod præsens demonstrat; sed dum profertur, panis præsens est. Demum absonum est dicere, per τὸ *Hoc* demonstrari substantiam vagam, quæ demonstrari non potest; ergo demonstrat determinate vel panem, vel corpus Christi.

Ad 1^{am}. R. Contendunt demonstrari panem in sensu adversariorum, h. e. qui maneat panis *N.* qui non maneat panis, sed fiat corpus Christi *C.* Sensus propositionis Christi juxta Doctores Catholicos is est: *Hoc, quod in præsentem est panis, est nunc corpus meum.* Sed quid hoc adversarios juvat?

Ad 2^{am}. R. D. Aliquid præsens demonstrat in recto *N.* in obliquo, quatenus demonstrat substantiam aliquam sub his determinate speciebus *C.* Nimirum hæc ipsa illa differentia est inter propositiones speculativas, et practicas, quod priores, ut: *lux est*, objectum supponant; posteriores illud efficiant, nec operentur antequam completæ sint. Igitur pronomen *Hoc* demonstrat quidem corpus Christi, sed in instanti propositionis inchoatæ istud tantum significat sub ratione confusa substantiæ præsentis, in instanti vero propositionis completæ primum determinate et clare. Nonne ita in omnibus propositionibus practicis, et quæ verum aliquam successionem involvunt, se habet? Dicant adversarii, quid demonstrasset τὸ *hoc*, si Christus Canæ conversurus aquam in vinum, dixisset: *Hoc est vinum?*

Ad 3^{am}. R. Rursus D. Absonum est, τὸ *Hoc* demonstrare substantiam vagam secundum objectum reale, seu existentem a parte rei *C.* nihil enim a parte rei indeterminatum est: secundum modum significandi ideæ quæ illud objectum representat *N.* Nimirum in propositione practica pronomen illud *Hoc* primum in propositionis fine rem præsentem determinatam significat, quia tunc primum operatur objectum suum; dum igitur initio pronomen pronuntiat, significat quidem illud etiam objectum, at non clare, quia hoc nondum realiter existit; sed solum sub ratione confusa substantiæ præsentis. Unde redit data retorsio ad objectionem præcedentem.

250. *Ad prob. 3^{am}. R. N. sequel.* Non ideo propositio est continuo identica, quia subjectum est re idem cum attributo; alias foret identica hæc: *Homo est animal rationale*; illa Matth. 17. *Hic est Filius meus dilectus*, et similes innumeræ; sed identica propositio est, quæ non solum ex parte subjecti et prædicati exprimit idem, sed etiam eodem modo; vel quando prædicatum non affert subjecto notionem novam. Verum in propositione Christi: *Hoc est corpus meum*, per pronomen *Hoc* ex parte subjecti corpus Christi significatur tantum confuse; ex parte prædicati autem distincte et clare.

251. *Ad prob. 4^{am}. R. 1^o.* In textu græco poni tempus præsens pro proximo futuro, more in Scripturis perquam frequenti, ut sensus sit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis proxime frangetur, non quidem quoad ossa, sed quoad carnem dilaniatam et crucifixam.*

R. 2^o. Frangere in Scripturis etiam pro dare, distribuere sumitur: Is. 58. 8. *Frangere esurienti panem tuum.* Thren. 4. 4. *Parvuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis.* In hac vero acceptione sensus erit: quod pro vobis datur, ut Lucas ait.

R. 3^o. Etiam *D.* Corpus Christi verum non frangitur ratione sui *C.* specie-rum *N.* Dicitur frangi ratione specierum, sicut tangi, manducari, etc.

252. *Obj. II.* Nihil novi in Scripturis est, quod verbum *est* sumatur pro significat, nomenque rei significatæ tribuatur signo; ergo idem in verbis Christi fieri, dici poterit.

Prob. Ant. Sic 1^o. Gen. 41. 26. dicitur: *Septem boves pulchræ, et septem spicæ plenæ septem ubertatis anni sunt, h. e. significant.* Pariter Daniel interpretans prægrandis statuæ visum Nabuchodonosori, *Tu es*, ait cap. 2. 38. *caput aureum.*

2º. Gen. 17. 10. Circumcisio pactum esse dicitur : *Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me et vos, et semen tuum post te : circumcidetur ex vobis omne masculinum*; ubi τὸ est rursus signum tantum sonat.

3º. Exod. 12. De agno paschali dicitur : *est phase, seu transitus Domini* h. e. *signum transitus*.

4º. Christus Matth. 23. exponens parabolam seminis frequenter nomen rei significatæ signo tribuit, τὸ est usurpans pro *significat*; velut : *Semen est verbum Dei, ager est mundus. Bonum semen sunt filii regni. Zizania filii sunt nequam. Messis consummatio seculi est, etc.*

5º. Paulus 1. Cor. 10. 4. similiter de petra, ex qua Judæis in deserto profuebat aqua, loquens, *petra, inquit, erat Christus*. Similia plura in Scripturis occurrunt. Imo

6º. In ipsis secundæ consecrationis verbis apud Lucam : *Hic est calix, novum testamentum in meo sanguine*, ubi τὸ est sumitur pro *significat*; nam sensus est : est signum testamenti novi.

253. R. N. Cons. Ingens enim discrimen est inter propositionem Christi, et allata exempla; adeo ut hæc, nedum faveant, sed potius dogma catholicum pleraque illustrent, et firment regulam in prob. 1º traditam. Diximus nimirum, ut signo possit tribui nomen rei significatæ, hoc debere esse cognitum, vel quia est signum rei naturale, vel arbitrarium; sed jam in usu inter homines; vel, si prorsus incognitum sit, ac nunc primum a loquente assumptum arbitrarie, nonnisi altero de hoc monito per explicationem. At in plerisque objectis animi jam sciebant sibi signa proponi, tantumque erant solliciti, quarum rerum signa essent. Nam

254. Quoad 1º. R. Pharo Gen. 41. quærit interpretationem somnii habiti, proinde quid boves et spicæ significant visæ per somnium. Respondet Joseph, *septem boves pulchras esse septem ubertatis annos*; ergo cum responsio ad mentem interrogantis est, facile intelligitur, per septem boves significari septem annos. Idem de Daniele est; quem interrogaverat Nabuchodonosor, quid visa statua portenderet. At quis simile quid in verbis Christi detegat? Generaliter etiam loquendo in omni visione prophetica futuræ cujusdam rei præsaga, quod menti objicitur, necessario rei alterius imago et figura esse intelligitur.

255. Quoad 2º. R. Imprimis gratis supponitur ab adversariis, quod pactum affirmetur de circumcissione; ac si sensus esset : *Hoc (scilicet circumcisio) est pactum meum*; sed circumcisio solum asseritur ceu conditio pacti, et fœderis signum, ut sensus sit : *Hoc est pactum meum, quod vobiscum pango, sed ea conditione, ut omne masculinum circumcidatis, quæ signum sit initi fœderis : Et circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me et vos*. Deinde, esto gratis, pactum affirmari de circumcissione; hanc tamen nonnisi signum esse Scriptura explicasset : *signum fœderis*. At ubi Christus sive ante, sive post verba sua vel a longe quid de signo innuit?

256. Quoad 3º. R. Falsum, Exod. 12. τὸ est sumi pro *significat*; sed locutio : *Agnus est phase, seu transitus, est propria, et idem sonat, ac : agnus*

est victima transitus. Nimirum solent Hebræi et S. Scriptura sacrificia denominare a rebus, quarum causa offeruntur : sic sacerdotes dicuntur *comedere peccata populi*, h. e. victimas pro peccato oblatas; sic dicente Apostolo : *Christus pro nobis peccatum factus est*; h. e. hostia pro peccatis nostris; sic Luc. 22. *Necesse erat occidi pascha*, h. e. paschalem victimam. Deinde iterum, permissio gratis, τὸ est in objecto textu sumi pro *significat*; diligenter tamen id statim monuisset S. Scriptura v. 27., quod sit *victima transitus Domini*; sicque rursus, ut ante, inter propositionem Christi dispar esset ratio, qui, si signum merum corporis intellexisset, id aliquo modo monuisset, imo monere debuisset; sed ubi unquam vel ille Apostolis, vel hi nobis minimum quid de signo nudo tradiderunt?

257. Quoad 4º. R. Christus parabolam proposuerat; omnis vero parabola rerum aliarum nonnisi adumbratio est. Nec ignorabant discipuli, a Christo parabolam proponi; unde dicebant : *Edissere nobis parabolam zizaniorum agri*; igitur et noverant, nonnisi signa contineri in dictis Christi; quæ etiam poscentibus ipsis exposuit, dicendo : *Semen est verbum Dei*, etc. sive per semen significatur verbum Dei. Eadem responsio ad similes locutiones parabolicas Christi inserviet, velut dum ait : *Sum ostium, via, vitis, etc.*

258. Quoad 5º. R. Apostolum *petram* figurate sumere, ipse Corinthiis satis declarat; horum etiam animi jam præparati erant ipso Pauli sermone ad mysticas significationes quærendas in iis, quæ Judæis Ægypto egressis acciderant. Jam enim dixerat, omnes eos baptizatos esse *in nube et in mari*, ut innueret, figuram id fuisse nostri baptismatis : eandem eos escam spiritalem manducasse, et potum spiritalem bibisse, scilicet in figura : *petram etiam, de qua biberant, vocaverat spiritalem*; dum proinde dixit : *petra autem erat Christus*, non poterant non intelligere Corinthii, *petram fuisse figuram Christi*; præsertim cum id clare diceret subdens : *Hæc omnia in figura contingebant illis*. Nec refert, quod dicat Apostolus : *Patres nostri eandem escam spiritalem manducaverunt*; hi vero manducaverunt in figura : nam sensus est, quod eam escam manducaverint inter se; non vero nobiscum quoad realitatem, etsi quoad significationem; juxta illud Joan. 6. *Non sicut Patres vestri manducaverunt manna; et S. Aug. Idem in mysterio cibus et potus illorum, qui noster; sed significative idem, non specie; quia idem ipse Christus in petra illis figuratus, et nobis in carne manifestatus*.

259. Quoad 6º. R. Vox *Calix* equidem tropice sumitur, continens nimirum pro contento; sed tropus hic adeo vulgaris est usus inter homines, ut ipsæ voces proprie. Etiam Lucas se tropice loqui innuit referens Christi verba prævia : *accipite, et bibite*; sed vas non bibitur. Item hæc sequentia : *qui pro vobis fundetur*; sed vas ipsum non funditur. Pariter signum illud externum, quo voluntas ultima exprimitur, dici *testamentum*, neminem latet mortalium; quin adeo communi inter homines usu e. g. scriptura qua defuncti testatoris ultima voluntas exprimitur, dici *testamentum* consuevit, ut vox ferme propria censenda sit, etsi revera instrumentum hoc scriptum ultimæ voluntatis nonnisi signum sit. Ita apud Lucam sanguis in calice contentus dum testamentum vocatur, facile erat intelligere sensum; scilicet

esse signum fœderis novi, quo simul hoc confirmetur. Ac tandem id plinius faciunt Matthæus et Marcus dicendo : *Hic est sanguis meus novi Testamenti.*

260. *Obj. III.* Alia Scripturæ loca cogunt verba Christi in figurato sensu accipere; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Etsi Christus Joan. 15. 1. de se dicat : *Ego sum vitis vera*; figura tamen subesse intelligitur; ergo etiam dum dixit Joan. 6. *Caro mea vere est cibus*, Matth. 26. *Hoc est corpus meum.*

2^o. Post consecratum calicem; quod in eo contentum erat adhuc vinum vocat *genimen vitis* Matth. 26. 29. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.*

3^o. S. Scriptura negat, Christum post suum in cœlos ascensum amplius in mundo permansurum Joan. 12. *Me non semper habebitis.* Joan. 16. *Relinquo mundum*; ergo non est in Eucharistia realiter præsens.

261. *R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}.* *C. Ant. N. Cons.* Nam cum Christus se vitem veram diceret, continuo, quo sensu loqueretur, exponebat; nimirum, quod comparisonem institueret se inter et vitem quoad quasdam ejus proprietates, itaque se locutum metaphorice; subdit namque : *Sicut palmæ non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis*, etc. Nunquam vero Christus, vel Evangelistarum aliquis verbulo innuit, verba Eucharistiæ instituta sensum habere figuratum. Præterea passim, quando Christus loquebatur sub metaphora aut parabola, verum sensum ex ejus sermone licuit intelligere; velut cum diceret : *Pater meus agricola est* Joan. cit. cap. 13. v. 1., *Ego sum ostium*, Joan. 10. 7., *Sum Pastor bonus*, ibid. v. 14.; etc.

Demum observamus, aliud esse metaphoram et parabolam; aliud propositionem, in qua signo nomen rei significatæ tribuatur; non enim ab uno genere ad aliud tenet consequentia. Poterat proinde dicere Christus : *Sum vitis, ostium, etc.* ob similitudinem quamdam, quam cum his rebus habet. At poteratne pari cum veritate dicere, digito quamdam vitem demonstrans, aut ostium : *Christus est hæc vitis : est hoc ostium?* vel vice versa : *Hæc vitis est Christus : Hoc ostium est Christus?* Minime sane. Igitur et inter ipsas propositiones et locutiones diversitas est.

Ad prob. 2^{am}. *R. 1^o.* Cum S. FULGENTIO epist. 14. ad Ferrandum, q. 5. n. 43. aliisque, verba objecta pertinere ad calicem paschalem, quem ritu Judæorum ante Eucharisticam cœnam hauserat Christus, ut ex S. Luca colligere est, qui verba illa aperte calici paschali tribuit cap. 22. v. 17.

R. 2^o. Dato, quod ad calicem Eucharisticum pertineant, dici potest, calicem consecratum dici *genimen vitis*, quia ex vino factus, et ob vini species, sicut 1. Cor. 10. corpus Christi *panis* dicitur, quia ex pane est, remanentque panis species. Sic Exod. 7. serpens a Moyse productus appellatur virga, quia ex virga factus.

Ad prob. 3^{am}. *R.* Scriptura negat tantum, Christum non permansurum in mundo modo visibili, ac naturali, quo solebat ante conversari inter homines. Sed hoc non obstante esse potest in Eucharistia sacramentaliter, et invisibili

modo. Et vero qui dixerat : *relinquo mundum*, etiam promiserat : *Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, Matth. 28. 20.

Objectiones ex ratione petitas, quibus probare nituntur adversarii implicitantiam præsentiae realis Christi in Eucharistia, solutas vide cap. seq., ubi de modo existentiae Christi in Eucharistia disseremus.

ARTICULUS III.

AN EX NON INTERRUPTA TRADITIONE HABEATUR REALIS CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI IN EUCHARISTIA PRÆSENTIA ?

Cum, ut ex disputatis hactenus vidimus, adversarii sui præsidium erroris in Scripturis non habeant, ad priorum seculorum Patres confugiunt, quos, qui primis quinque seculis floruerunt, uno omnes ore sibi patrocinari jactant Sacramentarii cum Boquino L. de cœn. Dom., Calvinistæ cum Calvino in Admonit. ult. ad Wespalum, ac Petro Martyre Præfat. Defensionis contra Gardinerum. Sequentium seculorum Scriptores non æque reverentur. Nimirum in sec. VII. circa an. 636. primum ANASTASIUM Sinaitam fuisse, qui prima realis præsentiae fundamenta jecerit, Blondellus Calvinicola in paucis strenuus contendit. Alii cum Claudio præcone Calvinista primum dogmatis de reali præsentia fundatorem PASCHASIUM RABBERTUM Corbeiensis monasterii abbatem volunt circa annum 831. in edito Libro de corpore et sanguine Domini, jactaque ab eo erroris zizania ita sensim in Ecclesiæ agro dormientibus pastoribus se diffudisse, ut, cum sec. XI. BERENGARIUS repurgandam ab errore Ecclesiam suscepisset, ceu hæreticus damnaretur. Verum felicissime ad primos Ecclesiæ Patres, quam ad S. Scripturam provocent, mox patebit.

262. *Dico.* Dogma catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia invicte ex SS. Patrum omnis ævi consensu elucet. Ne vero in iis referendis modum excedamus, et propositos limites scholastici tractatus; ex quolibet seculo paucos seligemus, Patres deinde universim certas ad classes revocaturi. Igitur,

SECOLO II. S. IGNATIUS M. epist. ad Smyrnæos c. 7. catholicum dogma nitide refert, *Hæretici*, inquit, *ab Eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est.* Hæc vero epistola una ex S. Martyris epistolis genuina est; quod et ostendi dissert. 1^a. de sacram. Ordin. Ergo in sec. I. Ecclesia Eucharistiam Christi veram esse carnem credidit. Obiit autem Romæ S. Martyr initio sec. II. an. 108.

S. JUSTINUS Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 63.) ad Antonin. Imp. scripta circa ann. 150. *Quemadmodum, inquit, per verbum Dei caro factus est Jesus Christus, Salvator noster, et carnem et sanguinem salutis nostræ causa habuit; ita etiam eam, in qua per preces verbi ejus ab ipso profecti gratiæ sunt actæ, alimoniam, unde sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse edocti sumus; scilicet ex verbis Christi instituentis Eucharistiam, ad quæ deinde appellat. Hic vero distinctio illa de*

esse signum fœderis novi, quo simul hoc confirmetur. Ac tandem id plinius faciunt Matthæus et Marcus dicendo : *Hic est sanguis meus novi Testamenti.*

260. *Obj. III.* Alia Scripturæ loca cogunt verba Christi in figurato sensu accipere; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Etsi Christus Joan. 15. 1. de se dicat : *Ego sum vitis vera*; figura tamen subesse intelligitur; ergo etiam dum dixit Joan. 6. *Caro mea vere est cibus*, Matth. 26. *Hoc est corpus meum.*

2^o. Post consecratum calicem; quod in eo contentum erat adhuc vinum vocat *genimen vitis* Matth. 26. 29. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.*

3^o. S. Scriptura negat, Christum post suum in cœlos ascensum amplius in mundo permansurum Joan. 12. *Me non semper habebitis.* Joan. 16. *Relinquo mundum*; ergo non est in Eucharistia realiter præsens.

261. *R. N. Ant. Ad prob. 1^{am}.* *C. Ant. N. Cons.* Nam cum Christus se vitem veram diceret, continuo, quo sensu loqueretur, exponebat; nimirum, quod comparisonem institueret se inter et vitem quoad quasdam ejus proprietates, itaque se locutum metaphorice; subdit namque : *Sicut palmæ non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis*, etc. Nunquam vero Christus, vel Evangelistarum aliquis verbulo innuit, verba Eucharistiæ instituta sensum habere figuratum. Præterea passim, quando Christus loquebatur sub metaphora aut parabola, verum sensum ex ejus sermone licuit intelligere; velut cum diceret : *Pater meus agricola est* Joan. cit. cap. 13. v. 1., *Ego sum ostium*, Joan. 10. 7., *Sum Pastor bonus*, ibid. v. 14.; etc.

Demum observamus, aliud esse metaphoram et parabolam; aliud propositionem, in qua signo nomen rei significatæ tribuatur; non enim ab uno genere ad aliud tenet consequentia. Poterat proinde dicere Christus : *Sum vitis, ostium, etc.* ob similitudinem quamdam, quam cum his rebus habet. At poteratne pari cum veritate dicere, digito quamdam vitem demonstrans, aut ostium : *Christus est hæc vitis : est hoc ostium?* vel vice versa : *Hæc vitis est Christus : Hoc ostium est Christus?* Minime sane. Igitur et inter ipsas propositiones et locutiones diversitas est.

Ad prob. 2^{am}. *R. 1^o.* Cum S. FULGENTIO epist. 14. ad Ferrandum, q. 5. n. 43. aliisque, verba objecta pertinere ad calicem paschalem, quem ritu Judæorum ante Eucharisticam cœnam hauserat Christus, ut ex S. Luca colligere est, qui verba illa aperte calici paschali tribuit cap. 22. v. 17.

R. 2^o. Dato, quod ad calicem Eucharisticum pertineant, dici potest, calicem consecratum dici *genimen vitis*, quia ex vino factus, et ob vini species, sicut 1. Cor. 10. corpus Christi *panis* dicitur, quia ex pane est, remanentque panis species. Sic Exod. 7. serpens a Moyse productus appellatur virga, quia ex virga factus.

Ad prob. 3^{am}. *R.* Scriptura negat tantum, Christum non permansurum in mundo modo visibili, ac naturali, quo solebat ante conversari inter homines. Sed hoc non obstante esse potest in Eucharistia sacramentaliter, et invisibili

modo. Et vero qui dixerat : *relinquo mundum*, etiam promiserat : *Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, Matth. 28. 20.

Objectiones ex ratione petitas, quibus probare nituntur adversarii implicitantiam præsentiae realis Christi in Eucharistia, solutas vide cap. seq., ubi de modo existentiae Christi in Eucharistia disseremus.

ARTICULUS III.

AN EX NON INTERRUPTA TRADITIONE HABEATUR REALIS CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI IN EUCHARISTIA PRÆSENTIA ?

Cum, ut ex disputatis hactenus vidimus, adversarii sui præsidium erroris in Scripturis non habeant, ad priorum seculorum Patres confugiunt, quos, qui primis quinque seculis floruerunt, uno omnes ore sibi patrocinari jactant Sacramentarii cum Boquino L. de cœn. Dom., Calvinistæ cum Calvino in Admonit. ult. ad Wespalum, ac Petro Martyre Præfat. Defensionis contra Gardinerum. Sequentium seculorum Scriptores non æque reverentur. Nimirum in sec. VII. circa an. 636. primum ANASTASIUM Sinaitam fuisse, qui prima realis præsentiae fundamenta jecerit, Blondellus Calvinicola in paucis strenuus contendit. Alii cum Claudio præcone Calvinista primum dogmatis de reali præsentia fundatorem PASCHASIUM RABBERTUM Corbeiensis monasterii abbatem volunt circa annum 831. in edito Libro de corpore et sanguine Domini, jactaque ab eo erroris zizania ita sensim in Ecclesiæ agro dormientibus pastoribus se diffudisse, ut, cum sec. XI. BERENGARIUS repurgandam ab errore Ecclesiam suscepisset, ceu hæreticus damnaretur. Verum felicissime ad primos Ecclesiæ Patres, quam ad S. Scripturam provocent, mox patebit.

262. *Dico.* Dogma catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia invicte ex SS. Patrum omnis ævi consensu elucet. Ne vero in iis referendis modum excedamus, et propositos limites scholastici tractatus; ex quolibet seculo paucos seligemus, Patres deinde universim certas ad classes revocaturi. Igitur,

SECOLO II. S. IGNATIUS M. epist. ad Smyrnæos c. 7. catholicum dogma nitide refert, *Hæretici*, inquit, *ab Eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est.* Hæc vero epistola una ex S. Martyris epistolis genuina est; quod et ostendi dissert. 1^a. de sacram. Ordin. Ergo in sec. I. Ecclesia Eucharistiam Christi veram esse carnem credidit. Obiit autem Romæ S. Martyr initio sec. II. an. 108.

S. JUSTINUS Apol. 2^a. (al. 1^a. n. 63.) ad Antonin. Imp. scripta circa ann. 150. *Quemadmodum, inquit, per verbum Dei caro factus est Jesus Christus, Salvator noster, et carnem et sanguinem salutis nostræ causa habuit; ita etiam eam, in qua per preces verbi ejus ab ipso profecti gratiæ sunt actæ, alimoniam, unde sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse edocti sumus; scilicet ex verbis Christi instituentis Eucharistiam, ad quæ deinde appellat. Hic vero distinctio illa de*

figura corporis locum non habet; nam ait S. Pater, sic carnem Christi et sanguinem esse in Eucharistia, sicut carnem et sanguinem assumpsit incarnatus; ergo ut vere, non figurate carnem induit in incarnatione; sic vera, non figurata caro in Eucharistia est. Comparatio vero JUSTINI præcise ad veritatem et realitatem carnis in utroque mysterio instituitur; quia JUSTINI scopus tantum erat, edocere Imperatorem et Senatam Romanum, quid rei in Eucharistia manducarent Christiani. Unde hinc Lutheranus male inferret: ergo sicut in incarnatione divinitas non est conversa in carnem; sic substantia panis in Eucharistia non convertitur in Christi corpus; quia, quo modo vera Christi caro in Eucharistia sit, S. Pater enucleatius exponere non intendebat.

Sed, inquit, JUSTINUS ibi Eucharistiam *alimoniam* vocat, ex qua sanguis et caro nostra per mutationem aluntur; quod Eucharistiæ, si ea sanguinem Christi verum, veramque carnem continet, convenire non potest.

R. S. JUSTINUM non asserere, Eucharistiam ipsam esse alimoniam, vel cibum, ex quo per mutationem, ut in cibis vulgaribus fit, nostra aluntur corpora; sed cibum, ex quo sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, fieri Eucharistiam, et Eucharistiam esse corpus Christi factum, et sanguinem. Cæterum an et quomodo vis nutriendi etiam Eucharistiæ insit, exponetur cap. seq.

SEculo III. S. IRENÆUS contr. hæres. L. 4. c. 18. n. 5. *Quomodo*, ait, *rursus dicunt* (Valentiniani) *carnem in corruptionem devenire, et non percipere vitam, quæ corpore Domini et sanguine alitur?...* *Quemadmodum enim qui est a terra panis percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena et cælesti: sic et corpora nostra percipientia Eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.*

CLEMENS Alexandrinus Pædag. L. 1. c. 6. (opp. p. 102. B. C. edit. Morelli Paris. 1629.): *Una*, inquit, *sola est mater virgo; mihi autem placet eam vocare Ecclesiam. Lac non habet mater hæc sola, quia sola non est mulier... Ideo autem lac non habuit, quod lac esset hoc infantulum et pulchrum atque appositum corpus Christi, Verbo nutriens novellam congregationem, quam ipse Dominus carnali labore peperit, et quam ipse fasciis alligavit Dominus pretioso sanguine suo. O sanctum partum! o sanctas fascias! Verbum est omnia infanti, et pater et mater, et pædagogus, et altor. Comedite, inquit, meam carnem, et bibite meum sanguinem. Hæc apposita et convenientia alimenta nobis suppeditat Dominus, et carnem præbet, et effundit sanguinem, et ad incrementum nihil deest infantulis.*

TERTULLIANUS L. de Idololatria cap. 7. invehens in idolorum artifices, qui manibus hoc scelere inquinatis ad Eucharistiam accedebant, inquit: *Tota die ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum... attollere ad Deum Patrem manus matres idolorum... eas manus admoveere corpori Domini, quæ dæmoniis corpora conferunt... Proh scelus! Semel Judæi Christo manus intulerunt; isti quotidie corpus ejus lacessunt. O manus præcidendæ! Comparat hic TERTULLIANUS crimen istorum artificum corpus Christi sumentium cum illo Judæorum idem corpus sacrilege contrectantium; ergo Eucharistia non mera figura est; lata enim differentia est inter scelus, quo persona ipsa Christi, ejusve verum corpus, ac illud quo inanis figura Christi,*

liber Evangeliorum, imago aliqua debonoratur; sicut non est proportio inter crimen, quo persona regis ipsa læditur, et quo ejus imago aliqua vel statua. Sed luculentius L. de Resurrect. carn. cap. 8. nostrum dogma exprimit: *Caro abluitur, ut anima emaculetur; caro ungitur, ut anima consecretur... Caro corpore et sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo saginetur.* Dixit vero *carnem vesci*, quia sumitur ore; ergo non spiritualiter solum, sive sola fide, sed etiam materialiter, sive realiter sumitur Christi corpus; secus non posset dici, quod *caro vescatur*, quæ incapax est apprehensionis corporis Christi per fidem.

ORIGENES homil. 7. in Num. n. 3. (opp. t. 2. p. 290. A.), *Tunc*, ait, *in enigmate erat manna cibus; nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus, sicut et ipse dicit: Caro mea vere est cibus.* Clarissima hæc ORIGENIS verba nec commentario egent; nec ullam patiuntur exceptionem contrariam.

S. CYPRIANUS L. de lapsis n. 15. 16. eorum crimen, qui in persecutione metu tormentorum fidem negarant, ac postea ab idolorum cultu redeuntes, nondum purgati pœnitentia accedebant ad Eucharistiam, ita proponit: *Domini corpus invadunt... Vis infertur corpori ejus et sanguini: et plus modo in Deum manibus atque ore delinquant, quam cum Dominum negaverunt.* Ergo certo credebat CYPRIANUS, non solam figuram corporis Christi esse in Eucharistia, sed ipsum re; quomodo enim levius peccasse eos dicere potuisset, cum Christum abnegarent, idola colerent, quam dum inanem Christi figuram indigne contrectabant?

SEculo IV. Patres Nicæni cap. 18. contra Diaconos sic statuunt; *Neque canon, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi potestatem non habent, iis, qui offerunt, dent corpus Christi.*

S. HILARIUS de Trinit. L. 8. n. 43. *Si vere*, inquit, *Verbum caro factum est, et vere nos Verbum carnem cibo Dominico sumimus; quomodo non naturaliter manere in nobis existimandum est (Christus)?*

S. CYRILLUS Hierosolym. Catech. mystag. 4. n. 1. 2. ait: *Cum ipse (Christus) pronuntiaverit, et dixerit de pane: Hoc est corpus meum, quis audebit deinceps ambigere? Et cum ipse asseveraverit et dixerit: Hic est sanguis meus, quis unquam dubitaverit, non esse ejus sanguinem? Aquam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit; et eum parum dignum existimabimus cui credamus, cum vinum in sanguinem transmutavit. Tum addit n. 3. *Cum omni certitudine ea tanquam corpus ipsius et sanguinem sumamus.* Et n. 9. *Isthæc edoctus et firmissima imbutus fide, quod qui videtur panis, panis non est, tametsi gustu sensibilis sit, sed corpus Christi; et quod videtur vinum, vinum non est, etiamsi ita gustui videatur, sed sanguis Christi... confirma cor tuum.* Hic sane vulgaris distinctio de figura penitus eliditur, omneque præcluditur effugium.*

Hinc ad desperantium delapsi medium, negant Catecheses illas S. CYRILLI esse, quod stylus in Catechesibus mystagogicis non sit omnino similis stylo ejusdem Patris in Catechesibus illuminatorum, sive baptizandorum, sed præ hoc aliquanto elevatior.

Verum 1º ante recentiorum Calvinistarum quorundam ætatem tota semper Ecclesia Catecheses mystagogicas CYRILLO Hierosolym. tribuit.

2º S. CYRILLUS ipse Catech. ult. ad Illuminat. diserte promittit se alias post

pascha daturum Catecheses; nullæ vero aliæ nominari possunt, quam mystagogicæ. 3^o. Nihil valet allata ratio; Catecheses enim illuminatorum pro baptizandis adornaverat; mystagogicas pro baptizatis; quid mirum, si pro his stylo aliquando sublimiore uteretur? His, qui instruuntur, ceu pueris, quibus lacte opus est, prima fidei elementa stylo simplici tradere omnes solemus.

S. GREGORIUS Nyssen. orat. Catech. cap. 37. (opp. t. 3. p. 104. C.) : Recte, inquit, Dei verbo sanctificatum panem in corpus Dei Verbi transmutari credo. Et paulo supr. (ibid. p. 102. D.) quæstionem quam in hoc cap. 37. tractandam susceperat, ita definit : Oportet considerare quomodo fieri potuerit, ut unum illud corpus, quod tam multis fidelium millibus in universo orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem sit in unoquoque, et ipsum in se totum maneat. Hanc autem quæstionem eo modo solvit (ibid. p. 103. A.) : Per suæ gratiæ dispensationem, se per carnem inserit omnibus credentibus, commixtus et temperatus corporibus credentium... ut unione cum eo quod est immortale, sit etiam homo particeps incorruptionis. Hæc autem dat, virtute benedictionis, in illud transelementata eorum quæ apparent natura.

S. AMBROSIIUS L. de Mysteriis cap. 9. in eo totus est, ut realem Christi præsentiam in Eucharistia commonstret. Forte, ait, dicas : Aliud video, quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis! probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit, majoremque vim esse benedictionis quam naturæ; quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Tum exemplo virgæ Moysis in serpentem mutatæ, et hujus rursus in virgam commutatione, variisque exemplis aliis transmutationum prodigiosarum, subdit n. 32. Non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum?... Sermo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est, novas rebus dare, quam mutare naturas. Et n. 33. Præter naturæ ordinem Virgo generavit; et hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est. Quid contra utrumque textum S. GREGORII, et S. AMBROSII opponant adversarii, nec vidi hactenus; nec quid opponi possit, video.

SEculo V. S. CHRYSOSTOMUS homil. 82. in Matth. n. 4. (opp. t. 7. p. 787. C.) ait : Credamus ubique Deo, etiamsi sensui et cogitationi nostræ absurdum esse videatur, quod dicit... nam verba ejus fallere non possunt; sensus vero noster deceptu facilissimus est. Quoniam ergo ipse dixit : Hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate. Et inf. n. 3. (ib. p. 788. C.) Quis pastor unquam propriis membris oves nutrit? Et quid dico pastores? Multæ matres sæpe aliis nutricibus infantes dederunt; ipse vero non ita; sed ipse nos sanguine proprio nutrit... Non sunt virtutis humanæ hæc opera. Qui tunc in illa cæna ea confecit, nunc quoque operatur. Ministrorum nos ordinem tenemus; qui vero hæc sanctificat et transmutat, ipse est. At ipsi Catholici loqui non possunt apertius. Similia vero habet Homil. 24. in cap. 10. epist. 1. ad Cor. n. 1. et 2. (opp. t. 10. p. 212. 213.) et Homil. 46. in Joan. n. 3. (opp. t. 8. p. 272.)

S. AUGUSTIN. Conc. 1. in Ps. 33. n. 10. exponens illud : Et ferebatur in manibus suis, juxta versionem LXX. Quis, inquit, portatur manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo; manibus suis nemo portatur. Quomodo

intelligatur in ipso David secundum litteram, non invenimus : in Christo autem invenimus; ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait : Hoc est corpus meum; ferebat enim illud corpus in manibus suis. Et L. 9. Conf. cap. 13. de matre sua S. Monica inquit : Memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit... unde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum peccati; sed victima illa fuit ipsa Christi caro; ergo juxta Aug. ipsa vera Christi caro dispensabatur in altari.

S. CYRILLUS Alexandrinus in Joan. L. 3. : Quocirca nos corpus et membra Christi nuncupamus, ut qui per Eulogiam ipsum in nobis suscipimus Filium.. Quemadmodum enim si quis ceram ceræ conjunxerit, utique alteram in altera esse videbit : eodem, opinor, modo, qui Salvatoris nostri carnem suscipit, et bibit ejus pretiosum sanguinem, ut ipse ait, unum cum eo reperitur, commixtus quodammodo et immixtus ei per illam participationem, ita ut in Christo quidem ipse reperiatur, et vicissim Christus in eo.

SEculo VI. S. CÆSARIUS Arelatensis hom. 3. de Pasch. Cum reverendum altare cibus satiandus ascendis, sacrum Dei tui corpus et sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe... ad cognoscendum et percipiendum sacrificium veri corporis, ipse (Christus) te roborat, et potentia consecrantis invitet... Eucharistiæ sacra perceptio non in quantitate, sed in virtute insistit... Corpus, sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto. Quod cum Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in universis, ita integrum esse probatur in singulis... De hoc pane cum assumitur, nihil minus habent singuli, quam universi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt : quia benedictio hujus sacramenti scit distribui, nescit distributione consumi.

Plura Patrum testimonia qui volet, apud BELLARM. comperiet. Nunc methodo breviori Patres universim ad certas classes reducimus, quo amplius patescat traditio.

263. I. Patres tradunt panem transmutari in Christi corpus; sed hoc falsum esset, si in Eucharistia sola adesset substantia panis, ceu mera figura. Maj. constat ex S. CYRILLO Hierosolym. catech. mystag. 4.; S. AMBROSIO de mysteriis c. 9., S. GREG. Nyss. orat. catech. cap. 37. ante laudatis.

II. Docent, in Eucharistia pro figuris antiquæ Legis rem et veritatem haberi; sed si Eucharistia non nisi figura corporis Christi esset, non subsisteret doctrina Patrum. Maj. patet ex ORIGENE hom. 7. in Num. supra cit.; S. CYRILLO Hierosolym. catech. mystag. 4. n. 3. 6. Erant in veteri Testamento panes propositionis... At in Lege nova panis celestis, poculumque salutis animam et corpus sanctificant... Ne ergo consideres tanquam panem nudum : corpus enim est et sanguis Christi secundum ipsius Domini verbum.

III. In explicando Eucharistiæ mysterio ad omnipotentiam divinam confugiunt, S. JUSTINUS laudata Apol. 2. (al. 1^a.), S. CYRILLUS Hierosolym. cit. catech. 4. supra, S. AMBROSIIUS ante relatus L. de mysteriis cap. 9. Quibus accedit auctor antiquus sermonis de cæna Domini, inquiring (opp. S. Cypriani p. 329. edit. Rigalt. Paris. 1666.) : Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est

caro. Sed, si Eucharistia figura esset inanis Christi carnis, quid necesse erat ad omnipotentiam divinam, ad stupendum prodigium recurrere, simile mysterio incarnationis, aquæ in vinum conversæ, productionis mundi ex nihilo?

IV. Exigunt, ne credatur sensibus deceptioni obnoxiiis, sed Christi verbis; propter hæc ne dubitetur de veritate et præsentia corporis et sanguinis Christi; S. CYRILLUS cath. 4. cit., S. CHRYSOSTOMUS homil. 82. cit., HILARIUS L. 8. de Trinit. n. 14., S. AMBROSIVS de mysteriis cap. 9. Sed lepide hoc exigent in figura vacua, et ipsa re inani, vel nudo corporis signo.

V. Dicunt, corpus Christi idem esse in Eucharistia, quod natum ex Virgine, passum, ut S. IGNATIUS M. epist. ad Smyrnæos cit., S. AMBROSIVS passim. Unde in formula, cui an. 1079. subscribere BERENGARIUS jussus, aperte dicitur (Lab. t. 10. p. 378.) : *Post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine, etc.*

VI. Demum Eucharistiæ ea tribuunt, quæ figuræ inani repugnant, et nonnisi soli veroque Christi corpori conveniunt; ut 1º. quod adorandum sit, ut S. AUG. in Ps. 98. laudatus supra, alique; 2º. quod nobiscum maneat in altari : *Quid est altare*, ait S. OPTAT. Milevitan. L. 6. de Schism. Donatist. contr. Parmen. num. 1. *nisi sedes et corporis et sanguinis Christi?* 3º. quod sedulo cavendum sit, ne quid tanti doni in terram decidat, S. CYRIL. catech. mystag. 5. n. 21.; 4º. quod mysterium Eucharistiæ incomprehensibile sit, nec credi possit, nisi contra rationem pugnetur, S. CYRIL. catech. 4., S. CHRYSOST. homil. 82. in Matth. supr. cit.

264. *Obj. I.* EX ORIGENE, qui Comm. in Matth. L. 11. n. 14. (opp. t. 3. p. 499. A. edit. Ruæi.) ait 1º. *Quod sanctificatum est per verbum Dei, et orationem, non ex se utentem sanctificat; sed sanctificaret ex se utentem, si verum Christi corpus in Eucharistia esset.*

2º. *Ibid.* inquit : *Neque bono aliquo privamur ex eo, quod non comedamus, de pane per verbum Dei et orationem consecrato... Neque ex eo, quod comedamus, bono aliquo abundamus.* Atqui maximo privaremur bono, si corpus Christi realiter præsens esset, nec comederemus; et, si comederemus, abundaremur bono; ergo.

3º. Rursus ibidem asserit : *Cibus ipse per verbum Dei et orationem consecratus secundum illud quidem ipsum quod materia constat, in ventrem abit; ergo panis necesse est in Eucharistia sit.*

Ad 1ºm. R. Sermo est de utente indisposito, quem, sicut quodlibet sacramentum aliud, Eucharistia ex se non sanctificat. Responsio ex contextu constat; subdit enim : *nam si id ita esset, sanctificaret et illum, qui indigne Domino comedit; nec ullus propter cibum infirmus factus fuisset, aut imbecillis, aut mortuus... Proinde in pane Domini utilitas est ei, qui utitur cum intemerata mente, et pura conscientia panis fit particeps.*

Ad 2ºm. R. Iterum sensus est, nos non privari bono aliquo, propterea quod non comedamus indispositi, sive indigni; ita enim comedendo peccaremus; nec abundare nos bono, si comedamus indispositi; eo quod sic potius peccemus: aliter vero se habet si comedamus, ut par est, dispositi. Rursus constat responsio ex verbis finalibus textus, quæ plerumque ab adversariis non

bona fide reticentur : *Nam causa privationis, subdit, malitia est et peccata, et abundantie causa justitia est.* Hinc ad min. patet responsio.

Ad 3ºm. R. N. Cons. Per materiam intelliguntur accidentia, quæ ab auctore dicuntur materia 1º. quia materiam panis representare videntur sensibus; 2º. quia habent rationem materiæ, non quidem respectu formæ alicujus substantialis, sed verborum, vel significationis sacramentalis; 3º. quia videntur habere effectus eosdem quoad nutritionem et similia, quos haberent, si adhuc panis adesset substantia; licet effectus illos substantiæ panis alias proprios potius loco ejus substantiæ præstet Deus.

265. *Obj. II.* EX S. AUGUSTINO. 1º. Epist. 146. (al. 205. n. 3.) ad Consentium dubitat, an corpus Christi in cælo habeat sanguinem; qua ratione igitur adeo indubitate asseritur Christi sanguis in Eucharistia?

2º. L. contra Adimantum Manichæum cap. 12. n. 3. inquit : *Non Dominus dubitavit dicere : Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui; ergo Eucharistia nonnisi signum corporis Christi est.*

3º. Epist. 23. (al. 98. n. 9.) ad Bonifacium ait, sacramentum corporis Christi ita se habere ad Christi corpus ipsum, sicut sacramentum fidei, sive Baptismus ad fidem: sed hic non semper signum est actualis fidei; ergo.

Ad 1ºm. R. D. Dubitat, an habeat sanguinem quoad substantiam N. quoad qualitates, alterationi subjectas, corruptibilitatis, etc. C. De hoc enim eum interrogaverat Consentius; sed affirmare non volebat, ne hinc sumeretur occasio inferendi, corpus Christi esse corruptibile, quod nolebat Aug. dici; hinc addit : *sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caveat.*

Ad 2ºm. R. Explico eum D. Cum signum daret nudum et inane N. conjunctum cum re significata, sive ipso Christi corpore C. Signum corporis Christi in Eucharistia sunt species visibiles, sub quibus tamen ipsum latet; hoc vero signum dixit corpus suum, scilicet, sicut alias, res significata de ipso signo prædicatur. Confer dicta de S. Patre in prob. Conclus.

Ad 3ºm. R. D. M. Ita se habere in omnibus N. in aliquibus, ut poscebat præsens quæstio C. Quæsierat ex Aug. Bonifacius, cur in baptismo nomine parvuli sponsores dicerent : *Credo, etsi infans per ætatem credere non possit? Respondet Aug., infantem dici posse fidelem, vel fidem habere, quia habet sacramentum fidei, nempe baptismum... sicut secundum quemdam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est.* Unde comparatio in hoc sita est, quod, cum de signo vel eo quod in sacramentis similitudinem habet cum re significata, ipsa res significata dici possit, sicut *sacramentum*, h. e. signum sive species sensibiles, corpus Christi aliquando dicuntur; ita baptismus possit dici fides, quia est sacramentum, vel signum fidei, et qui proinde baptismum habet, ut infantes, habere fidem dici possit, de quo solo fuerat interrogatus; unde hic non intendebat exponere, quomodo Eucharistia signum esset corporis Christi, præsentis, vel absentis.

266. *Obj. III.* FACUNDUS Hermianensis, in opere, quod sexto scripsit seculo pro defensione trium Capitulorum, præsertim Theodori Mopsuesteni, Christum Filium Dei adoptivum asserentis, ait L. 9. c. 5. sic eum dici, eo quod sacramentum perceperit adoptionis, quando circumcensus et baptizatus est, ac subdit : *Potest sacramentum adoptionis adoptio nuncupari, sicut sacra-*

mentum corporis et sanguinis ejus, quod est in pane et poculo consecrato, corpus ejus et sanguinem dicimus: non quod proprie corpus ejus sit panis, et poculum sanguis, sed quod in se mysterium corporis ejus sanguisque contineant... Quocirca sicut Christi fideles sacramentum corporis et sanguinis ejus accipientes, corpus et sanguinem Christi recte dicuntur accipere; sic et ipse Christus sacramentum adoptionis filiorum cum suscepisset, potuit recte dici adoptionem filiorum suscepisse. Sed in hoc ratiocinio supponit, corpus Christi realiter in Eucharistia præsens non esse; ergo.

R. N. min. Ratiocinium enim erat hoc: Ille est filius adoptivus, qui adoptionem suscepit: atqui Christus baptismum suscipiendo suscepit adoptionem; quia recte adoptionem suscipere dicitur, qui signum adoptionis, sive baptismum suscipit, sicut fideles, dum signum corporis Christi suscipiunt in Eucharistia, dicuntur suscipere Christi corpus. Sed ex hoc discursu præsentia realis corporis Christi non modo non negatur, sed potius asseritur; sicut enim, quæ mens FACIENDI erat, baptismus sic est sacramentum, vel signum adoptionis, ut hanc non significet solum; sed vere etiam contineat, conferatque; sic panis, hujus nimirum species, licet proprie non sit corpus Christi, dicitur tamen corpus Christi, quia ejus est signum, non nudum, sicut nec baptismus nudum signum adoptionis est, sed conjunctum cum re.

Verissime etiam dixit, non esse proprie corpus Christi panem, quia 1º. panis consecratus, de quo loquitur, non est panis in substantia, sed ejus tantum species. 2º. Quia etiam species secundum se non sunt, loquendo proprie, Christi corpus, sed denominative solum, eo scilicet modo, quo signa alias nominibus rerum, quas significant, insigniri solent.

At, ne longius, quam par sit, poscalque necessitas, moremur in solvendis objectionibus cæteris, quæ ex Patribus depromuntur, ac ferme sine numero consareinantur ab adversariis, regulas quasdam generales statuere visum, ex quibus objectiones cæteræ singulæ ad genuinam Patrum mentem solutionem capiant.

267. REGULA I. Subinde a Patribus Eucharistia signum, figura corporis Christi dicitur. Sic in specie TERTULLIANUS L. 4. contra Marcion. L. 4. c. 40. inquit: *Acceptum panem et distributum discipulis corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum, dicendo, id est, figura corporis mei.*

Sic vero dicitur 1º. ratione specierum, sicut etiam dicitur veritas ratione substantiæ corporis Christi, Can. 72. Dist. 2. de Consecr. ex S. AUG. (ex PASCHASIO RATBERTO L. de corpore et sang. Domini c. 4. n. 12.): *Corpus Christi et veritas et figura est, veritas, dum corpus Christi et sanguis, virtute Spiritus sancti in verbo ipsius ex panis et vini substantia efficitur. Figura vero est id quod exterius sentitur.* Unde et HUGO VICTORIN. ait: *Tria sunt in hoc sacramento: species visibiles, veritas corporis et virtus gratiæ spiritualis, quæ cum corpore et sanguine invisibiliter percipitur.* Ideoque species visibiles vocat veri corporis et sanguinis sacramentum.

2º. Ratione corporis mystici Christi, Ecclesiæ, cujus unitas per panem ex multis granis confectum, et vinum ex multis racemis expressum representatur; et ita aliquando S. AUG. exposuit Tract. 26. in Joan. n. 17.

3º. Ratione corporis Christi in cruce immolati, et existentis in cælo; etsi

enim idem corpus Christi sit existens in Eucharistia, immolatum in cruce, et nunc existens in cælis; non est tamen idem status, et sic idem sui ipsius diverso respectu esse signum et figura potest; etsi enim Christus nunc amplius mori non possit, nec realiter separari sanguis ejus a corpore; in Eucharistia tamen vi verborum ponitur formaliter ipsum corpus in consecratione prima, sicut in secunda sanguis; et ita quasi in statu mortuo; etsi nec corpus sine sanguine unquam, nec hic sine illo sit. Atque vel hoc posteriore, vel primo sensu TERTUL. accepisse figuram dici potest; idque apposite ad ejus scopum, qui voce *figura* contra phantasiastas, qualis Marcion erat, constanter utitur ad probandam veritatem, negans figuram dari, nisi veritatis; hinc ex illo Apostoli: *In similitudinem hominum factus*, probat veritatem carnis Christi; quia alias sequeretur, Christum nec Deum verum esse, eo quod dicatur *imago et figura substantiæ Patris*: unde et L. 5. contra eumd. Marcion. cap. 8. inquit: *Panis et calicis sacramento jam in Evangelio probavimus corporis et sanguinis Dominici veritatem.*

Spectato tamen contextu penitius, hæc, *id est, figura corporis mei*, non ad corpus, sed ad hoc referri debent, ut sensus sit: Hoc, quod in Lege veteri erat figura corporis mei, nunc est corpus meum; proinde per figuram hyperbaton hic locutus est. Et revera hunc esse ejus sensum, patet 1º. ex immediate sequentibus: *figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus*; ubi hæc, *non fuisset*, temporis præteriti, clare indicant ipsum loqui respective ad Testamentum vetus, in quo dicit panem fuisse figuram corporis Christi, et vinum sanguinis; non respective ad panem Eucharisticum; secus non dixisset, *fuisset*, sed *esset*. 2º. Ex TERTULLIANI scopo: probat enim ibi, Christum habuisse verum corpus non figuram corporis contra Marcionem, quia corpus Christi in Testamento veteri præfiguratum fuit in pane apud Isaiam, et sanguis in vino, Is. 63. et Gen. 49. non vero datur figura nisi veritatis.

Unde ratiocinium TERTULLIANI tale est: Corpus Christi in Eucharistia est corpus verum, quia præfiguratum fuit in pane apud ISAIAM, *figura vero non datur nisi veritatis; et vacua res, quod est phantasma, figuram capere non potest*; ergo corpus Christi non est phantasticum. Idem probat ex veritate sanguinis in Eucharistia sic: Verus sanguis non est nisi veræ carnis, juxta illud TERTULLIANI: *probatio carnis de testimonio sanguinis*, etc. Sed in Eucharistia est verus Christi sanguis; quia fuit præfiguratus in vino Is. 63. Gen. 49. *Lavabit in vino stolam suam*; non datur vero figura nisi veritatis; ergo Christus veram carnem habuit.

268. REGULA II. Eucharistia etiam post consecrationem aliquando panis, fractio panis, sacramentum panis appellatur, 1º. quia est panis non materialis, sed spiritualis, sive quia corpus Christi nutrimentum est animæ, ut ait Auctor antiquus serm. de cœn. Dom. inter opera S. CYPRIANI: *Hoc sacramentum aliquando carnem et sanguinem, aliquando corpus suum, aliquando panem Christus appellat. Panis dicitur propter nutrimentum vitæ; caro et sanguis propter veritatem naturæ; corpus propter unitatem substantiæ*; 2º. quia remanent species panis; 3º. ratione materiæ, quæ in Christi corpus est conversa. Sic Exod. 7. 12. de virga Aaronis jam in serpentem conversa

dicitur, quod devoravit virgas magorum : *Devoravit virga Aaron virgas eorum.*

269. REGULA III. Post consecrationem adhuc subinde *typus, imago* corporis et sanguinis Christi dicitur Eucharistia. Sic S. AMBROS. L. 1. de Offic. cap. 48. n. 238. et in Ps. 38. n. 23. inquit : *Umbra in Lege; imago in Evangelio; veritas in cœlestibus.* Et S. HIERON. L. 2. advers. Jovinian. eum sic loquentem inducit, quin idcirco reprehendat. : *Dominus in typo sanguinis sui non obtulit aquam, sed vinum.* At ita dicitur 1°. sicut supra signum et figura : 2°. in specie, offerri *in imagine*, quia offertur sub aliena specie; hæc autem oblatio non cuiquamque veritati opponitur, sed veritati sub propria specie manifestatæ, quæ non nisi in cœlestibus est; unde ibidem ait AMBROS. : *Ante agnus offerebatur... nunc Christus offertur; sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem.*

270. REGULA IV. Quidam Patres negant, Eucharistiam post consecrationem dici posse *antitypon*; affirmant alii. Sed differentia hæc a diversa vocis acceptione oritur. Nam *antitypon* pro figura rei absentis, vel adhuc futuræ sumi potest. Sic Apostolus sancta Testamenti veteris vocat antitypa verorum, sive futurorum Testamenti novi. Hoc sensu equidem panis et vinum ante consecrationem dici possunt antitypa corporis et sanguinis Christi; minime vero Eucharistia ipsa jam consecrata; cum in hac sub speciebus Eucharisticis jam sit realiter ac substantialiter præsens corpus Christi et sanguis. Atque hoc sensu quidam Patres negant Eucharistiam post consecrationem posse dici antitypon. Verum præter hanc acceptionem multiplex alia est vocis antitypon, in qua Eucharistiæ consecratæ applicari potest.

Nam 1°. *antitypa* dicuntur, quæ typum et formam eandem referunt, velut autographum et transsumptum. Et sic Christus in Eucharistia potest dici antitypon respectu sui ipsius pro alio statu, nimirum ut immolati in cruce; sicut supra de *figura* dictum.

2°. Antitypa etiam dicuntur, quæ erant præfigurata, nuncque existentia sunt, ac figuræ suæ opponuntur. Sic Lex nova dici potest antitypa veteris; et veritas in re existens per figuras in Lege veteri præsignata. Hoc etiam sensu Eucharistia dici antitypon potest ceu veritas nunc existens, olim præfigurata per manna, panes propositionis, sacrificium Melchisedechi.

3°. Eucharistia etiam potest dici antitypa respectu alicujus futuri, non quidem corporis et sanguinis Christi, sed quatenus futuram significat gloriam, cujus pignus est; sicut sacramenta alia, præterquam quod sint signa practica gratiæ præsentis, simul signa prognostica sunt futuræ gloriæ. Singulari tamen modo hoc Eucharistiæ competit. Unde S. JOANNES DAMASCEN. L. 4. de fide c. 43. postquam dixisset, S. BASILIUM in Liturgia panem et vinum vocasse antitypa ante, non post consecrationem, subjungit : *Figura porro rerum futurarum idcirco dicuntur; non quod non vere corpus et sanguis Christi sint; sed, quod nunc quidem divinitatis Christi per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per solum aspectum, sive visionem intuitivam, beatificam.*

271. REGULA V. Patres aliquando dicunt, carnem Christi esse manducandam *spiritualiter*; 1°. ut opponant manducationem carnis Christi manducationi cruentæ Capharnaiticæ, juxta dicta Art. 1. 2°. Ut innuant, corpus Christi Eucharisticum cibum esse spirituales animæ, non corporis, nisi ratione specierum. 3°. Intelligunt idem ac invisibiliter. 4°. Ut indicent, manducationem carnis sine fide, dispositione, devotione non conferre spirituales fructum, ut *spiritualiter* sumit Aug. Tract. 26. in Joan. *Qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem (scilicet, fructuose) licet carnaliter et visibiliter premat dentibus sacramentum corporis et sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta.*

272. REGULA VI. In sec. IX. et postea quidam negabant, quidam affirmabant, carnem Christi in Eucharistia eandem esse, quæ nata ex B. Virgine, crucifixa, resurrexit. Sed sola disputatio erat, non de carne Christi quoad substantiam, sed quoad affectiones, statum, ut ex dicendis in sequenti Art. patebit.

ARTICULUS IV.

AN ET QUOMODO REALIS CHRISTI IN EUCHARISTIA PRÆSENTIA EVINCATUR ARGUMENTO A PRÆSCRIPTIONE ?

Duplici via fidei nostræ veritas demonstrari adversus hæreticos potest 1°. via discussionis; 2°. præscriptionis. Via discussionis est, cum momenta singillatim pro et contra discutiuntur; quam hactenus partim tenuimus. Brevior via præscriptionis est. Hæc tamen hic non strictè accipitur pro exceptione peremptoria, ex jure positivo humano orta, qua omne jus et actio actoris quoad res temporales eliditur et perimitur; sed analogice ad normam prioris in materia dogmatica præscriptio dicitur, dum adversario opponitur, perpetuum hunc totius Ecclesiæ sensum fuisse, sicque dogma quod defenditur in possessione manere, eo ex validissimo capite, quod Ecclesia tota ob promissam Spiritus sancti assistentiam labi in errorem non possit. Maximi hoc argumentum TERTULLIANUS fecit; unde librum de præscriptionibus adversus hæreses conscripsit sui temporis, quo, ceu methodo stricta æque ac brevi, adversarios ad silendum adegit.

273. Dico. Nemo in Ecclesia ante sec. IX. vel inficiatus est, vel impugnavit præsentiam realem Christi in Eucharistia; sed ea omnium Ecclesiarum constanti et unanimi fide credita fuit; ut adeo sic solo argumento a præscriptione constet de veritate catholici dogmatis.

Prob. 1°. p. 1°. Nullus enim Patrum, etsi, ut vidimus Art. præcedentibus, crederent realitatem præsentiae Christi in Eucharistia, unquam contra quempiam contrarium asserentem vel scripto, vel voce, vel intra, vel extra Concilium aliquod disputationem habuit. Nec Hæresiologi, qui de hæresibus scripsere, ut IRENÆUS, TERTUL., PHILASTRIUS, EPIPHAN., AUG., THEODORET., JOANN. DAMASCEN., etsi quorundam hæreticorum abusus et errores circa alia, quæ ad Eucharistiam pertinent, solerter notarint, aliquando vel unius me-

dicitur, quod devoravit virgas magorum : *Devoravit virga Aaron virgas eorum.*

269. REGULA III. Post consecrationem adhuc subinde *typus, imago* corporis et sanguinis Christi dicitur Eucharistia. Sic S. AMBROS. L. 1. de Offic. cap. 48. n. 238. et in Ps. 38. n. 23. inquit : *Umbra in Lege; imago in Evangelio; veritas in cœlestibus.* Et S. HIERON. L. 2. advers. Jovinian. eum sic loquentem inducit, quin idcirco reprehendat. : *Dominus in typo sanguinis sui non obtulit aquam, sed vinum.* At ita dicitur 1°. sicut supra signum et figura : 2°. in specie, offerri *in imagine*, quia offertur sub aliena specie; hæc autem oblatio non cuiquamque veritati opponitur, sed veritati sub propria specie manifestatæ, quæ non nisi in cœlestibus est; unde ibidem ait AMBROS. : *Ante agnus offerebatur... nunc Christus offertur; sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem.*

270. REGULA IV. Quidam Patres negant, Eucharistiam post consecrationem dici posse *antitypon*; affirmant alii. Sed differentia hæc a diversa vocis acceptione oritur. Nam *antitypon* pro figura rei absentis, vel adhuc futuræ sumi potest. Sic Apostolus sancta Testamenti veteris vocat antitypa verorum, sive futurorum Testamenti novi. Hoc sensu equidem panis et vinum ante consecrationem dici possunt antitypa corporis et sanguinis Christi; minime vero Eucharistia ipsa jam consecrata; cum in hac sub speciebus Eucharisticis jam sit realiter ac substantialiter præsens corpus Christi et sanguis. Atque hoc sensu quidam Patres negant Eucharistiam post consecrationem posse dici antitypon. Verum præter hanc acceptionem multiplex alia est vocis antitypon, in qua Eucharistiæ consecratæ applicari potest.

Nam 1°. *antitypa* dicuntur, quæ typum et formam eandem referunt, velut autographum et transsumptum. Et sic Christus in Eucharistia potest dici antitypon respectu sui ipsius pro alio statu, nimirum ut immolati in cruce; sicut supra de *figura* dictum.

2°. Antitypa etiam dicuntur, quæ erant præfigurata, nuncque existentiæ sunt, ac figuræ suæ opponuntur. Sic Lex nova dici potest antitypa veteris; et veritas in re existens per figuras in Lege veteri præsignata. Hoc etiam sensu Eucharistia dici antitypon potest ceu veritas nunc existens, olim præfigurata per manna, panes propositionis, sacrificium Melchisedechi.

3°. Eucharistia etiam potest dici antitypa respectu alicujus futuri, non quidem corporis et sanguinis Christi, sed quatenus futuram significat gloriam, cujus pignus est; sicut sacramenta alia, præterquam quod sint signa practica gratiæ præsentis, simul signa prognostica sunt futuræ gloriæ. Singulari tamen modo hoc Eucharistiæ competit. Unde S. JOANNES DAMASCEN. L. 4. de fide c. 43. postquam dixisset, S. BASILIUM in Liturgia panem et vinum vocasse antitypa ante, non post consecrationem, subjungit : *Figura porro rerum futurarum idcirco dicuntur; non quod non vere corpus et sanguis Christi sint; sed, quod nunc quidem divinitatis Christi per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per solum aspectum, sive visionem intuitivam, beatificam.*

271. REGULA V. Patres aliquando dicunt, carnem Christi esse manducandam *spiritualiter*; 1°. ut opponant manducationem carnis Christi manducationi cruentæ Capharnaiticæ, juxta dicta Art. 1. 2°. Ut immuant, corpus Christi Eucharisticum cibum esse spirituales animæ, non corporis, nisi ratione specierum. 3°. Intelligunt idem ac invisibiliter. 4°. Ut indicent, manducationem carnis sine fide, dispositione, devotione non conferre spirituales fructum, ut *spiritualiter* sumit Aug. Tract. 26. in Joan. *Qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem (scilicet, fructuose) licet carnaliter et visibiliter premat dentibus sacramentum corporis et sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducat et bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta.*

272. REGULA VI. In sec. IX. et postea quidam negabant, quidam affirmabant, carnem Christi in Eucharistia eandem esse, quæ nata ex B. Virgine, crucifixa, resurrexit. Sed sola disputatio erat, non de carne Christi quoad substantiam, sed quoad affectiones, statum, ut ex dicendis in sequenti Art. patebit.

ARTICULUS IV.

AN ET QUOMODO REALIS CHRISTI IN EUCHARISTIA PRÆSENTIA EVINCATUR ARGUMENTO A PRÆSCRIPTIONE?

Duplici via fidei nostræ veritas demonstrari adversus hæreticos potest 1°. via discussionis; 2°. præscriptionis. Via discussionis est, cum momenta singillatim pro et contra discutiuntur; quam hactenus partim tenuimus. Brevior via præscriptionis est. Hæc tamen hic non strictè accipitur pro exceptione peremptoria, ex jure positivo humano orta, qua omne jus et actio actoris quoad res temporales eliditur et perimitur; sed analogice ad normam prioris in materia dogmatica præscriptio dicitur, dum adversario opponitur, perpetuum hunc totius Ecclesiæ sensum fuisse, sicque dogma quod defenditur in possessione manere, eo ex validissimo capite, quod Ecclesia tota ob promissam Spiritus sancti assistentiam labi in errorem non possit. Maximi hoc argumentum TERTULLIANUS fecit; unde librum de præscriptionibus adversus hæreses conscripsit sui temporis, quo, ceu methodo stricta æque ac brevi, adversarios ad silendum adegit.

273. Dico. Nemo in Ecclesia ante sec. IX. vel inficiatus est, vel impugnavit præsentiam realem Christi in Eucharistia; sed ea omnium Ecclesiarum constanti et unanimi fide credita fuit; ut adeo sic solo argumento a præscriptione constet de veritate catholici dogmatis.

Prob. 1°. p. 1°. Nullus enim Patrum, etsi, ut vidimus Art. præcedentibus, crederent realitatem præsentiae Christi in Eucharistia, unquam contra quempiam contrarium asserentem vel scripto, vel voce, vel intra, vel extra Concilium aliquod disputationem habuit. Nec Hæresiologi, qui de hæresibus scripsere, ut IRENÆUS, TERTUL., PHILASTRIUS, EPIPHAN., AUG., THEODORET., JOANN. DAMASCEN., etsi quorundam hæreticorum abusus et errores circa alia, quæ ad Eucharistiam pertinent, solerter notarint, aliquando vel unius me-

minerunt, qui realitatem presentie Christi in Eucharistia in se, aut directe negasset.

2º. In sec. IX. circa annum 818., PASCHASIVS RATBERTVS Corbeiensis Abbas librum conscripsit de Corpore et Sanguine Domini, quo, dum lectoris animum firmat Scripturarum et Traditionis auctoritate contra dubitationes, quæ circa hoc mysterium suboriri possent, affirmat cap. 12. ita constans ac necessarium esse Ecclesie de presentia reali dogma, ut, qui illud non credit, impio deterior sit.

Anno autem 832. scribens librum 12. Commentar. in Matth., eandemque constanter tradens doctrinam, monet, esse quosdam, quibus, ut rumore acceperat, non placerent quæ de veritate corporis et sanguinis Domini scripsisset, dicerentque non nisi virtutem carnis et sanguinis Christi in Eucharistia esse; verum exposito dogmate catholico, addit (ib. p. 1093. edit. Sirmo-nd.) : *Nec mireris, frater, qui forte ista non credis, quia non nostra sunt quæ dicimus.*

Circa annum vero 860. epist. ad Fredegardum, eosdem oblocutores notat, et refellit; ibique sententiam suam ait esse *fidem Sanctorum*; qui vero eam impugnarent, *contra ipsum Dominum, omnemque Ecclesiam agere* (opp. p. 1634. A. edit. Sirm.); et infra: *Neminem esse adhuc in aperto, qui hoc ita esse contradicat, quod totus orbis credit et confitetur*; ergo ante seculum IX. nemo in Ecclesia fuit, qui dogma de realitate presentie Christi in Eucharistia negasset.

Prob. 2ª. p. 1º. Hæc partim elucet ex Patribus, quorum consensum per priora secula retulimus. Unde jam corrui Blondelli Calvinistæ commentum, ANASTAS. SINAITAM sec. VI. primum fuisse, qui dogmatis catholici semina sparserit. Sed accedit, ne fucum quidem habere similitudinis hoc Blondelli assertum; quis enim credat, ne unum fuisse tota in Ecclesia, qui se novitio errori opposuisset, cum adeo vigilasse constet pastores, ut nulla hæresis impune caput efferret? Igitur vel ex ipso ANASTASIO liquet, idem tunc sensisse Ecclesiam de veritate corporis et sanguinis Domini, quod ille palam, nemine mortalium contradicente, Lib. *ἔδῆγος*, sive *Dux vie* docebat.

2º. Ex consensione orientalis et occidentalis Ecclesie. Prioris fides a Trullanis Patribus nitide exprimitur Can. 3. (Labb. t. 6. p. 1141. C. et Can. 26.) (ibid. p. 1133. D.), ubi tradunt, Christum in sacrificio, quod sacerdotes offerunt, victimam simul esse, et sacrificatorem: presbyterum corporis Christi dispensatorem esse. Ac Can. 101. (ibid. p. 1185. A.) manducari, aiunt, et bibi Christum, ejusque immaculati corporis nos reddi participes. Eadem habet ORDO ROMAN., qui sec. VII. prodiit, quem adhuc in Missa retinet occidentalis Ecclesia. Sed luculentissime hæc fides Ecclesiarum ex Synodo generali VII. NICÆNA II. an. 787. perspicitur, in qua sess. 6. (Labb. t. 7. p. 430. B.) inquit Patres: *Nusquam Dominus, vel Apostoli, aut Patres imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine... sed ipsum corpus et ipsum sanguinem... Antequam sanctificata fuerint, vocata sunt typi; post sanctificationem autem corpus proprie ac sanguis Christi dicuntur, sunt et creduntur.* Hinc allerius commenti, quod Claudius pseudominister finxit, falsitas legitur oculis, PASCHASIVM RATBERTVM primum fuisse catholici dogmatis assertorem, utpote qui an. 820. floruit, nullis post Synodum VII. annis.

3º. Eadem fides sec. XI. certo in Ecclesia viguit; cum enim eo labente

seculo Berengarius palam dogma catholicum impugnare (quod intra annum 1033. et 1040. evenisse videtur) cepisset, contra eum undequaque reclamantur Romani Pontifices, episcopi, abbates, monachi. In quindecim ad minus condemnatus fuit Conciliis. Inter alios plures eum impugnavit ADELMANVS Berengarii sub FULBERTO Carnotensi condiscipulus, ac in epistola ad eundem ipsi exprobrat, quod se *ab unitate S. Matris Ecclesie divulserit*. Item HUGO Lingonensis Tract. de Corp. et Sang. Dom. contra eum d., quo ipsi objicit quod *totam scandalizet Ecclesiam*: addens, nisi male sentiat Berengarius, periisse omnem Christi Ecclesiam, quæ aliud ab ipso sentit. De sequentibus seculis usque ad nos, Calvinismi et Sacramentariorum non est quod laboremus; concedunt enim a PASCHASIO tempore dogma nostrum pervasisse sensim Ecclesiam.

Atqui communis ille fidelium et Ecclesiarum consensus evidens est veritatis catholice argumentum; ut in similibus ostendit TERTULLIANVS L. de Præscriptionib. cap. 23. *Ecquid, inquit, verisimile est, ut tot ac tanta (Ecclesie) in unam fidem erraverint? Nullus inter multos eventus unus est exitus: variasse debuerat error doctrinæ Ecclesiarum. Cæterum, quod apud multos unum invenitur, non est erratum, sed traditum.*

Quid ad hæc adversarii, ut argumentum hoc a præscriptione, sibi nimium molestum ac invisum eludant, ac telam fabulæ de PASCHASIO ceu primo dogmatis catholici fundatore pertexant? Colligunt unde possunt ratiunculas, quibus assertam tueantur. Expendamus singulas, atque vel ex his ipsis roboremus nostrum a præscriptione argumentum. Igitur

274. Reponunt 1º. PASCHASIVS ipse professus est, se doctrinam novam proferre; nam 1º. epist. ad Fredegard. ait, plures tantæ fidei sacramenta ignorasse; alios dubitare; ab aliis se reprehendi. 2º. Plures ait (ead. epist.) ad intelligentiam hujus mysterii fuisse a se conciliatos; sed hoc immerito diceret, si doctrina PASCHASII antiqua fuisset. 3º. Fredegardo librum suum offert, ut examinet, sibi significet, si quid in eo reprehensione dignum comperiat; at si doctrina PASCHASII antiqua fuisset, quid reprehensione dignum metuere poterat?

R. N. Ass. Cujus falsitas ex ante dictis patet.

Ad prob. 1ª. R. D. Ait hoc de rudibus, indoctis, ignorantibus C. aliis N. Vel ex hinc quoque intelligitur, doctrinam PASCHASII antiquam et communem fuisse; illi enim ignorantes, dubitantes, reprehendentes non erant episcopi, abbates, presbyteri, similesque, apud quos magna gratia, fama que pollebat PASCHASIVS; sed homines obscuro, quique non palam se audebant opponere PASCHASIO, sed non nisi clam obmurmurabant. Hoc ex ipsius PASCHASII verbis liquet, nam epist. ead. hos ipsos *magis loquaces, quam doctos* vocat, additque, neminem sibi *in aperto* contradixisse. Ac *quamvis quidam de ignorantia curent; nemo tamen est adhuc in aperto, qui ita hoc esse contradicat, quod totus orbis credit, et confitetur.* Præterea, etsi quidam ignorantes dubitarent; dubitatio hæc non ideo præcise de realitate presentie in se fuerat, sed de modo, quem exposuerat PASCHASIVS. Sic et Fredegardus ipse, licet eum reliqua Ecclesia presentiam realem crederet, ob textum AUGUSTINI male intellectum L. 3. de Doctrina christiana, quoad existendi in Eucharistia modum hæserat ambiguus.

Ad prob. 2ª. R. Ait, tantum fuisse excitatus ad intelligentiam pleniorum,

inquit, Eucharistiam corpus Christi appellari propter similitudinem rerum, seu perfectiorem sacramenti notitiam; ibidem enim de his inquit: *ad plenum non intelligebant*; scilicet quoad reliquas hujus mysterii affectiones ac proprietates. Sed his ipsis supponit, quod realitas presentiae in se crederetur. Nimirum nitide eo libro totum hoc mysterium dilucidat ordinata methodo, etiam pro pueris, ut inquit laudata epist. Docet 1^o. verum Christi corpus ac sanguinem in Eucharistia existere; 2^o. panis et vini substantiam in Christi corpus et sanguinem converti; 3^o. hoc corpus esse illud idem dicendum, quod natum ex Maria virgine; 4^o. Eucharistiam non esse egestionem obnoxiam; 5^o. eam esse figuram simul et veritatem, ac similia, quæ plures latere poterant, etsi realem presentiam ipsam profiterentur.

Ad prob. 3^{am}. R. N. min. Potest enim quis librum suum subjicere relectioni, et examini alterius, licet in eo auctor doctrinam Ecclesiae et Patrum proferat; etsi non ratione doctrinae ipsius, tamen ratione modi, argumentorum, quibus doctrinam proponit. Quin familiare hoc est Scriptoribus plerisque, hodieque fieri solet. Sic et ALCUINUS librum suum de his, quæ pertinent ad fidem rectam, CAROLI M. submitit judicio: AGOARDUS episcopus Lugdunensis librum suum contra Felicem Urgelitanum subjecit LUDOVICI Imperatoris ingenio et examini; nemo tamen inde infert, AGOARDI doctrinam, qua contra Felicem Christum Filium Dei naturalem asserebat, fuisse novam, vel eum sibi in ea propugnanda diffidisse.

275. Reponunt 2^o. Cum PASCHASIVS suam de reali Christi in Eucharistia presentia mentem L. cit. declarasset, eum impugnarunt viri tunc celeberrimi, RABAN. MAURUS, ADONYRIUS CELLOTIAN., RATRAMNUS, JOAN. SCOTUS, sive ERIGENA, aliique; ergo nova ejus doctrina, necesse est, fuerit.

R. D. Ant. Eum impugnarunt quoad realitatem presentiae corporis et sanguinis Christi in Eucharistia N. Quoad alia, quæ corpus Christi attinent, an corpus Christi Eucharisticum esset idem, quod ex Maria Virgine natum? quod affirmaverat PASCHAS.; illi vero negabant C. Nullus ex his omnibus, ne quidem RATRAMNUS, ob assertam Christi in Eucharistia presentiam, quam singuli aperte profiterentur, impugnavit PASCHASIVM; sed contra hunc id contendebant, corpus Christi Eucharisticum non esse idem illud, quod natum ex B. Virgine, in cruce pependit, resurrexit. Nam

1^o. RABAN. ipse testatur epist. ad Heribaldum, quod se, quantum potuisset, opposuerit errori PASCHASII in epist. ad Egilonem; sed cui errori? In Eucharistia idem corpus Christi esse, quod ex Maria Virgine natum, ut volebat PASCHAS.; quod esse errorem, putabat RABANUS. At de Eucharistiae dogmate idem, quod PASCHAS., sensit; nam L. de sacris Ordin. ad Theotmarum. perspicuis plane verbis ait: *Quis unquam crederet, quod panis in carnem potuisset converti, vel vinum in sanguinem, nisi ipse Salvator diceret, qui panem in vinum creavit, et omnia ex nihilo fecit? Facilius est aliquid ex alio facere, quam omnia ex nihilo creare.*

Cæterum observandum, dum RABAN. cæterique, qui PASCHASIO adversati, negant corpus Christi in Eucharistia idem esse, quod ex B. Virgine natum est; non eos negare, idem esse quoad substantiam, sed tantum quoad statum et existendi modum, aliasque affectiones, quæ corpori Christi olim naturali

in terra viventis competebant; corpori autem ejus Eucharistico tribui non possunt; putabant vero errore tribui a PASCHASIO.

Hæc perspicua fiunt ex Scriptorum anonymo adversario Paschasii, edito a MABILLONIO ad calcem sec. IV. Benedictini part. 2^a. (quippe non alius esse putatur a RABANO ipso, esseque ejus ad EGILONEM epistola). Is vero in libello, cui titulus: *Dicta cujusdam sapientis de corpore et sanguine Domini adversus Ratbertum*; ne videatur, quoad Eucharistiae dogma dissentire a RATBERTO: sic 1^o. orthodoxam fidem profiteretur (loc. cit. p. 592.) *Quod corpus et sanguis Domini vera sit caro, versusque sanguis, unusquisque debet credere... Hoc ergo fidelissime confirmo, et addo, quod, sicut veritas est Christus, et verus agnus Dei, qui quotidie mystice immolatur; ita procul dubio ex pane vera caro, ex vino verus sanguis ejus consecratione Spiritus sancti potentialiter creatur. Quæ cum certissima sint... nec ullus Christianus ambigere possit, etc.* Videmus, quam in Eucharistiae dogmate exacte cum PASCHASIO conveniant adversarii. Nunc differentiam videamus.

Deinde impugnaturus PASCHASII librum inquit: *Illud in eo libro mihi prorsus inauditum fateor reperiri sub nomine Ambrosii, quod non sit alia caro Christi, quam quæ nata est de Maria et passa in cruce, et resurrexit.* En in quo dissentiret a PASCHASIO. Sed in quo sensu hoc negarent contra PASCHASIVM, explicat, præsertim, inquiring, cum illa Christi caro resurgens de sepulcro, ita glorificata sit, ut jam vorari nullo modo possit. Quæ ratio jam satis indicat, quid in PASCHASIO impugnet. Sed disputationem demum sic concludit: *Hæc dicta Magistri (Augustini) si fideliter, ferventer legeritis, manifeste cognoscetis, non quidem, quod absit, NATURALITER, sed SPECIALITER, aliud esse corpus Domini, quod ex substantia panis ac vini pro mundi vita quotidie per Spiritum sanctum consecratur, quod a sacerdote postmodum Deo Patri suppliciter offertur; et aliud specialiter corpus Christi, quod natum est ex Maria Virgine, in quod istud transfertur.* Ubi ait, corpus Christi esse naturaliter, h. e. quoad substantiam idem, quod natum ex B. Virgine; non vero esse idem specialiter, h. e. quoad statum et modum existendi. Idem anonymus alter PASCHASII adversarius habet: *Aliud est specialiter corpus Dei, quod glorificatum sedet ad dexteram Dei, et tamen naturaliter unum est ipso Domino dicente: Hoc est corpus meum.* Ac RABAN. L. cit. de Sac. Ordin. inquiring, corpus Christi natum ex B. Virgine, ossibus et nervis compactum est, et hujusmodi membrorum lineamentis distinctum; non vero Eucharisticum. Unde addit: *Quæ fidelium ore percipiuntur, figuram esse secundum speciem visibilem: at vero secundum invisibilem substantiam verum corpus et sanguinem Christi.* Nihil clarius. ®

Unde LANFRANCUS Dial. contra Berengar. c. 18. sententias RATBERTI et adversariorum ejus facile, ait, conciliari inter se, ac corpus Christi Eucharisticum vere posse dici et ipsum corpus, quod de Virgine sumptum est; et tamen non ipsum. Ipsum quidem, quantum ad essentiam, veræque naturæ proprietatem et virtutem; non ipsum autem, si spectes panis vini que speciem. Itaque potius de sola ratione loquendi erat dissensio.

276. Reponunt 3^o. RATRAMNUS vero, et JOANNES SCOT., sive ERIGENA, ipsum PASCHASII dogma impugnarunt; nam RATRAMNUS L. de Corp. et Sang. Dom. ait 1. Eucharistiam non continere corpus Christi in veritate; 2. num. 37.

inquit, Eucharistiam corpus Christi appellari propter similitudinem rerum, quas innuit, sicut Pascha et resurrectio Domini vocantur (dies), qui per singulos annos celebrantur; 3. num. 24. et 25. conversionem panis et vini in Eucharistia non aliam admittit, quam similem illi, qua manna in deserto et aqua defluens convertentur in corpus et sanguinem Christi: sed conversio hæc erat tantum metaphorica; ergo et prior talis est juxta RATRAMNUM. Ante resp. quoad hujus auctoris librum

Observe: Variam ejus fortunam fuisse. Prodiit primis typis Coloniae an. 1531. sub nomine BERTRAMI; deinde Basileæ an. 1550., ac rursus Coloniae an. 1551. hæreticorum sacramentariorum opera. Unde Catholicis suspectus esse cœpit, et offendiculo, præsertim quod sententias contineret duriuscule sonantes, cujusmodi sunt, quæ obijciuntur; ac propterea factum, ut in Indicem librorum prohibitorum poneretur, qui jussu Concilii Tridentini adornatus prodiit an. 1560. Aliis tamen Catholicis in pretio fuit, ut RATRAMNUM, sive BERTRAMUM inter defensores cum RATBERTO doctrinæ catholicæ eodem haberent loco, ut FISCHERUS episcopus Rossensis in præfat. L. 4. adversus OEcolumpad., GENEBRARDUS in Chronologia, aliique. Illustrissim. de MARCA librum huic non RATRAMNI, sed Joan. SCOTI esse contendit in epist. ad Dacherium, cujus sententiam secutus est præter alios noster HARDUIN. in Dissert. de Sacram. altaris. At litem hanc diremisse visus est plerisque hodie MABILLONIUS in 2. p. sec. 4. Benedict. ex antiquissimis codicibus manuscriptis ante 800. annos exaratis, aliisque monumentis evincens, vere librum eum RATRAMNI esse, quondam Corbifensis sub PASCHASIO RATBERTO Abbate monachi, ac postea Abbatis Orbacensis. His notatis

277. R. N. Ant. quoad RATRAMNUM. Et vero is manifestus longe, quam PASCHASIVS ipse dogma catholicum adstruit: 1º. In parte prima operis num. 9. et 10. (Patrol. t. 121. p. 131., etc.) inquit: *Exterius quidem panis, quod ante fuerat, forma prætenditur; color ostenditur; sapor accipitur: ast interior longe aliud multo pretiosius, multoque excellentius intinatur; quia celeste, quia divinum, id est, Christi corpus ostenditur, quod non sensibus carnis, sed animi fidelis intuitu vel aspicitur, vel accipitur, vel comeditur: vinum quoque, quod sacerdotali consecratione Christi sanguinis efficitur sacramentum, aliud superficiei tenus ostendit, aliud interiorius continet.* Num Catholicus quispiam nitidius hoc dogma suum proponeret? Num. 12. autem totus in eo est, ut ostendat, veram mutationem esse factam in Eucharistia, sed invisibilem. Sic quoque num. 43. idem ostendit: *Si ergo nihil est hic permutatum; non est aliud, quam ante fuit. Est autem aliud, quoniam panis corpus, et vinum sanguis Christi facta sunt.* Ac num. 43. *Si hoc (conversionem illam) profiteri noluerint, compelluntur negare, corpus esse sanguinemque Christi; quod nefas est non solum dicere, verum etiam cogitare.* Non est, quod similes alias ex RATRAMNO sententias, quibus abundat, nunc proferamus. Ex tanta textuum claritate factum, ut postea pœniteret adversarios in editione ejus libri impense operæ; et Centuriatores Magdeburgenses Centur. 9. huic librum exulare juberent; quia, ut inquirunt: *Transubstantiationis habet semina Bertramus, utitur enim vocabulo commutationis et conversionis.* Nunc

Ad prob. 1ºm. R. D. Non continet in veritate, ubi per veritatem intelligit

realitatem et substantialem præsentiam N. manifestationem, et claram rei visionem C. Hoc ultimo sensu veritatem sumit. Constat evidenter 1º. ex definitione, quam ipse affert num. 8. ubi *Veritas*, inquit, *est rei manifesta demonstratio, nullis umbrarum imaginibus obvelata.* 2º. Ex statu questionis et scopo, quem sibi proponit n. 5. hisce verbis: *Utrum id, quod ore fidelium sumitur, corpus et sanguis Christi... in mysterio fiat an in veritate? id est, utrum aliquid secreti contineat, quod oculis solummodo fidei pateat, an sine cujuscumque velatione mysterii hoc aspectus intueatur corporis exterius, quod mentis visus aspiciat interiorius, ut totum, quod agitur, in manifestationis luce clarescat?* Indubium igitur est, eum veritatem hic pro manifestatione sumere.

Si ais: videri improbabile, fuisse, qui putarent, corpus Christi in Eucharistia manifestari.

R. Id tamen 1º. RATRAMNUS ipse testatur ibid. n. 2. inquit, fuisse quosdam, qui dicerent, quod sacramentum corporis sanguinisque Christi *nulla sub figura, nulla sub obvelatione fiat; sed ipsius veritatis nuda manifestatione peragatur.* 2º. Indubiis constat testimoniis, quosdam putasse, id quod sensibus in Eucharistia percipitur, ipsum Christi corpus esse; sicque dum videntur, tanguntur, franguntur species, non has videri in se immediate tangi, frangi, sed corpus Christi ipsum. Ac quidem talis ipso illo, quo RATRAMNUS seculo, pauloque ante ipsum, fuit HAYMO Halberstadiensis in Tract. de Corp. et Sang. Dom., apud MABILLONIUM præfat. in 2. partem seculi 4. Benedict. §. 7. num. 93. Talis quoque opinionis ABAUDIUS fuit apud MABILLON. Tom. 3. Analectorum, ubi adhuc plures recenset.

Ad prob. 2ºm. R. Dicit, Eucharistiam appellari corpus Christi propter similitudinem, quæ excludat realem præsentiam N. propter manifestationem illam tantum, ante descriptam C. In eo enim loco RATRAMNUS utitur testimonio S. AUG., desumpto ex ejus epist. 98. (al. 23.) ad Bonifacium Episc., in qua S. Doctor docet, aliud esse sacramenta, et aliud res, quarum sunt sacramenta; quo ex loco id conformiter ad statum questionis et scopum suum id unum colligit RATRAMNUS, Eucharistiam aliud esse quoad rem, quam continet; aliud vero quoad rem externam; proinde aliquid fieri *in mysterio, et sub obvelatione*, ut ipse loquitur.

Ad prob. 3ºm. R. 1º. Sunt, qui probare contendunt, RATRAMNUM fuisse opinionis hujus inaudita, et erronea, manna et aquam de petra manantem revera conversa fuisse in carnem et sanguinem. Si ita; nihil juvat adversarios. Sed non est credibile, virum tam eruditum, qualis tum in Ecclesia erat RATRAMNUS, ita sensisse. Unde ad mentem ejus et scopum

R. 2º. D. Non aliam admittit conversionem quoad speciem externam, et id, quod sensibus percipitur C. Quoad id, quod sub speciebus Eucharisticis continetur N. Mentem ejus præter jam dicta satis declarant verba, quæ ibid. paulo post subdit: *Videmus in aqua, secundum corpus nihil esse conversum; consequenter ergo et in vino nihil corporaliter ostensum.* Igitur in eo comparisonem tantum instituit, quod, sicut in aqua secundum corpus, h. e. secundum id, quod habet sensibile et palpabile, nihil mutatum est; ita et in vino (idem est de pane), nihil sit corporaliter ostensum, ut ipse loquitur, h. e. sensibiliter; quod erat ejus intentum contra adversarios, de quibus dictum ante.

Quod tandem Joan. Scotum attinet, R. Permisso, quod ipsum dogma impugnavit de realitate presentie Christi; nihil adversariis prodest, sed e contra officit; nam continuo se illi opposuerunt coevi plures. Eum reprehendit HINC MARUS Rhemensis Lib. de predestin. cap. 31. (Patrolog. t. 125. p. 296.) Confutavit ALDREVALDUS Tractatu egregio, qui exlat Tom. 12. spicilegii Lucae Dacherii cum titulo: contra ineptias Scoti (v. Patrol. t. 124. p. 948.); ipseque Scotus suae diffidens cause, ac metuens, ne in Gallia damnaretur haereseos, clam profugit in Angliam. Igitur non PASCHASII, sed Scoti sententia nova erat, ac contra Ecclesiae sensum.

Nec refert, quod Ecclesia Lugdun. non continuo Scotum propterea damnaverit; non enim hinc sequitur, ab ea ideo comprobata fuisse Scoti doctrinam; plures enim alios, summeque nefandos, ac inauditos errores idem docuerat, velut: 1. Mundum corporeum non conditum fuisse, nisi post Adami lapsum. 2. Humanitatem Christi in ipsius divinitatem post resurrectionem penitus mutatam fuisse. 3. Malitiam, poenasque daemonum aliquando finem habituras. 4. Omnes creaturas sensibiles post generalem corporum resurrectionem in humanam naturam fore convertendas. 5. Humanum corpus in animae rationalis naturam transiturum, atque id genus alia, quae extant in ejus opere de Naturis. Nec tamen propter foeda hujusmodi dogmata damnatus fuit ab Ecclesia Lugdunensi. Numquid ideo approbasse censenda est illa errorum monstra nobilis Lugdunensis Ecclesia? Nimirum Ecclesia haec in id unum tunc intenta erat, ut puram de gratia doctrinam propugnaret. Praeterea liber Scoti de Corp. et Sang. Dom. videtur non aequae fuisse cognitus; ac si cognitus fuisset, sufficienter reprobatus dici potest, quod eadem Lugdunensis Ecclesia L. de trib. Epistolis c. 40. (Patrol. t. 121. p. 1054.) universim de Scoto pronuntiet, *hominem esse in rebus Religionis stupendae stoliditatis*; sed et a NICOLAO I., PRUDENTIO Trecensi, Conc. LINGONENSI notatus sit ceu inimicus homo, qui zizania superseminaret. Quid viri talis prodesse potest auctoritas?

Dixi: *Permisso*; nam non directe, sed indirecte solum eum impugnasse dogma PASCHASII, alii volunt, videturque ex ASCELINO colligi. Hoc tamen certum, eum perspicaciorum suspicionem incurrisse; BERENGARIUM ex eo Scoti libro virus hausisse et sententias; unde et in Synodo VERCELLIENSIS an. 1050. Scoti liber concrematus est.

At, ut ad propositum redeamus, nunquam PASCHASIIUS ob dogma de reali praesentia assertum apud quemquam unquam vel levissimam notam contraxit, omnium vivus et mortuus celebratus encomiis, a Synodo PARISIENSIS an. 845., quae ob viri merita insigne privilegium Monasterio Corbeicensi concessit. Ab ENGELMODO Suessionensi in carmine panegyrico (Patrol. t. 120. p. 26.) dictus *Ecclesiae columen*; auctoritate Sedis Apostolicae Corbeiae levato e terra ejus corpore cultus est. Libello ejus pro instituenda juventute utebantur Episcopi; quod minime fecissent, si doctrinam Ecclesiae repugnantem protulisset. Ergo non PASCHASIIUS, sed e contra Scotus doctrinam novam toti tunc repugnantem Ecclesiae produxerat.

CAPUT III.

DE MODO, QUO CHRISTUS IN EUCHARISTIA REALITER PRAESENS EXISTIT.

Expenso ac vindicato hujus Dissertationis de Eucharistia dogmate facile primario de reali Christi in Eucharistia existentia, alia ordine succedit questio de modo, quo Christus in Eucharistia praesens fit, existitque. Modum hunc, vel actionem rectius, qua corpus et sanguis Christi in Eucharistia sistuntur realiter ac substantialiter, Catholici vulgari proprioque nomine *Transsubstantiationem* appellant. Etsi vero transsubstantiationis vocabulum pridem ante Concilii TRIDENT. aevum, atque in ipso Conc. LATERAN. IV. sub INNOCENT. III. esset usurpatum, Theologi tamen orthodoxi transsubstantiationem non omnes eodem sensu exponebant, quibusdam eam ita interpretantibus, ut illam fieri per conversionem totalem substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem negarent, nimium praecipue philosophicae ac naturalis conversionis placitis. Sed his silentium indixit TRIDENT. Synodus Sess. 13. cap. 4. docens: *S. haec Synodus declarat, per consecrationem panis et vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenienter et proprie a sancta catholica Ecclesia transsubstantiatio est appellata*. Unde hic disputatio potissimum remanet contra Lutheranos, quorum alii, resuscitato discipulorum BERENGARII systemate, *Consubstantiatores*, alii *Impanatores* appellantur, ut jam praemonitum num. 210.

ARTICULUS I.

AN IN EUCHARISTIA CORPUS ET SANGUIS CHRISTI SISTANTUR PRAESENTIA PER TRANSSUBSTANTIATIONEM? ET QUALEM?

Transsubstantiatio in genere est substantiae unius in alteram conversio. In naturali saltem pars substantiae veteris, scilicet materia remanet. Talem vero in Eucharistia catholica fides non sustinet. Unde hic quaeritur: an vi verborum consecrationis fiat vera transsubstantiatio, seu conversio totius substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem?

278. *Dico*. Vi verborum consecrationis totalis fit transsubstantiatio, sive totius substantiae panis in corpus Christi, et totius substantiae vini in sanguinem Christi conversio. Est de fide catholica, clare id docente novissime Concilio TRIDENT. Sess. 13. cap. 4. cit., et specialiter ac decretorie definiente Sess. ejusd. Can. 2. Sed et ante in Decreto conversionem utriusque substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem verborum Christi virtute fieri tradiderat Concilium FLORENT. Ac jam LATERAN. IV. relatum cap. *Firmiter* an. 1215. contra Albigenses, et tum temporis haereticos.

Quod tandem Joan. Scotum attinet, R. Permisso, quod ipsum dogma impugnavit de realitate presentie Christi; nihil adversariis prodest, sed e contra officit; nam continuo se illi opposuerunt coevi plures. Eum reprehendit HINC MARUS Rhemensis Lib. de predestin. cap. 31. (Patrolog. t. 125. p. 296.) Confutavit ALDREVALDUS Tractatu egregio, qui exlat Tom. 12. spicilegii Lucae Dacherii cum titulo: contra ineptias Scoti (v. Patrol. t. 124. p. 948.); ipseque Scotus suae diffidens cause, ac metuens, ne in Gallia damnaretur haereseos, clam profugit in Angliam. Igitur non PASCHASII, sed Scoti sententia nova erat, ac contra Ecclesiae sensum.

Nec refert, quod Ecclesia Lugdun. non continuo Scotum propterea damnaverit; non enim hinc sequitur, ab ea ideo comprobatam fuisse Scoti doctrinam; plures enim alios, summeque nefandos, ac inauditos errores idem docuerat, velut: 1. Mundum corporeum non conditum fuisse, nisi post Adami lapsum. 2. Humanitatem Christi in ipsius divinitatem post resurrectionem penitus mutatam fuisse. 3. Malitiam, poenasque daemonum aliquando finem habituras. 4. Omnes creaturas sensibiles post generalem corporum resurrectionem in humanam naturam fore convertendas. 5. Humanum corpus in animae rationalis naturam transiturum, atque id genus alia, quae extant in ejus opere de Naturis. Nec tamen propter foeda hujusmodi dogmata damnatus fuit ab Ecclesia Lugdunensi. Numquid ideo approbasse censenda est illa errorum monstra nobilis Lugdunensis Ecclesia? Nimirum Ecclesia haec in id unum tunc intenta erat, ut puram de gratia doctrinam propugnaret. Praeterea liber Scoti de Corp. et Sang. Dom. videtur non aequae fuisse cognitus; ac si cognitus fuisset, sufficienter reprobatus dici potest, quod eadem Lugdunensis Ecclesia L. de trib. Epistolis c. 40. (Patrol. t. 121. p. 1054.) universim de Scoto pronuntiet, *hominem esse in rebus Religionis stupendae stoliditatis*; sed et a NICOLAO I., PRUDENTIO Trecensi, Conc. LINGONENSI notatus sit ceu inimicus homo, qui zizania superseminaret. Quid viri talis prodesse potest auctoritas?

Dixi: *Permisso*; nam non directe, sed indirecte solum eum impugnasse dogma PASCHASII, alii volunt, videturque ex ASCELINO colligi. Hoc tamen certum, eum perspicaciorum suspicionem incurrisse; BERENGARIUM ex eo Scoti libro virus hausisse et sententias; unde et in Synodo VERCELLIENSIS an. 1050. Scoti liber concrematus est.

At, ut ad propositum redeamus, nunquam PASCHASII ob dogma de reali praesentia assertum apud quemquam unquam vel levissimam notam contraxit, omnium vivus et mortuus celebratus encomiis, a Synodo PARISIENSIS an. 845., quae ob viri merita insigne privilegium Monasterio Corbeicensi concessit. Ab ENGELMODO Suessionensi in carmine panegyrico (Patrol. t. 120. p. 26.) dictus *Ecclesiae columen*; auctoritate Sedis Apostolicae Corbeiae levato e terra ejus corpore cultus est. Libello ejus pro instituenda juventute utebantur Episcopi; quod minime fecissent, si doctrinam Ecclesiae repugnantem protulisset. Ergo non PASCHASII, sed e contra Scotus doctrinam novam toti tunc repugnantem Ecclesiae produxerat.

CAPUT III.

DE MODO, QUO CHRISTUS IN EUCHARISTIA REALITER PRAESENS EXISTIT.

Expenso ac vindicato hujus Dissertationis de Eucharistia dogmate facile primario de reali Christi in Eucharistia existentia, alia ordine succedit questio de modo, quo Christus in Eucharistia praesens fit, existitque. Modum hunc, vel actionem rectius, qua corpus et sanguis Christi in Eucharistia sistuntur realiter ac substantialiter, Catholici vulgari proprioque nomine *Transsubstantiationem* appellant. Etsi vero transsubstantiationis vocabulum pridem ante Concilii TRIDENT. aevum, atque in ipso Conc. LATERAN. IV. sub INNOCENT. III. esset usurpatum, Theologi tamen orthodoxi transsubstantiationem non omnes eodem sensu exponebant, quibusdam eam ita interpretantibus, ut illam fieri per conversionem totalem substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem negarent, nimium praecipue philosophicae ac naturalis conversionis placitis. Sed his silentium indixit TRIDENT. Synodus Sess. 13. cap. 4. docens: *S. haec Synodus declarat, per consecrationem panis et vini conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam corporis Christi Domini, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenienter et proprie a sancta catholica Ecclesia transsubstantiatio est appellata*. Unde hic disputatio potissimum remanet contra Lutheranos, quorum alii, resuscitato discipulorum BERENGARII systemate, *Consubstantiatores*, alii *Impanatores* appellantur, ut jam praemonitum num. 210.

ARTICULUS I.

AN IN EUCHARISTIA CORPUS ET SANGUIS CHRISTI SISTANTUR PRAESENTIA PER TRANSSUBSTANTIATIONEM? ET QUALEM?

Transsubstantiatio in genere est substantiae unius in alteram conversio. In naturali saltem pars substantiae veteris, scilicet materia remanet. Talem vero in Eucharistia catholica fides non sustinet. Unde hic quaeritur: an vi verborum consecrationis fiat vera transsubstantiatio, seu conversio totius substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem?

278. *Dico*. Vi verborum consecrationis totalis fit transsubstantiatio, sive totius substantiae panis in corpus Christi, et totius substantiae vini in sanguinem Christi conversio. Est de fide catholica, clare id docente novissime Concilio TRIDENT. Sess. 13. cap. 4. cit., et specialiter ac decretorie definiente Sess. ejusd. Can. 2. Sed et ante in Decreto conversionem utriusque substantiae panis et vini in Christi corpus et sanguinem verborum Christi virtute fieri tradiderat Concilium FLORENT. Ac jam LATERAN. IV. relatum cap. *Firmiter* an. 1215. contra Albigenses, et tum temporis haereticos.

Prob. I. EX S. SCRIPTURA. Verba Christi instituentis Eucharistiam: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*, debent sumi in sensu proprio, ut probatum est capite præced., et nobiscum consentiunt Lutherani; et utriusque partis consensu ipsum Christi corpus demonstrant, non vero ejus duntaxat figuram: sed falsa essent hæc Christi verba, si remaneret substantia panis et vini; quia 1°. pronomen *hoc* juxta usitatum, sincerum et a fraude alienum loquendi modum designat rem totam, quam demonstrat; totum autem illud, si remaneat substantia panis, non esset corpus Christi; quia falsum est dicere: *Panis est corpus Christi; vinum est sanguis Christi*; cum inter hæc non detur identitas; ergo, ut sua maneat veritas Christi veritas, non potest remanere substantia panis et vini. 2°. Si remaneret substantia panis, pronomen *hoc* illam demonstraret; sed falsum est ex dictis, quod substantia panis sit corpus Christi; ergo. *Maj.* etiam *prob.* Quia, quando sub uno sensibili plures sunt substantiæ, pronomen *hoc* eam designat, quæ per propria sua accidentia est sensibilis, non vero aliam insensibilem, vel latentem, nisi prior substantia sensibilis, sit vel ex natura sua, vel ab hominibus ad hoc destinata, ut alteram latentem contineat, vel saltem de hoc constet auditori. Ita, qui clam, nemine conscio, in pane nummum includeret aureum, in arca hominem, male diceret demonstrato pane vel arca, non monitis esse vel post audientibus: *Hoc est aurum, hoc est homo*: at vero panis non est ex natura sua destinatus, ut corpus Christi contineat; nec usu hominum, nec Christus quidquam de hoc vel ante vel post verba sua innuit. Unde verba Christi consubstantiationem et impanationem simul perimunt.

Neque respondeant adversarii, nihil novi esse, ut res contenta de continente dicatur, etsi lateat in hac, ut non videatur: sic enim demonstrato calice, in quo est vinum contentum, recte dici potest: *hoc est vinum*. Sic de sacramento, sive signo rem significatam continente res significata prædicari potest; vera enim fulset propositio, si quis de angelo, qui sub hominis specie apparuit Abrahamo, dixisset: *hic est angelus*, vel de linguis igneis, quæ visæ sunt in Pentecoste super Apostolos: *hic est Spiritus sanctus*.

Nam, ut ante dictum, et cap. præc. art. 2. de signo observavimus, ut res contenta affirmari possit de continente, hoc vel ex natura sua, vel ex hominum usu destinatum esse debet, ad rem continendam; vel saltem constare debet audienti, hanc rem in continente contineri, vel latere; sive hoc deinde constet, quia loquens de hoc alterum docet, vel quia res contenta se ipsam externe prodit. Ita vero accidit in allatis exemplis; omnibus enim notum est, calicem esse vas ad hoc destinatum: sic angelus prodebat externe, quod lateret sub forma hominis: sic et Spiritus sanctus in linguis igneis visibiliter operabatur movendo, agendo illas. At nec panis destinatus est ullo modo, ut corpus Christi contineat, neque hoc ullo modo exterius erat sensibile.

Nec regerant; sic etiam in nostra sententia falsa fore verba Christi: *Hoc est corpus meum*; eo quod species panis nec ex natura sua, nec ex usu sint ad hoc destinatae, ut corpus Christi contineant; nam pronomen *hoc* necessario substantiam aliquam sub speciebus contentam demonstrat: si remaneret substantia panis, hanc, ex dictis, demonstraret utpote visibilem per accidentia propria; sed cum juxta nos substantia panis non remaneat, necessum est, ut Christi corpus demonstret.

Prob. II. TRADITIONE PATRUM, quorum plures jam laudavimus, qui panem in Christi corpus *mutari, converti* docent, sic, ut post consecrationem non maneat substantia panis, licet sensus aliter judicent; ideoque illis non esse fidendum.

Sic TERTUL. L. 4. adv. Marc. c. 40. ait, quod Christus acceptum panem *fecerit corpus suum*.

S. CYRILLUS Hierosolymitanus catech. mystag. cit. ait n. 20. quod post consecrationem non sit amplius panis et vinum; quod Christus vinum in sanguinem *transmutavit*, sicut aquam in vinum in nuptiis. En ipsius verba: *Aquam Christus aliquando mutavit in vinum: et non erit dignus cui credamus quod vinum in sanguinem suum transmutavit?*

S. AMBROS. de initiand. seu de Mysteriis cap. 9. n. 32. ut id persuadeat, argumentum sumit a divina omnipotentia: *Si tantum valuit sermo Elie ut ignem de celo deponeret, non valebit Christi sermo ut species mutet elementorum?... qui potuit eæ nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est novas rebus dare, quam mutare naturas.*

S. CHRYSOSTOM. homil. 83. in Matth. (al. 82. opp. t. 7. p. 789. A.) Christum esse inquit, *qui hæc dona sanctificat, et transmutat.*

S. GREGOR. NYSSEN. orat. catech. cap. 37. (opp. t. 2. p. 536. D.) *Panis statim per verbum transmutatur, sicut dictum est a Verbo: Hoc est corpus meum.*

S. JOANNES DAMASCEN. Lib. 4. orthod. Fid. cap. 13. (opp. t. 4. p. 271. Edit. Lequien.) *Panis ipse et vinum in corpus et sanguinem Dei transmutatur. Si requiras, quomodo pacto istud fiat? sat tibi sit audire, hoc fieri per Spiritum sanctum.*

S. GAUDENTIUS BRIXIENSIS Tract. 2. in Exod. (Patrol. t. 20. col. 853. B.) *Ipse igitur naturarum creator et Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus, quia potest et promisit, efficit proprium corpus, et qui de aqua vinum fecit, facit et de vino sanguinem suum... Ne terrenum putes quod caeleste effectum est per eum qui transit in illud, et fecit illud suum corpus et sanguinem.*

THEOPHYLACT. in Matth. et Marc. et Joan. 6. ait, panem et vinum in corpus Christi et sanguinem *converti, transelementari, transformari.*

Sed hæc traditio tam perspicua sane nec cum consubstantiatione, nec impanatione conciliari potest; quod enim manet secundum totam substantiam, quomodo in substantiam aliam transmutari, converti, transelementari ulla proprietate dici potest? Eandem traditionem exhibent Concilia tum relata ante, tum Græcorum celebrata sec. XVII. hac de re contra Protestantes. Commemorare satis erit Constantinop. Synodum an. 1688. celebratam, in qua dictum est: *Anathema Cyrillo (Lucari) dogmatizanti et credenti, non transmutari panem propositionis, et insuper vinum per sacerdotis benedictionem, et Spiritus sancti adventum, in verum corpus et sanguinem Christi.*

Verum hinc et alterum corrui, quod aiunt adversarii, conversionem, transubstantiationem inventum esse PASCHASII RATBERTI in sec. IX. Omnes enim laudati Patres ante PASCHASII pridem floruerunt.

279. *Obj. I. contra prob. 1^{am}. 1^o.* Verba Christi: *Hoc est corpus meum*, non

essent falsa, etiamsi remaneret panis: quia hæc affirmarent præcise corpus Christi, quod revera adest.

2^o. Falsum est, quod verba Christi conversionem panis in corpus Christi inferant; ergo. *Prob. Ant.* Vera est propositio demonstrato Christo: *Hic homo est Deus*; licet humanitas non sit conversa in divinitatem. Item vera est ista: *Verbum caro factum est*, etsi Verbum in carnem nunquam mutatum sit. Ergo et vera erit illa Christi: *Hoc est corpus meum*, etsi panis in corpus Christi conversus non fuerit.

3^o. Non est necessum ad veritatem propositionis, ut pronomen *hoc* demonstrat totum sub speciebus objectis; ergo ruit fundamentum nostrum. *Prob. Ant.* Nam in hostia consecrata etiam juxta nos remanent accidentia panis, anima quoque et sanguis Christi; et tamen adhuc vera remanet propositio: *Hoc est corpus meum*; ergo et, licet remaneat panis. Item vera sunt hæc Christi alia verba: *Hic est sanguis meus*, etsi cum sanguine adsit corpus Christi; ergo et, etsi vinum simul adesset.

280. *Ad 1^{um}. R. N. Ant. et rationem*; quia pronomen *hoc* demonstrativum significat id totum, quod continetur sub speciebus objectis; falsum vero est, si remaneret panis, totum illud sub speciebus panis contentum esse Christi corpus; quia falsum est dicere: *panis est corpus Christi*, cum realiter idem non sint, nec delur inter illa identitas, quod tamen requiritur ad propositionem affirmativam, ut vera sit.

Neque reponant Impanatores, quod, ubi hypostatica unio est, sit idioma- tum communicatio; igitur si dicatur, a Christo assumi panem in Eucharistia, etiam dici poterit, panem esse corpus Christi; nam communicatio idioma- tum ad solum subjectum et suppositum, quod commune et idem est, pertinet, non ad ipsas partes, quæ inter se distinctæ de se, non obstante aliqua unione, affirmari non possunt; sic *Homo* in Christo dicitur *Deus*; sed humana natura non dicitur *Divinitas*. Sic etsi corpus in Petro uniatum animæ et ambo in eadem subsistant persona Petri, falsa erit propositio: *corpus est anima*. Ita quoque in objecto casu hæc: *panis est corpus*. Quorum fundamenta uberius vide in Tract. nostro de Incarnat.; ubi de communi- catione idiomatum.

Ad 2^{um}. R. N. Ant. Ad prob. C. Ant. N. Cons. Disparitas est quoad 1^{um}. quod in data propositione *hic homo* supponat pro supposito, quod in recto impor- tatur, ut sensus sit: Suppositum terminans naturam hanc humanam est Deus, quod est verissimum; sed in hac propositione: *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* supponit pro substantia vel natura; et si remaneret proinde panis, hunc, ex dictis, demonstraret, essetque sensus: *panis est corpus Christi*, quod est falsissimum ex rationibus datis. Quoad 2^{um}. disparitas est; quia per se constat, Verbum, utpote Deum, omnis veræ mutationis esse incapax; hinc et adversarii nobiscum contra Eutychianos textum sic expli- cant: Verbum naturam humanam assumpsit; panis vero mutationis est capax; et proinde ut vera sit propositio, panis in corpus converti debet; vel secus, cum *hoc* substantiam designet, si adesset adhuc panis, hunc desi- gnaret, fieretque propositio falsa: *panis est corpus*.

Ad 3^{um}. R. N. Ant. Ad prob. N. Cons. Disparitas est quoad primum, quia *hoc* ex natura sua, et hominum usu, non accidentia, sed substantiam sub iis

latentem demonstrat; ergo vera perstat propositio, etsi remaneant accidentia: sed si remaneret panis, demonstraret hunc, sicque esset propositio falsa. Quoad *alterum*: in hac propositione, *hoc est corpus meum*, pronomen *hoc* illud solum demonstrat, quod est sensibilibiter præsens vel per species, vel per verba formæ, quæ sunt signa sensibilia et simul practica, vel efficientia id, quod significant; sed anima et sanguis Christi non sunt præsentibus sensibi- liter; non per species panis, ut per se patet; nec per verba formæ; hæc enim solum corpus significant, licet per concomitantiam, et indirecte etiam po- natur anima et sanguis; ergo adhuc manet vera propositio; secus vero ex dictis, si remaneret panis. Quoad *tertium*, eadem est responsio.

281. *Obj. II. Ex Patribus.* Hi aperte tradunt, in Eucharistia remanere naturam, imo substantiam panis; ergo nulla ibi conversio vel transsubstan- tiatio fit.

Prob. Ant. 1^o. Ex S. CHRYSOSTOMO, qui epist. ad Cæsarium (opp. t. 3. p. 743.) disputans contra Sinuistas, sive Apollinaristas, e quibus Euty- chiani orti, ut ostendat, duas esse naturas integras, impermixtas, unum tamen in Christo filium esse, et personam unam, exemplo utitur Eucha- ristia (p. 744. C.): *Quemadmodum*, inquit, *panis divina illum sanctifi- cante gratia, mediante sacerdote liberatus est appellatione panis; etiamsi natura panis in eo permanserit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicamus.*

2^o. Ex THEODORETO, qui Dial. 2. *Inconfusus*, contra Eutychianum, quem Eranistam vocat, ait: *Neque symbola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura. Manent enim in priore substantia, et figura, et forma, et videri tangique possunt, sicut et prius: intelliguntur autem ea esse quæ facta sunt, et creduntur, et adorantur, ut quæ illa sint quæ creduntur.* (opp. t. 4. p. 85. C.)

3^o. GELASIUS L. de duab. Natur. contra Eutychianos (Bibl. mag. PP. t. 4. part. 1^a. col. 422. E.) ait: *Certe sacramenta, quæ sumimus corporis et sanguinis Christi, divina res est... et tamen esse non desinit substantia vel natura panis et vini; ergo.*

R. D. Ant. Per naturam et substantiam intelligendo proprietates natu- rales, quo sensu frequentissime illæ voces sumuntur a Scriptoribus antiquis græcis et latinis C. Intelligendo substantiam categoricam harum proprie- tatum radicem, quæque accidenti opponitur N. Sed perquam frequens fuit antiquis illa natura, substantiæ pro rei accidentibus, proprietatibus acceptio. Sic TERTUL. L. de anima cap. 32. *duritiam lapidis, ejus naturam vocat*; sic CHRYSOSTOM. homil. 12. in Genesin (opp. t. 4. p. 94. E.), de igne fornacis Babylonice divinitus impedito, quominus tres pueros læderet, ait: *Domini- nus prout vult, unumquodque elementorum in contrariam vertit substantiam.* Sic HILAR. Comment. in Matth. c. 10. n. 24. *Corpus, inquit, per fidem morti- ficatum in naturam animæ evadit.* S. AMBROS. in Hexameron L. 3. cap. 2. n. 9. ait: *Discant naturam posse converti, quando petra aquas fluxit, et ferrum aquæ supernatavit.* Sic consuetudo, mores natura dicuntur, juxta illud Horatii: *naturam expellas furca, etc.* S. AUG. in Ps. 68. conc. 1. n. 5. Adamum dicit *lapsum esse a substantia, in qua creatus fuit.* Et demum innumeris prætermissis, THEODORETUS Dial. eod. (p. 85. C.) substantiam su-

mit pro qualitatibus et accidentibus de corpore Christi resurgentis, scribens, *illud corporis retinuisse substantiam, quia retinuit priorem formam, figuram, circumscriptionem*. Ita nimirum tum varie sumebantur eæ voces, antequam ad significationem certam fingerentur a schola. Ac revera naturam, substantiam sumunt Patres, qui obijciuntur, pro congerie proprietatum, et accidentium.

Ac 1^o. CHRYSOSTOMUS; id enim 1. perhibent hæc ejus verba: *non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicamus*; sed si remaneret panis vera substantia, quid prohiberet, in Eucharistia duo prædicari corpora? 2. Ex S. Patris scopo; agit enim contra Apollinaristas, docentes, Verbum habuisse ab æterno carnem seu substantiam humanam cum divinitate permixtam, sed sine affectionibus ac proprietatibus naturalibus, sine forma, effigie, circumscriptione, etc.; in Incarnatione vero Verbum assumpsisse has affectiones et proprietates; in iis passum esse, divinitate animæ humanæ vices supplente; tandem illas rursus deposuisse post ascensionem. Ita nos EPIPHAN. docet Hæc. 77. ex ATHANASIO; GREGOR. Naz. epist. ad Nectarium; FACUNDUS L. 9. cap. 7. Igitur CHRYSOST. dum contra Apollinaristas intendit probare in Christo naturæ humanæ substantiam, non illam categoricam quæque illarum proprietatum radix est, probare intendit, sed affectiones illas, quia has solas negabant Apollinaristæ; ergo et dum has probat ex Eucharistia, naturam panis sumit, non eo sensu, quo nos modo, sed pro panis proprietatibus, accidentibus; quia alias inepta fuisset, et plane a controversia aberrans S. Patris argumentatio.

2^o. THEODORETUS et GELAS.; nam 1. id pariter eorum scopus demonstrat; agunt enim contra Eutychnianos, erroris Apollinaristarum hæredes; idemque probare intendunt contra priores, quod contra Apollinaristas CHRYSOSTOMUS. 2. Quoad THEODORETUM peculiariter; quia Dial. 2. eod. jam convenerant Orthodoxus, et Eranistes Eutychnianus, panem consecratione *mutari* in Christi corpus; igitur in objecto textu necesse est, naturam, substantiam sumat pro accidentibus; ac reipsa ratiocinium suum hoc concludit argumento, ibid. Natura, substantia panis (scilicet affectiones, proprietates juxta controversiæ statum et scopum) non mutantur consecratione... *Corpus (Christi) priorem habet formam et circumscriptionem, et ut semel dicam, corporis substantiam*; ubi evidens est, substantiam a THEODORETO pro hisce proprietatibus sumi. 3. Quoad GELASUM, quia et hic transsubstantiationem diserite prædicat Lib. cit. de pane et vino: *Sicut in hunc, scilicet in divinam transeunt (panis et vinum), Spiritu sancto perficiente, substantiam; permanente tamen in sua proprietate naturæ*. Cæterum GELASUM hunc non fuisse Romanum Pontificem, ut perperam aiunt adversarii, sed GELAS. Cyzicenum, ostendunt BARONIUS ad an. Christ. 496., BELLARMIN. L. de Scriptor. Eccles.; tum hic L. 2. cap. 27.

Sed, inquit, juxta THEODORETUM Dial. 1. *Immutabilis* (opp. t. 4. p. 18. A.), in Eucharistia symbola, panis et vinum donata sunt *nomine corporis et sanguinis Christi*, sicut a Jacobo Patriarcha Gen. 49. vinum donatum est nomine sanguinis Christi, et Christus Joan. 15. se vocavit granum frumenti; atqui nec hic, nec in cit. loc. Gen. transsubstantiatio aliqua idcirco intelligitur; ergo nec talem intellexit in Eucharistia THEODORETUS.

R. 1^o. Eundem locum cum limitatione exponere debent adversarii contra

Calvinistas, ne Eucharistia sit mera corporis et sanguinis Christi figura, sicut locutiones illæ Joan. 15. et Gen. 49. non nisi figuratæ sunt. Unde

R. 2^o. D. M. Comparat has propositiones quoad aliquid, nimirum præcise quoad permutationem nominum, vel appellationem C. quoad omnia, etiam rationem appellandi N. Comparatio illa præcise in permutatione nominum hæret, quatenus scilicet in veteri Legè symbolo vini datum est nomen sanguinis Christi in figura; sic in Testamento novo Christus idem nomen indidit vino, sed cum veritate; nam, ut dictum, in Dial. 2. convenerant Orthodoxus, h. e. THEODORET. et Eranistes, sive Eutychnianus, vinum mutari, converti in sanguinem.

Obmoveri quoque ab adversariis hoc loco solet RUPERTUS Tuitiensis Abbas, qui L. 2. de divin. Offic. c. 2. et 9. (opp. t. 4. edit. Venet. 1751.) et L. 6. in Joan. (t. 3. p. 205.) admittit videtur unionem quamdam hypostaticam corpus Christi inter et panem; eo quod dicat, panem in unitatem personæ assumi; sed RUPERTUM explicat alii, eum per assumptionem, non quæ per unionem hypostaticam fiat instar humanæ in Christo naturæ, sed conversionem panis in carnem Christi intelligere, ut, non obstante hac mutatione panis in carnem, unum tantummodo sit corpus Christi in Eucharistia; sicut, non obstante assumptione humanæ naturæ, unum manet Verbum; eo quod ibidem post consecrationem nihil remanere de panis et vini substantia dicat, nisi *secundum exteriorem speciem quinque sensibus subjectam*; at si eo modo vellet RUPERTUS assumi panem a Christo, quo humanitas est assumpta a Verbo hypostatice, non solum remaneret panis secundum substantiam exteriorem, sive speciem, sed etiam interiorem, seu substantiam strictè dictam; sicut in Christo tota mansit naturæ humanæ substantia, nec solum secundum speciem. Alii cum BELLARMINO putant, revera RUPERTUM hac in re aberrasse. Verum, hoc gratis permissio, dubia unius mens officere haud potest cæterorum omnium Patrum consensui.

282. Obj. III. Ex Ratione. 1^o. De transsubstantiatione nihil novit prisca Ecclesia, sed inventum est Concilii LATERAN. IV. sub INNOCENT. III. an. 1215.; ergo.

2^o. In conversione permanet aliquid prioris materiæ, quæ sit subjectum commune; ergo et permanebit materia panis in Eucharistia, eritque verum dicere: panis fit corpus Christi; quod negat D. THOM. Vel si nihil remaneat panis, non erit conversio, sed mera panis annihilatio, quod communiter negant Catholici.

3^o. Theologi Catholici hodie adhuc inter se litigant, qualis illa sit actio, qua corpus Christi sistitur præsens sic, ut desinat omnino panis; ergo.

Ad 1^{am}. R. Nihil novit de transsubstantiatione quoad rem N. quoad nomen Tr. Quoad rem quod noverit, ex conclus. constat. Quoad nomen ante Concilium LATERAN. IV. jam fuisse in usu, ex PETRO Blesensi epist. 104. (al. 140. ad Petrum Clericum regis Angliæ. Edit. Paris. 1667. p. 219. col. 1.) circa annum 1160. liquet: *pane et vino transsubstantiatis, ait, virtute verborum celestium, in corpus et sanguinem Christi, accidentia, quæ prius ibi fuerant, sine subjecto remanent et apparent*. Item ex antiqua professione fidei Tolosanorum apud BARONIUM ad an. Christ. 1178., STEPHANO Æduensi Tract. de Sacram. cap. 13. (Bibl. magna PP. t. 6. p. 382. B.) aliisque, Sed, esto,

ante sec. XII. non reperiatur vox ista, habet Ecclesia potestatem novas usurpandi voces, ad exprimendum melius dogma catholicum contra hæreticos; ita vox *δμοούσιος* contra Arianos; *θεοτόκος* contra Nestorianos instituta fuit. Unde adversariis licet reponere, quod S. ATHANAS L. de Decretis Synodi NICÆNÆ (opp. t. 1. p. 178. D. Edit. Patavina. 1777.) reponerat Ario aversanti Synodum NICÆNAM ob novitatem nominis, *τοῦ ὁμοούσιου consubstantialis*, quo et fraudes et cavillationes subvertebantur Arianorum: *Etiamsi voces ita in Scripturis non extent; sententia tamen, quam continent, vere in Scripturis habetur.*

Ad 2^{um}. R. D. Ant. In conversione, quæ est generatio, aut alia mutatio naturalis C. Quæ est transsubstantiatio, aut conversio totalis N. In conversione proprie dicta requiritur 1^o. Terminus a quo, et ad quem, uterque positivus. 2^o. Desitio unius, et successio alterius in eadem ratione, in qua fit conversio. 3^o. Dependētia et connexio inter desitionem et successionem. 4^o. Aliquid commune, circa quod connexio, et utriusque termini oppositio sit. Quatuor hæc in Eucharistica conversione habentur aliquo duntaxat cum discrimine a conversione vulgari et naturali.

Nam 1^o. terminus a quo est desinens panis et vini substantia; terminus ad quem sive succedens est corpus et sanguis Christi; qui termini ambo rem positivam exprimunt. 2^o. Terminus a quo desinit, et ad quem incipit secundum rationem suam propriam; prior quidem est panis, desinens in substantia panis; idem est de vino: posterior est corpus Christi in ratione propria corporis; ac pariter sanguis. 3^o. Habetur et connexio illa; ideo enim substantia panis desinit, quia vi verborum ponitur sub accidentibus Christi corpus, ut demonstrabile per verba. 4^o. Etiam habetur aliquid utrique termino commune; nimirum species et accidentia, quæ ante inhærebant substantiis panis et vini; nunc vero cum corpore et sanguine Christi unum quoddam compositum morale constituunt. Et hic conversio Eucharistica se nonnihil ab aliis discriminat; in his enim subjectum commune est aliquid prioris remanentis substantiæ, a quo tanquam subjecto educationis terminus ad quem succedens dependentiam dicit; secus, ac in Eucharistia accidit, in quo, ut verificentur verba Christi ex dictis in probat. Conclus., conversio totalis, sive transsubstantiatio accidere debet, h. e. in qua nihil remaneat substantiæ veteris, sed loco hujus subjecti utrique termino communis vices subeunt remanentes panis et vini species.

Hinc ad Cons. patet responsio; nam N. ejus memb. 1^{um}. Alterum D. Erit verum dicere: panis sit corpus Christi, hoc sensu, ut panis se habeat ad modum subjecti educationis, vel tanquam materia cum corpore unum totum constituens N. Ut significetur tantum ordo successionis inter duo extrema inter se comparata, sicut ex nocte dicitur fieri dies C.

Nec propterea vera proprie dicta sit annihilatio panis, aut pariter proprie dicta creatio Christi corporis. Non primum; quia annihilatio proprie dicta est, qua nihil rei illius sive substantialiter, sive accidentaliter remanet ullo modo, sic quidem, ut nihil novi resultet. Pariter creatio proprie dicta rem omnino non extitisse supponit; sed in Eucharistia remanent species, et loco panis corpus Christi ponitur, corpus Christi incipit esse, non simpliciter, sed sub speciebus.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Quia omnes tamen concordant in dogmate; nihil

vero definit Ecclesia, qualis ea actio sit, qua desinente substantia panis Christi corpus sub speciebus ponitur; an sit merus ordo successionis substantiarum, ut VASQUEZ autumat; an sit actio duntaxat unilativa corporis et specierum, ut SOTUS et alii volunt; an actio adductiva, ut SCOTO et BELLARMINO placet; an vero reproductiva actio corporis sub speciebus, sive ut respectiva corporis et specierum, ut cum SEAREZ et TANNERO communiter ac probabiliter Theologi sentiunt? Verum hæc opinionum diversitas quoad actionem illam quid adversariis prodest? Numquid ideo vel Catholici, vel ipsi adversarii incerti hærent, an secunda in Trinitate persona sit vere Filius, aut procedat per generationem, quia variant opiniones in statuenda ratione, propter quam processio Filii sit generatio?

Cæterum hic in actione illa reproductiva acquiescimus prætermissa circa quæstionem hanc scholasticam, aliasque id genus philosophicas ulteriore disputatione, non absque consilio; ut enim observat VASQUEZ 3. p. q. 36. Disput. 18. cap. 1., hujusmodi quæstionibus id solum effectum est, ut mysterium fidei nostræ non modo difficilius ad explicandum, sed etiam adversariorum criminationibus et argutiis fuerit magis expositum. Unde et TRIDENTINI Patres Theologis quibusdam in Concilio quæstiones ejusmodi philosophicas excitantibus sapienter imposuere silentium. Et vero non Theologia philosophiæ, sed hæc substernitur, juxta D. HIERONYMI monitum epist. ad Magnum n. 2. *Legerat (David) in Deuteronomio (c. 21.) Domini voce præceptum, mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnes pilos, et unguis corporis amputandos, et sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum, si et ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem, et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? et si quidquid in ea mortuum est, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado: et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth? Id est: sic philosophiam profanam conjungendam esse Theologiæ, ut illa christiana, non hæc naturalis fiat.*

ARTICULUS II.

QUO MODO CHRISTUS EXISTAT IN EUCHARISTIA? ET QUÆ CIRCA MYSTERIUM HOC INSUPER TENENDA?

283. Dico I. In Eucharistia accidentia vel species panis et vini sunt sine subjecto.

Constat ex Conciliis, LATERANENSI IV. cap. 1. (Labb. t. 11. p. 143.), ubi inquit: *Cujus (Christi) corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem, potestate divina.* CONSTANTIENSI, quod Sess. 8. (Labb. t. 12. p. 43. E.) damnat hunc Wicleffi artic. 2^{um}.: *Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem Sacramento.* Ac novissime TRIDENTINO Sessione 13. Can. 2.

Probatur præterea, inde; quod ex una parte, ut evincunt argumenta pro transsubstantiatione allata, fide divina certum sit, desisse panis et vini substantiam, cui tanquam subjecto suo naturali accidentia inhæserant;

ante sec. XII. non reperiatur vox ista, habet Ecclesia potestatem novas usurpandi voces, ad exprimendum melius dogma catholicum contra hæreticos; ita vox *δμοούσιος* contra Arianos; *θεοτόκος* contra Nestorianos instituta fuit. Unde adversariis licet reponere, quod S. ATHANAS L. de Decretis Synodi NICÆNÆ (opp. t. 1. p. 178. D. Edit. Patavina. 1777.) reponerat Ario aversanti Synodum NICÆNAM ob novitatem nominis, *τοῦ ὁμοούσιου consubstantialis*, quo et fraudes et cavillationes subvertebantur Arianorum: *Etiamsi voces ita in Scripturis non extent; sententia tamen, quam continent, vere in Scripturis habetur.*

Ad 2^{um}. R. D. Ant. In conversione, quæ est generatio, aut alia mutatio naturalis C. Quæ est transsubstantiatio, aut conversio totalis N. In conversione proprie dicta requiritur 1^o. Terminus a quo, et ad quem, uterque positivus. 2^o. Desitio unius, et successio alterius in eadem ratione, in qua fit conversio. 3^o. Dependētia et connexio inter desitionem et successionem. 4^o. Aliquid commune, circa quod connexio, et utriusque termini oppositio sit. Quatuor hæc in Eucharistica conversione habentur aliquo duntaxat cum discrimine a conversione vulgari et naturali.

Nam 1^o. terminus a quo est desinens panis et vini substantia; terminus ad quem sive succedens est corpus et sanguis Christi; qui termini ambo rem positivam exprimunt. 2^o. Terminus a quo desinit, et ad quem incipit secundum rationem suam propriam; prior quidem est panis, desinens in substantia panis; idem est de vino: posterior est corpus Christi in ratione propria corporis; ac pariter sanguis. 3^o. Habetur et connexio illa; ideo enim substantia panis desinit, quia vi verborum ponitur sub accidentibus Christi corpus, ut demonstrabile per verba. 4^o. Etiam habetur aliquid utrique termino commune; nimirum species et accidentia, quæ ante inhærebant substantiis panis et vini; nunc vero cum corpore et sanguine Christi unum quoddam compositum morale constituunt. Et hic conversio Eucharistica se nonnihil ab aliis discriminat; in his enim subjectum commune est aliquid prioris remanentis substantiæ, a quo tanquam subjecto educationis terminus ad quem succedens dependentiam dicit; secus, ac in Eucharistia accidit, in quo, ut verificentur verba Christi ex dictis in probat. Conclus., conversio totalis, sive transsubstantiatio accidere debet, h. e. in qua nihil remaneat substantiæ veteris, sed loco hujus subjecti utrique termino communis vices subeunt remanentes panis et vini species.

Hinc ad Cons. patet responsio; nam N. ejus memb. 1^{um}. Alterum D. Erit verum dicere: panis sit corpus Christi, hoc sensu, ut panis se habeat ad modum subjecti educationis, vel tanquam materia cum corpore unum totum constituens N. Ut significetur tantum ordo successionis inter duo extrema inter se comparata, sicut ex nocte dicitur fieri dies C.

Nec propterea vera proprie dicta sit annihilatio panis, aut pariter proprie dicta creatio Christi corporis. Non primum; quia annihilatio proprie dicta est, qua nihil rei illius sive substantialiter, sive accidentaliter remanet ullo modo, sic quidem, ut nihil novi resultet. Pariter creatio proprie dicta rem omnino non extitisse supponit; sed in Eucharistia remanent species, et loco panis corpus Christi ponitur, corpus Christi incipit esse, non simpliciter, sed sub speciebus.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Quia omnes tamen concordant in dogmate; nihil

vero definit Ecclesia, qualis ea actio sit, qua desinente substantia panis Christi corpus sub speciebus ponitur; an sit merus ordo successionis substantiarum, ut VASQUEZ autumat; an sit actio duntaxat unilativa corporis et specierum, ut SOTUS et alii volunt; an actio adductiva, ut SCOTO et BELLARMINO placet; an vero reproductiva actio corporis sub speciebus, sive ut respectiva corporis et specierum, ut cum SEAREZ et TANNERO communiter ac probabiliter Theologi sentiunt? Verum hæc opinionum diversitas quoad actionem illam quid adversariis prodest? Numquid ideo vel Catholici, vel ipsi adversarii incerti hærent, an secunda in Trinitate persona sit vere Filius, aut procedat per generationem, quia variant opiniones in statuenda ratione, propter quam processio Filii sit generatio?

Cæterum hic in actione illa reproductiva acquiescimus prætermissa circa quæstionem hanc scholasticam, aliasque id genus philosophicas ulteriore disputatione, non absque consilio; ut enim observat VASQUEZ 3. p. q. 36. Disput. 18. cap. 1., hujusmodi quæstionibus id solum effectum est, ut mysterium fidei nostræ non modo difficilius ad explicandum, sed etiam adversariorum criminationibus et argutiis fuerit magis expositum. Unde et TRIDENTINI Patres Theologis quibusdam in Concilio quæstiones ejusmodi philosophicas excitantibus sapienter imposuere silentium. Et vero non Theologia philosophiæ, sed hæc substernitur, juxta D. HIERONYMI monitum epist. ad Magnum n. 2. *Legerat (David) in Deuteronomio (c. 21.) Domini voce præceptum, mulieris captivæ radendum caput, supercilia, omnes pilos, et unguis corporis amputandos, et sic eam habendam in conjugio. Quid ergo mirum, si et ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem, et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? et si quidquid in ea mortuum est, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado: et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth? Id est: sic philosophiam profanam conjungendam esse Theologiæ, ut illa christiana, non hæc naturalis fiat.*

ARTICULUS II.

QUO MODO CHRISTUS EXISTAT IN EUCHARISTIA? ET QUÆ CIRCA MYSTERIUM HOC INSUPER TENENDA?

283. Dico I. In Eucharistia accidentia vel species panis et vini sunt sine subjecto.

Constat ex Conciliis, LATERANENSI IV. cap. 1. (Labb. t. 11. p. 143.), ubi inquit: *Cujus (Christi) corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem, potestate divina.* CONSTANTIENSI, quod Sess. 8. (Labb. t. 12. p. 43. E.) damnat hunc Wicleffi artic. 2^{um}.: *Accidentia panis non manent sine subjecto in eodem Sacramento.* Ac novissime TRIDENTINO Sessione 13. Can. 2.

Probat præterea, inde; quod ex una parte, ut evincunt argumenta pro transsubstantiatione allata, fide divina certum sit, desisse panis et vini substantiam, cui tanquam subjecto suo naturali accidentia inhæserant;

corpori vero Christi post consecrationem inherere aliunde dici non possint, utpote quod suamet sustentat quantitatem: ex altera vero parte experientia certo constat, quod consecratione peracta, maneat quantitas, ac qualitates, color, sapor, odor, etc., quæ sentiebantur prius; ergo sine omni subjecto divinitus conservari, necessum est dicere.

284. *Obj.* Accidens non potest esse sine subjecto; definitur enim: ens alteri inherens; ergo.

Observa: Triplicem esse Philosophorum mentem circa naturam accidentium. Pars eorum prima accidentia absoluta realiter a materia distincta asserit; ut quantitatem, colorem, gravitatem et similia.

Pars alia solam quantitatem accidens absolutum a materia realiter distinctum ait; cæteras vero qualitates corporum, quas accidentia vocamus, non esse quid realiter objective a quantitate distinctum; sed colorem e. g., esse ipsamet quantitatem, diversimode modificatam, quæ cum lucem reflectit, colorem efficit, eumque varium pro varietate reflexionis radiorum, eorumque in organum visus impulsu; paucis: quantitas cum sensuum organa hoc vel illo modo movet ob diversam suarum partium configurationem, diversas efficit sensationes.

Pars tertia, duce præsertim P. MAIGNAN, nulla admittit accidentia a materia realiter distincta, sed species sensibiles, quas intentionales vocat, nihil aliud aut esse, quam ipsam objectorum in sensus actionem, juxta D. THOMAM p. 3. q. 54. a. 1. ad 2. *Quod aliquid videatur, fit per actionem visibilis ad visum.* Cum vero in Eucharistia non remaneat panis substantia, quæ in sensus adhuc ageret, necesse est, inquit, Deum per se ipsum supplere actiones illas substantiæ panis, eadem facta impressione in nostris sensibus, quam efficiebat ante consecrationem substantia panis; id vero Deum posse, nemo ambigit; cur enim Deus non possit ipse per se eisdem præstare effectus, quos præstandi virtutem ipse causis creatis indidit? Certe sic nutritionem ipse hoc in mysterio supplet. Præterea moventur ad ita sentiendum hujus sententiæ Philosophi, et qui cum his sentiunt Theologi:

1°. Quia nomen *accidentis* in hoc mysterio recentis usus est, seculo circiter XI. inductum; nomen e contra *specierum* aiunt (quod satis indicat, nihil ex pane solidi superesse) longe esse antiquius et usitatissimum; adhibitum a Cyrillo Hierosolymitano, Gregorio M., Theophylacto, aliisque; præsertim adhiberi a Græcis, ut videre est in *Confessione orthodoxa orientalis Ecclesiæ*, Quæst. 106. Quin, neglecto nomine *accidentis*, etsi vulgatissimum esset, potius *specierum* nomen, velut aptius, sancitum fuisse in Conciliis LATERAN., BASILEENSI, FLOR. et TRIDENT.; et in hujus uno quidem cap. 3. Sess. 13. novies; sed hoc non temere, sine causa factum.

2°. Plura esse id genus specierum exempla; sic in baptismo Christi apud Lucam descendit Spiritus sanctus corporali specie columbæ; duobus discipulis Marc. 16. sub alia apparuit effugie; Luc. 24. autem, *oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent*; Magdalene Joan. 20. apparuit sub specie hortulani; manna Exod. 16. omnium ciborum præstabat varietatem. Hæc vero efficiebantur a Deo, supplente corporum vices; cur igitur non efficiat idem in Eucharistia?

Quod si his opponas, quod nobis illuderet Deus, si panem, qui revera non

est, ostentare non desisteret: quod sensus saltem in errorem inducerentur: quod citra necessitatem continuum prodigium asseratur: quod non satis concordet cum Conc. CONSTANTIENSI damnante hanc propositionem Wicleffi: *In Eucharistia non manent accidentia sine subjecto*; nec cum Tridentino Sess. 13. cap. 3. docente, totum Christi corpus esse in tota hostia, et totum in singulis speciei partibus.

Reponunt, Deum illudere nobis, non posse dici, quia nos monet per se et Ecclesiam, quod panis non sit post consecrationem: nec decipi sensus; quorum tantum est, renuntiare animæ, quod moveantur. At illud est verissimum. A quo vero moveantur, animi est judicare; animus autem non fallitur, quia admonetur. Nec continuum inducitur prodigium, dum Deus sine corporum intervntu per se sensuum nostrorum organa movet, cum potius majus sit dicendum prodigium, quod corpora adhibeat, ut in animis motum creet. Conc. CONSTANTIENSE propositionem illam damnavit ad mentem Wicleffi, qui ideo negabat, in Eucharistia accidentalia manere sine subjecto, quia aiebat, subjectum ipsum manere cum accidentibus. Sententia igitur cadit in subjectum, quod dicebatur remanere, non in accidentia; idque constat ex Cardin. de Alliaco, qui Concilio interfuit in 4. Dist. 6. Art. 3. Quod vero Concilium nomen *accidentium* adhibuerit, inde est, quod hoc nomen tunc esset vulgatum in Scholis. Tandem TRIDENTINUM solummodo definiit Sess. cit. Can. 3. totum Christum esse sub qualibet speciei parte *facta separatione*; atque hæc, monente Concilii historia, addita fuisse, ne præjudicium inferret sententiæ eorum, qui id de qualibet speciei parte ante separationem negabant; dum proinde dicit in laudatæ Sessionis cap. 3., totum Christum esse sub qualibet speciei parte, id intelligendum est relative ad verba illa in Can. 3. *facta separatione*.

Etsi vero in exponenda specierum Eucharisticarum natura non conveniat inter Philosophos orthodoxos; in singulorum tamen sententiis nulla est implicantia, quod unum hic monstrare Theologiæ est contra adversarios acatholicos, controversia de ipsa specierum vel accidentium natura Philosophis relicta, ad quos pertinet.

Ac quidem in sententia ultima P. Maignani objectio non habet usque adeo locum, ut ex ejus expositione constat. Patroni vero secundæ sententiæ cum doceant, solam quantitatem realiter a substantia panis ante consecrationem distinctam, remanere sine subjecto seu accidens absolutum, cum sententiæ primæ patronis ita

Respondent. D. Ant. Accidens non potest esse sine subjecto de lege ordinaria, ac naturaliter C. de lege extraordinaria, supernaturaliter N.

Ad prob. R. D. Definitur ens alteri inherens actualiter N. aptitudinaliter C. Accidens quippe definitur a Philosophis: *Quod adest, vel abest sine subjecti corruptione*, ut Porphyr. Isag. de Accid. vel: *Quod contingit subjecto inesse, et non inesse*; igitur tota accidentis essentia est, accedere subjecto, non huic actu inesse. Præterea sicut universim existentia actualis non est de essentia entis extra Deum, cum actus jam supponat essentiam, qua scilicet posterior est; ita inherentia actualis non est de essentia accidentis.

Si ais: Saltem accidens exigit inesse subjecto alicui, sicut substantia subsistere subsistentia, si non propria, saltem aliena.

R. Negando *ly sicut*: substantia enim, quæ existit, singularis est; singularis autem redditur per subsistentiam, quæcumque ea sit: sed accidens per subjectum, cui inhæret, singulare non redditur; igitur, Deo volente, potest absolute existere sine subjecto. Respondent etiam alii expeditius: accidens exigere inesse subjecto alicui non absolute, sed pro casu, quo modus hic existendi per inhærentiam non suppletur per meliorem a potentia divina sine subjecto; sicut substantia exigit existere subsistentia propria, non absolute, sed conditionate, scilicet nisi subsistentia propria suppleatur per digniorem, ut in Christo subsistentia creata naturæ humanæ suppletur per subsistentiam divinam; ideoque natura humana Christi, etsi propria orbata subsistentia, non est in statu violento.

283. *Dico II.* Christus sub qualibet specie totus continetur; et totus sub qualibet parte speciei.

Pars 1^a. quæ est de fide, clare definita a Tridentino Sess. 13. Can. 3. *prob. 1^o.* ex S. Scriptura. Joan. 6. ait Christus: *Qui manducat me, vivet propter me.* Hic vero, ut constat ex cap. præced. art. 1. de Eucharistia sermo est; sed non dixit Christus: qui manducat corpus meum, sed qui manducat me; quæ vox totum Christum significat, ut ex duabus naturis et persona divina constat; ergo Christus, dum una species sumitur manducando, quod fit, dum sumitur species panis, sumitur totus; ergo et totus sub hac specie existat, necesse est.

Accedit Traditio. Sic S. EPHREM L. de non scrutanda Nat. divin. cap. 3. ait: *Agnus ipsum integre comedis.* S. Hieron. contra Jovinian. L. 4. n. 7. docet, nos in Eucharistia Christum accipere; solum vero corpus non potest dici Christus; nec solus sanguis; ac præterea etiam de sumptione Eucharistiæ sub una specie debet intelligi; quia et hanc asserit epist. 22. ad Eustoch. Unde Conc. Constantiense Sess. 13. (Lab. t. 12. col. 100. C.) *Firmissime, inquit, credendum est... integrum Christi corpus et sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri.* Eadem vero ratio, quæ pro sanguine Christi sub specie panis, et pro corpore Christi sub specie vini militat, etiam pro anima Christi pugnat; nimirum, ut docet Tridentinum Sess. 13. cap. 3. corpus sub specie panis, et sanguis sub specie vini existit vi verborum consecrationis; *ipsum autem corpus sub specie vini, et sanguis sub specie panis, animaque sub utraque, vi naturalis illius connexionis et concomitantia, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit non amplius moriturus, inter se copulantur; divinitas porro propter admirabilem illam ejus cum corpore et anima hypostaticam unionem.*

Prob. pars 2^a. ex cit. Tridentini Sess. cap. 3., ubi inquit: *Totus et integer Christus sub panis specie, et sub quavis ipsius speciei parte; totus idem sub vini specie et sub ejus partibus existit.* Atque hoc de qualibet speciei parte, facta separatione, de fide est; quia Concilium in cit. Sess. Can. 3. cum dixisset, totum Christum sub singulis cujusque speciei partibus contineri, addidit: *facta separatione.* Sed et hinc colligunt plerique, jam ante separationem vel divisionem in singulis cujusque speciei partibus totum Christum contineri; cum divisio nihil operetur circa corpus Christi; nec verba consecrationis novam reproductionem operari amplius possint, utpotè quæ dudum transierunt.

286. *Obj.* Idem corpus simul esse in pluribus locis nequit; ergo totus Christus in qualibet speciei parte sive ante, sive post separationem esse nequit.

Prob. Ant. 1^o. Quia replicatio corporis est simultanea ejusdem in duobus, vel pluribus locis existentia; sed sic corpus non esset idem amplius, sed multiplex, sicut locus, in quo existit, est multiplex.

2^o. Sicut locus divisus est ab alio loco, ita corpus deberet esse divisum a se ipso; sed si est divisum a se ipso, non est unum et idem.

3^o. Multa sequerentur absurda et contradictoria; 1. enim posset idem corpus moveri motibus contrariis, in loco A versus ortum, in loco B versus occasum. 2. Sic corpus replicatum esset in loco uno contiguum alteri corpori, a quo simul distaret in loco alio.

4^o. S. Aug. L. 20. contra Faustum cap. 11. negat corpus Christi simul posse esse in sole, luna et cruce; ergo. Idem argumentum contra realem Christi præsentiam in Eucharistia formatur a Calvinistis et Sacramentariis.

R. D. *Ant.* Idem corpus simul esse nequit in pluribus locis naturaliter C. supernaturaliter *subd.* circumscriptive Tr. definitive et sacramentaliter N. Præsentia ejusdem corporis in pluribus locis tripliciter intelligi potest: 1^o. *Circumscriptive*, ita, ut idem corpus plures habeat existentias naturales, et quantitativas, h. e., ut habeat partes extra partes non tantum in ordine ad se, sed etiam in ordine ad locum; ut loco commensuretur; ut aliud corpus excludat ab eodem loco. 2^o. *Definitive*, et sacramentaliter, ita ut idem corpus habeat plures existentias naturales, et partes extra partes in ordine ad se, sive ordinatas secundum dispositionem naturalem, sic ut pectus scapulis, scapula collo, collum capiti uniatur; non tamen partes extra partes in ordine ad locum. 3^o. Ut idem corpus plures habeat existentias, unam naturalem, aliam vel alias sacramentales.

Naturaliter idem corpus, quovis modo, esse non posse simul eodem puncto temporis pluribus in locis, certum esse, quotidiana docet experientia, cujus testimonium si rejiciamus, nihil porro in rebus naturalibus certum erit; non posse etiam spectatis divinæ potentiæ viribus, gratis dicitur; nec ullo ex capite probari potest, ut patebit ex responsis ad probationes. Præterea apud Deum omnia possibile esse, nos Scriptura monet Matth. 19.: *Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse*, S. Aug. clamat epist. ad Volusian. Ac tandem si ea impossibilia sint, quæ nostra non assequitur ratio, quomodo adversarii mysterium SS. Trinitatis posthac tuebuntur contra Socinianos, dictitantes, ut essentia, vel natura eadem subsistat in personis tribus, repugnare rationi?

Dixi: *Transeat*, eo quod sint e Philosophis ac Theologis, qui autement, fieri non posse, ut unum idemque corpus circumscriptive existat in diversis locis, quæ philosophica questio nostri instituti non est.

Ad prob. 1^{am}. R. N. *min.* Unitas enim corporis non ab unitate loci, in quo est, sed ab entitate sua, sive prædicatis intrinsicis est; quippe prius res una concipitur, quam in loco existens; sicut ergo per hoc corpus non constituitur unum, quod existat in loco uno, sic nec propterea evadit multiplex, si rem eandem pluribus ac separatis in locis reproduci et existere contingat.

Ad prob. 2^{am}. R. N. M. Quia sicut multiplicitas corporis non oritur a mul-

tiplicitate loci, sic nec a divisione locorum ejusdem corporis a se ipso divisio. Igitur corpus in loco A et simul loco B existens, non esset quidem idem ratione *localis presentie*; sed tamen esset idem ratione *entitatis*.

Ad prob. 3^{am}. R. N. Ass. Ad 1^{am}. Negatur, hoc esse implicatorium: etsi enim idem corpus non replicatum non possit moveri motibus contrariis, quia non nisi unum esse *locale* habet; id tamen corpori replicato contingere potest sub diverso respectu ob diversum esse locale; quæ vero consequuntur ipsum esse locale diversas relationes, necessario multiplicantur, et diversæ sunt, sicut et actiones, quæ terminantur a loco; sed non ideo sunt contradictoriæ, quia non prædicantur de eodem secundum idem, sed secundum diversum, scilicet locum. Sic anima eadem ut informans pedes est propinquior terræ; ut informans caput, remotior a terra. *Ad 2^{am}.* eadem est responsio. Esset contiguum respectu *diversi loci C. ejusdem loci N.*

Si ais: Corpus circumscriptive existens in loco uno non potest extra hunc existere alibi; locus enim circumscriptivus adæquatus est:

R. D. Non potest extra hunc existere definitive *N.* circumscriptive *Tr.* ob datam rationem supra. Quamquam revera nec in hoc appareat implicantia; circumscriberetur enim hoc casu corpus ab uno loco, sed non ab eo *solo*; locus circumscriptivus adæquatus est pro se, h. e. singulæ partes corporis respondent singulis partibus hujus loci; sed inde non sequitur: ergo nec alius locus potest idem corpus circumscribere.

Observa: Terminos hosce *circumscriptive, definitive* non eandem habere notionem sensumque apud Doctores. Sunt, qui hanc notionem tribuunt, ut circumscriptive, item definitive existere in loco sit, non esse extra illum locum. Hinc non mirum, quod in modo respondendi a nobis dissentiant. Sed nos eo sensu utimur, quo supra, qui magis usitatus est.

Ad prob. 4^{am}. R. D. Negat conformiter ad mentem Manicheorum *C.* secus *N.* Juxta Manichæos corpus Christi erat lux quædam expansa per solem, lunam, omniaque loca cætera; huncque esse dicebant statum corporis Christi naturalem et convenientem. Hoc vero negat *Aug.*; imo sic, naturaliter, corpus per tot loca expansum posse totum esse in locis singulis. De possibilitate vero absoluta non erat questio. Sed et frustra ad possibilitatem recurrissent Manichæi; quia, quod est solum possibile de potentia absoluta Dei, non probatur existens, nisi probetur miraculum, per quod existat; sed miraculum tale, quo Christi corpus existeret in sole, luna, aliisque locis, Manichæi probare non poterant.

287. *Dico III.* Corpus in Eucharistia cum sua quantitate existit, sine tamen impenetrabilitate actuali, et extensione ad locum.

Prob. 1^a. p. 1^o. Negative; quia nequit solida afferri ratio, cur corpus Christi in Eucharistia sistatur præsens sine quantitate sua, alias naturaliter inseparabili a quolibet corpore.

2^o. Positive. Corpus Christi in Eucharistia est corpus humanum, id est, diversis organis et membris instructum; sed illa organorum membrorumque diversitas sine quantitate non potest intelligi, et sine hac non nisi rudis et indigesta mæles erit, nec nisi partium confusio et permixtio.

Prob. 2^a. p. Quia species panis et vini priorem suam quantitatem et impenetrabilitatem retinent; hinc a nullo alio corpore penetrantur, sed

agunt in alia corpora, et ab his patiuntur; igitur cum a corpore Christi penetrentur, hoc sua impenetrabilitate actuali careat, necesse est.

Actualis vero impenetrabilitas, extensio ad locum, cum sint effectus formales secundarii quantitatis, abesse possunt a quantitate radicali, cujus effectus formalis primarius est solum impenetrabilitas et extensio ad locum aptitudinalis. Et vero actualis impenetrabilitas et extensio, quod separari possint a quantitate, sufficienter colligitur 1^o. inde; quia posteriores sunt ipsa quantitatis essentia, et ab hac ceu effectus fluunt: sed quod posterius est rei essentia, potest abesse absolute, salva remanente ipsa natura rei. 2^o. Quia sic Christus e virginali utero prodiit, illæso virginitatis claustro, ut perhibent Patres, relati a nobis in Tract. de Incarn.; penetravit in cubiculum jannis clausis Joan. 20. 19. 29. Præterea non est magis essentielle corpori quanto, esse actu impenetrabile, occupare locum, quam corpori gravi ponderare, colorato videri, calido calefacere: atqui tamen divina potentia effectum est, ut grave non ponderaret, dum Matth. 14. Christus ambulavit super aquas; ut coloratum non videretur, dum Luc. 4. medius inter Judæos non videbatur; ignea fornax non læderet tres pueros Dan. 3.

Ex quibus id facile perspicitur, haud approbari posse eam Philosophorum quorundam recentiorum in opinando licentiam, dum essentiam quantitatis in extensione actuali partium corporis in ordine ad locum constituunt; non enim potest satis percipi, qua ratione ea opinio cum hoc mysterio Eucharistiæ conciliari queat.

Rectius vero ex dictis hactenus sequentia deduces corollaria, quæ modum existendi in Eucharistia attinent:

I. Humanitas Christi in Eucharistia exercere nequit actus alicujus sensus externi vel interni, ad quos objectorum externorum concursus requiritur; quia ad actiones ejusmodi certa extensione in organo nervorum fibrarumque opus est, qua corpus Christi caret, utpote impenetrabilitate actuali destitutum. Dixi: *ad quos objectorum externorum concursus requiritur*; nam potest anima Christi elicere actus immanentes, qui ab objectorum talium concursu haud dependent; cujusmodi sunt visio beatifica, cognitiones scientiæ infusæ, et ab his dependentes voluntatis actus.

II. Corpus Christi pati nihil potest ab agentibus corporeis, non videri, non tangi, non frangi, comprimi, dilatari, lædi, etc.; hujusmodi enim passionum sola ea corpora capacia sunt, quæ actualem impenetrabilitatem habent, qua corpus Christi Eucharisticum destituitur. (R)

288. *Obj.* Non potest esse quantitas sine extensione, divisibilitate, impenetrabilitate; ergo.

Prob. Ant. 1^o. Quia effectus formalis quantitatis est, reddere corpus extensum, impenetrabile, divisibile: sed sine effectu formali quantitas esse non potest.

2^o. Quia, sicut spiritus non potest occupare locum, sic de essentia corporis est, habere extensionem in loco, impenetrabilitatem, divisibilitatem.

3^o. *S. Aug. epist. 37. ad Dardanum, c. 6. n. 18., spatia locorum, inquit, tolle corporibus, nusquam erunt; et quia nusquam erunt, nec erunt;* ergo.

R. D. Ant. Non potest esse quantitas sine extensione externa, sive ad

locum; sine divisibilitate, impenetrabilitate actuali naturaliter *C.* supernaturaliter *N.* Responsio patet ex dictis in Conclus.

Ad prob. 1^{am}. *R. D. M.* Effectus formalis primarius quantitatis est, reddere corpus extensum in ordine ad locum, etc. *N.* secundarius *C.* Effectus formalis primarius quantitatis est, reddere corpus quantum, sive illi tribuere extensionem internam partium in ordine ad se; diciturque etiam impenetrabilitas radicalis; aptitudo proxima ad extensionem localem: quem effectum etiam quantitas in Eucharistia corpori Christi tribuit. Impenetrabilitas vero actualis, extensio localis, effectus est secundarius divinitus impenetrabilis.

Ad prob. 2^{am}. *R. N. paritatem.* Spiritus nullam quantitatem, nullasque partes habet; ergo non potest coextendi loco. At corpus etsi partes habeat, et quantitatem, hæcque etiam exigat habere partes in ordine ad se; non tamen essentialiter exigit, partes extendi in ordine ad locum actualiter.

Ad prob. 3^{am}. *R. N. Cons.* Loquitur enim *S. Pater* de ordine naturali, juxta quem certum est, corpus extensive et per partes esse in loco; interrogatus enim fuerat de modo, quo Christi corpus in cælo est, et quo Deus est ubique. Posse vero corpus sine corporum qualitatibus existere, diserte docet *S. Aug. L. 22. de Civit. cap. 8. n. 21.*, ubi postquam retulisset anulum quemdam magicum illæso et undique clauso vinculo capillatio, quo fuerat involutus, ante pedes mulieris divinitus illæsum jacuisse, subdit: *Non credunt hoc, qui etiam Dominum Jesum per integra virginalia Matris enixum, et ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse, non credunt. Martyr certe ipse (S. Stephanus) quo impetrante illa sanata est, in Filium permanentis Virginis credidit, in eum, qui ostiis clausis ad discipulos ingressus est, credidit.*

CAPUT IV.

DE NATURA EUCHARISTIE, MATERIA, FORMA.

Eucharistiam sacramentum esse in specie infima unum, ex sensu Ecclesiæ intelligitur, quæ constanter sacramenta septem, nec plura, nec pauciora credidit; tum inde, quod sacramentum hoc institutum sit ad modum convivii, ad cujus integritatem cibus et potus pertinet. An vero debeat dici unum vel multiplex numero? a modo loquendi dependet; si enim, ut rationem nutrimenti spiritualis habet, spectetur, erit unum numero, quia ad nutrimentum cibus et potus pertinent; si vero spectetur, ut habet rationem signi sensibilis, quod sunt species, modo unum, modo multiplex erit; unum, si ambæ species ad unam ordinentur refectionem, ut respectu Sacerdotis in Sacrificio; multiplex, si species ordinentur ad sumptiones, vel refectiones plures.

Inquiri etiam hic solet, quænam ad sacramenti hujus constitutionem pertineant; an solæ species; an corpus et sanguis Christi; an etiam verba con-

secrationis? At conformius Conciliis et Patribus sentiunt, qui singula hæc requirunt. 1^o. *Species*; quia TRIDENTINUM Sess. Can. 4. ait corpus et sanguinem Christi in *S. Eucharistiæ sacramento* contineri; ergo id, quod continet corpus et sanguinem Christi, est sacramentum saltem partialiter: sed species continent; ergo. 2^o. *Corpus et sanguis Christi*; quia FLORENTINUM in Decr. docet, hoc sacramentum confici verbis Sacerdotis; sed quod conficitur a Sacerdote, præcipue est corpus et sanguis Christi, ut conjuncta cum speciebus. 3^o. *Verba consecrationis*; sunt enim forma; omnia autem sacramenta, juxta FLORENT. rebus ut materia, verbis ut forma perficiuntur, et persona ministri. His igitur dimissis ad questiones utiliores convertimur.

ARTICULUS I.

AN EUCHARISTIA IN RE PERMANENTE, VEL TANTUM IN USU CONSISTAT?

Quæstio in eo versatur: utrum statim post prolata consecrationis verba, ante omnem usum et sumptionem Eucharistiæ, corpus et sanguis Christi sint sub speciebus realiter præsentia, subque his tamdiu permaneant, quamdiu hæc permanent integræ; vel an tantum præsentia fiant tum, cum manducatur panis, bibiturque vinum? Prius affirmant uno ore Catholici; posterius Protestantes.

289. *Dico.* Eucharistia non consistit præcise in usu, sed in re permanente. Est de fide catholica, juxta TRIDENTINUM Sess. 13. Can. 4.

Prob. 1^o. Ex *S. SCRIPTURA.* Corpus Christi tunc præsens fuit, cum dixit: *Hoc est corpus meum*; quia verba Christi operabantur statim, erantque verà; verà autem non fuissent, nisi tunc ejus corpus præsens fuisset. Atqui verba ea protulit Christus, antequam discipuli manducarent; ergo. *Prob. min. 1^o.* Quia verbis istis: *comedite, bibite*, Christus discipulos invitabat ad manducandum et bibendum; pro motivo autem addebat: *Hoc est corpus meum: Hic est enim sanguis meus*; hoc namque indicat particula *enim*, ut adeo sensus sit: manducate et bibite, quia cibus, quem offero, est corpus meum; et potus, est sanguis meus: sed motivum debuit discipulis proponi ante, et ab his intelligi, quam manducarent, et biberent; ut scirent, se non communem panem, nec vulgare vinum accepturos. 2^o. Quia ex eodem calice biberunt omnes, juxta illud Luc. 22. *Dividite inter vos*; ac Marc. 14. *Biberunt ex illo omnes*; sed Christus non toties repetiit hæc: *Hic est sanguis meus*, quoties biberunt, sed tantum semel.

Respondent. Christum dedisse cibum et potum antequam diceret: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, ut colligitur ex Matth. 26. ubi hæc: *Accipite et comedite*, in serie verborum Christi præmittuntur his: *Hoc est corpus meum*; et Marc. 14. illa: *Biberunt ex illo omnes*, ponuntur ante hæc verba consecrationis: *Hic est sanguis meus*; ergo tunc primum præsens erat corpus et sanguis Christi, quando manducabant, et bibebant. Verum

R. 1^o. N. Ant. Si enim ex his verbis Matthæi et Marci colligeretur, Christum dedisse cibum manducandum, et potum bibendum antequam dixis-

locum; sine divisibilitate, impenetrabilitate actuali naturaliter *C.* supernaturaliter *N.* Responsio patet ex dictis in Conclus.

Ad prob. 1^{am}. *R. D. M.* Effectus formalis primarius quantitatis est, reddere corpus extensum in ordine ad locum, etc. *N.* secundarius *C.* Effectus formalis primarius quantitatis est, reddere corpus quantum, sive illi tribuere extensionem internam partium in ordine ad se; diciturque etiam impenetrabilitas radicalis; aptitudo proxima ad extensionem localem: quem effectum etiam quantitas in Eucharistia corpori Christi tribuit. Impenetrabilitas vero actualis, extensio localis, effectus est secundarius divinitus impenetrabilis.

Ad prob. 2^{am}. *R. N. paritatem.* Spiritus nullam quantitatem, nullasque partes habet; ergo non potest coextendi loco. At corpus etsi partes habeat, et quantitatem, hæcque etiam exigat habere partes in ordine ad se; non tamen essentialiter exigit, partes extendi in ordine ad locum actualiter.

Ad prob. 3^{am}. *R. N. Cons.* Loquitur enim *S. Pater* de ordine naturali, juxta quem certum est, corpus extensive et per partes esse in loco; interrogatus enim fuerat de modo, quo Christi corpus in cælo est, et quo Deus est ubique. Posse vero corpus sine corporum qualitatibus existere, diserte docet *S. Aug. L. 22. de Civit. cap. 8. n. 21.*, ubi postquam retulisset anulum quemdam magicum illæso et undique clauso vinculo capillatio, quo fuerat involutus, ante pedes mulieris divinitus illæsum jacuisse, subdit: *Non credunt hoc, qui etiam Dominum Jesum per integra virginalia Matris enixum, et ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse, non credunt. Martyr certe ipse (S. Stephanus) quo impetrante illa sanata est, in Filium permanentis Virginis credidit, in eum, qui ostiis clausis ad discipulos ingressus est, credidit.*

CAPUT IV.

DE NATURA EUCHARISTIE, MATERIA, FORMA.

Eucharistiam sacramentum esse in specie infima unum, ex sensu Ecclesiæ intelligitur, quæ constanter sacramenta septem, nec plura, nec pauciora credidit; tum inde, quod sacramentum hoc institutum sit ad modum convivii, ad cujus integritatem cibus et potus pertinet. An vero debeat dici unum vel multiplex numero? a modo loquendi dependet; si enim, ut rationem nutrimenti spiritualis habet, spectetur, erit unum numero, quia ad nutrimentum cibus et potus pertinent; si vero spectetur, ut habet rationem signi sensibilis, quod sunt species, modo unum, modo multiplex erit; unum, si ambæ species ad unam ordinentur refectionem, ut respectu Sacerdotis in Sacrificio; multiplex, si species ordinentur ad sumptiones, vel refectiones plures.

Inquiri etiam hic solet, quænam ad sacramenti hujus constitutionem pertineant; an solæ species; an corpus et sanguis Christi; an etiam verba con-

secrationis? At conformius Conciliis et Patribus sentiunt, qui singula hæc requirunt. 1^o. *Species*; quia TRIDENTINUM Sess. Can. 4. ait corpus et sanguinem Christi in *S. Eucharistiæ sacramento* contineri; ergo id, quod continet corpus et sanguinem Christi, est sacramentum saltem partialiter: sed species continent; ergo. 2^o. *Corpus et sanguis Christi*; quia FLORENTINUM in Decr. docet, hoc sacramentum confici verbis Sacerdotis; sed quod conficitur a Sacerdote, præcipue est corpus et sanguis Christi, ut conjuncta cum speciebus. 3^o. *Verba consecrationis*; sunt enim forma; omnia autem sacramenta, juxta FLORENT. rebus ut materia, verbis ut forma perficiuntur, et persona ministri. His igitur dimissis ad questiones utiliores convertimur.

ARTICULUS I.

AN EUCHARISTIA IN RE PERMANENTE, VEL TANTUM IN USU CONSISTAT?

Quæstio in eo versatur: utrum statim post prolata consecrationis verba, ante omnem usum et sumptionem Eucharistiæ, corpus et sanguis Christi sint sub speciebus realiter præsentia, subque his tamdiu permaneant, quamdiu hæc permanent integræ; vel an tantum præsentia fiant tum, cum manducatur panis, bibiturque vinum? Prius affirmant uno ore Catholici; posterius Protestantes.

289. *Dico.* Eucharistia non consistit præcise in usu, sed in re permanente. Est de fide catholica, juxta TRIDENTINUM Sess. 13. Can. 4.

Prob. 1^o. Ex *S. SCRIPTURA.* Corpus Christi tunc præsens fuit, cum dixit: *Hoc est corpus meum*; quia verba Christi operabantur statim, erantque verà; verà autem non fuissent, nisi tunc ejus corpus præsens fuisset. Atqui verba ea protulit Christus, antequam discipuli manducarent; ergo. *Prob. min. 1^o.* Quia verbis istis: *comedite, bibite*, Christus discipulos invitabat ad manducandum et bibendum; pro motivo autem addebat: *Hoc est corpus meum: Hic est enim sanguis meus*; hoc namque indicat particula *enim*, ut adeo sensus sit: manducate et bibite, quia cibus, quem offero, est corpus meum; et potus, est sanguis meus: sed motivum debuit discipulis proponi ante, et ab his intelligi, quam manducarent, et biberent; ut scirent, se non communem panem, nec vulgare vinum accepturos. 2^o. Quia ex eodem calice biberunt omnes, juxta illud Luc. 22. *Dividite inter vos*; ac Marc. 14. *Biberunt ex illo omnes*; sed Christus non toties repetiit hæc: *Hic est sanguis meus*, quoties biberunt, sed tantum semel.

Respondent. Christum dedisse cibum et potum antequam diceret: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, ut colligitur ex Matth. 26. ubi hæc: *Accipite et comedite*, in serie verborum Christi præmittuntur his: *Hoc est corpus meum*; et Marc. 14. illa: *Biberunt ex illo omnes*, ponuntur ante hæc verba consecrationis: *Hic est sanguis meus*; ergo tunc primum præsens erat corpus et sanguis Christi, quando manducabant, et bibeant. Verum

R. 1^o. N. Ant. Si enim ex his verbis Matthæi et Marci colligeretur, Christum dedisse cibum manducandum, et potum bibendum antequam dixis-

set : *Hoc est corpus meum : Hic est sanguis meus*, dici pariter posset : 1^o. quod manducassent, et bibissent plene jam; quia Marcus ait in præterito, et biberunt; sicque nec in re manducassent corpus, nec bibissent Christi sanguinem, quia manducassent, et bibissent ante consecrationem; ante hanc vero etiam adversariorum consensu nec corpus Christi, nec sanguis præsens est. 2^o. Vel certe dici posset Christum non nisi post manducationem præsentem fore, ex eadem ratione; quod rursum et falsum est, et ipsi negant adversarii. Hinc non ex serie narrationis (quia et Scriptores sacri non raro per anticipationem posteriora præponunt prioribus) sed verborum sensu colligi debet, quid prius dictum, factumque fuerit; sensus vero aperte exigit, Christum prius consecrasse, ac dixisse: *Hoc est corpus meum*, quam discipulis manducandum daret, ut vult data probatio.

Respondent alii, verba Christi esse promissoria rei paulo post futuræ; vel conditionata, sub conditione implendi præcepti, quia verba hæc: *Accipite et comedite*, præceptum continent; illa vero: *Hoc est corpus meum*, promissionem, ut sensus sit: *Hoc est corpus meum*, si manducaturi sitis; ergo etsi ante manducationem Christus dixerit: *Hoc est corpus meum*, hoc tamen non ante præsens esse coepit, quam cum impleretur conditio, sive manducatio.

At figmenta hæc sunt, et textui adversantia; non enim dixit Christus: *Hoc erit corpus meum, si manducaveritis*, ut dicere debuisset, si sub conditione hac promittere tantum suum corpus voluisset; sed propositio Christi absoluta fuit: *Hoc est*. Sed et ea interpretatio non convenit pronomini demonstrativis *hoc, hic*, quæ rem sensibilibus præsentem indicant, nec verbo *est* præsentis temporis.

Prob. II. Ex TRADITIONE. Teste S. JUSTINO Apol. 2. (opp. p. 97. E.) Eucharistia peractis mysteriis deferbatur ad absentes. Idem refert S. IRENEUS epist. ad Victorem summ. Pont. (ap. Ensebium Hist. Eccl. L. 5. c. 24.), Eucharistiam mitti solitam ad alios in *signum pacis*, sicque missam a suis prædecessoribus ad episcopos, qui luna decima quarta cum Judæis celebrabant Pascha.

Eucharistiam primi fideles secum asportabant, temporibus præsertim persecutionum, ut se ea domi reficerent, et munirent, teste TERTULLIANO L. 2. ad uxorem cap. 5. qui adhortans eam, ne post suum obitum virum ducat infidelem, hac inter alias ratione utitur: *Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si sciverit panem, non illum credit esse, qui dicitur*, id est, corpus Christi. S. CYPRIANUS Tract. de lapsis n. 26. refert de muliere in persecutione lapsa, quod, cum *arcam suam, in qua Sanctum Domini fuerat, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita sit*. S. BASILIUS epist. 289. (al. 93. opp. t. 3. p. 487. A.) ad Casaream Patriciam tradit, monachos desertum petentes deferre Eucharistiam secum, ibique suis eam sibi manibus ministrare. S. CHRYSOSTOMUS epist. ad Innocentium papam n. 3. (opp. t. 3. p. 519.) de militibus ab Imperatore ad ipsum occidendum missis inquit: *Locum, in quo Sancta condita servabantur, ingressi sunt milites... Quin et Christi sanguis, sicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum vestes effusus est*. S. HIERONYMUS (vel quicumque hujus epistolæ auctor sit) epist. 4. ad Rusticum monachum (al. 125. n. 20.) laudat Exuperium episcopum Tolosanum, quod ob pauper-

tatem corpus Christi in canistro portare cogeretur: *Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro*.

Tandem Eucharistiam servatam fuisse pro infirmis refert EUSEBIUS L. 6. Hist. cap. 44., ac presbyterum per puerum petenti Serapioni misisse particulam Eucharistiæ, ac jussisse, ut eam madefactam in os senis instillaret. Adorari debere Eucharistiam ante sumptionem monent Patres, S. AUG. in Ps. 98. n. 9. *Nemo illam carnem manducat, nisi prius adoraverit*. S. AMBROS. L. 3. de Spiritu sancto cap. 12. (al. c. 11. n. 79.) *Caro Christi, quam in Mysteriis adoramus*. S. CHRYSOSTOMUS homil. 24. in 1. Cor. Ergo Eucharistia in re permanente, non solo in usu consistit.

Ad tantum nubem testium, cum negare eam Calvinus non posset, L. 4. Instit. cap. 17. §. 39. unum id respondet: *Qui sic faciunt, h. e. Eucharistiam servant, habent, fateor, veteris Ecclesiæ exemplum. Verum in re tanta, et in qua non sine periculo erratur, nihil tutius, quam veritatem sequi*. Sed quis non miretur responsum insolens? Quasi vero tutius non foret, veteris Ecclesiæ sensum potius, quam hesterni cujusdam Novatoris sequi? Ista, non ille columna veritatis est.

Neque subsistit aliorum cum Dallæo responsio: ex asservatione Eucharistiæ non sequi, quod Ecclesia vetus illam re permanente sitam crediderit, eo quod presbyteri vocati ad ægros, eam in horum domibus conficere potuerint; nam 1^o. Serapioni non presbyter, sed puer Eucharistiam porrexit. 2^o. Igitur antequam presbyter illam confecisset in ægroti domo, nondum fuisset Eucharistia, quia nullum discrimen inter hanc et panem communem fuisset, quod repugnat laudatis Patribus. 3^o. Non convenit cum more, quo deportabant secum Eucharistiam domum fideles, ut hanc sibi ministrent, nisi dicere quis vellet, eos tunc domi ipsos Eucharistiam confecisse, quod adversarii non concedent. 4^o. Prorsus hæc responsio conciliari nequit cum S. Chrysostomo, Hieron., Irenæo, aliisque laudatis Patribus.

290. Obj. I. Ex historia Ecclesiastica rectius colligitur, priscos fideles non judicasse, Eucharistiam in re permanente consistere; ergo.

Prob. Ant. Reliquiæ Eucharistiæ post peracta Mysteria non solebant servari, sed vel comburebantur, vel consumebantur, ut constat 1^o. ex epist. CLEMENTIS Romani ad Jacobum fratrem Domini, relata cap. 23. Dist. 2. de consecrat. (Labb. t. 1. p. 98. D. E.) *Tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant; quod, si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore ac tremore Clericorum diligentia consumantur*. Idem constat ex HESYCHIO L. 2. in Levit. (Bibl. PP. t. 12. p. 86. C.), NICEPHORO L. 17. cap. 25. (Hist. Eccl. t. 2. p. 772.) 2^o. Ex ORIGENE hom. 5. in Levit. n. 8. (opp. t. 2. p. 211. edit. Ruæi.) ubi de pane, quem Christus dedit discipulis, inquit: *non distulit, nec servari jussit in crastinum*. 3^o. Ex S. CYPRIANO serm. de cœna Dom. (opp. p. 331. edit. Parisin. 1666.) *Panis iste recipitur, non includitur*. 4^o. Ex S. HIERONYMO in cap. 11. 1. Cor. (opp. t. 11. p. 752. edit. Vallarsi.) *Quæcumque de sacrificiis superfuissent, illi in Ecclesia communem cœnam comedentes pariter consumebant*. 5^o. Ex venerab. BEDA L. 4. Histor. Eucharist. cap. 14. (opp. t. 6. p. 194. C. apud Migne. Patrol. t. 95.), ubi refert Apostolos apparuisse puero

ægroto, eique dixisse, ut expectaret, dum celebraretur Missa, ut viaticum corporis Domini perciperet. 6°. Tandem ex Conc. CESARAUGUSTANO an. 381. (Labb. 2. p. 1009. E.); TOLETANO I. an. 400. (Labb. t. 2. p. 1215. D.) aliisque particulas Eucharistiæ asservari prohibentibus; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. R. 1°. Pleraque hæc testimonia pugnare contra adversarios, 1°. quia probant sacrificium altaris, quod Missam dicimus; 2°. quia probant, post Communionem vel distributionem corporis Domini credidisse fideles, particulas residuas esse sacramentum, in iis contineri Christi corpus; cur enim alias tantam curam adhiberent, ut particula illæ cum timore, tremore consumantur a clericis, vel comburantur, vel dentur innocentibus?

R. 2°. N. Ant. Ad 1^{am}. R. Plerorumque consensu, etiam et præsertim adversariorum, epistola illa non est CLEMENTIS Romani, sed ex supposititiis Antisiricianis una. Sed cujuscumque sit, loquitur de particulis, quæ citra corruptionis periculum servari non poterant, et supererant, postquam jam aliæ fuissent sepositæ pro infirmis, et missæ ad absentes; nam revera partem particularum istarum prius sepositam fuisse, ex eadem constat epistola (ibid.): *Reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredo inveniatur in sacrario, ne, cum id negligenter agitur, corpori Domini gravis injuria inferatur.* Sed et clare indicat Hesychius, dum ait ibidem: *Est locus sanctus; ibi enim sanctum sanctorum requiescit.*

Ad 2^{am}. ORIGENES id solum intendit, sacrificium laudis debere esse recens, ad quod probandum assumit exemplum Christi, qui panem consecratum statim distribuit; et tum præceptum Apostolis datum, ne panem portarent in via; tum Gabaonitarum exemplum condemnatorum, quod panes veteres ad Israelitas detulissent. Hæc vero exempla adhibet, in quantum ejus scopo servire poterant, sacrificium debere esse novum; alias pariter inferre quis posset, non licere panem portare per viam, uti pane veteri. Cæterum Eucharistiam, ut sacrificium est, semper debere offerri de novo, omnes Catholici dicimus; ideoque sec. XI. Cardinalis HUBERTUS, realis præsentia contra Berengarium defensor strenuus, reprehendit Græcos, quod per Quadragesimam imperfectas celebrarent Missas, id est, ex præsanctificatis, seu utendo hostia præconsecrata jam die Dominica præcedente. (Bibl. mag. Patr. t. 4. part. 2°. Resp. contra Nicetam p. 246. A.)

Ad 3^{am}. R. 1°. Sermo ille non est S. Cypriani, sed Arnaldi Bonæ Vallis. 2°. Neque hoc auctor vult, Eucharistiam in vasis includi non posse, sed solum non includi debere ita, ut non sit etiam in aliis consecratis hostiis, et in qualibet earum parte, et aliis communicari non possit. Constat ex contextu: *aqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur; incorporatur, non injuriatur; recipitur, non includitur; cum infirmis habitans non infirmatur.*

Ad 4^{am}. R. Nec hi Commentarii sunt D. Hieronymi, sed Pelagii hæresiarchæ; quanquam et is non neget, partem aliquam particularum fuisse prius sepositam; ac videatur loqui solum de particulis, quæ commode asservari non poterant.

Ad 5^{am}. R. BEDA juxta alios loquitur de Monacho alicujus monasterii, in quo Eucharistia non servabatur. Dici etiam potest, Apostolos monuisse hunc puerum, ut expectaret sacrificii tempus, ut majore cum devo-

tionem fructuque viaticum perciperet. Cæterum Bedæ tempore usum asportandi secum Eucharistiam adhuc non fuisse omnino sublatum, constat ex ejusdem Hist. Eucharist. L. 4. cap. 24. (ibid. p. 214. G. D.)

Ad 6^{am}. R. Concilia laudata morem asportandi Eucharistiam secum propter abusum, prohibitum volebant; quia scilicet Priscillianistæ, ut colligitur ex Conc. TOLETANO XII. c. 11. (Labb. t. 6. p. 552. A.) ad S. Eucharistiam accedebant cum Catholicis se Catholicos simulando; quam deinde horrenda cum impietate sacrilegi projiciebant. Non obstantibus tamen his Conciliis, mos asportandi Eucharistiam adhuc viguit tempore S. GREGORII L. 3. Dial. cap. 33., venerab. BEDÆ ex ante dictis.

291. Obj. II. Ex ratione 1°. Sacramentum Eucharistiæ institutum est propter usum, juxta illa: *Accipite, et comedite*; ergo consistit in usu. Prob. Cons. Sicut enim Christus Matth. 28. 19. dixit: *Baptizate omnes gentes*; sic Matth. 26. *Accipite, et manducate*; ergo sicut Baptismus consistit in actione indistincta ab ejus usu, sic in eo Eucharistia.

2°. Omne sacramentum debet esse signum gratiæ sanctificantis: sed Eucharistia non est signum gratiæ nisi in usu, sive sumptione. Prob. min. Eucharistia enim instituta est per modum cibi, ut Extrema Unctio per modum medicinæ: sed hæc in applicatione sola est signum gratiæ; ergo et illa in sola sumptione; proinde in hac consistere dicenda est.

Ad 1^{am}. R. N. Cons. Licet enim non statim manducetur; non ideo cessat finis; quia servatur, ut manducetur. Deinde finis est quid mere extrinsecum; unde eo licet cessante, vel nondum obtento, non ideo res ipsa cessare dicenda est; sed manet sacramentum signum sensibile efficax gratiæ, etsi hanc in actu secundo non conferat, nisi dum sumitur.

Ad prob. R. Tr. Ant. N. Cons. Elsi enim Christus singula sacramenta instituerit ad usum hominum; non ideo singula in solo usu consistunt, sed quod in sacramentis cæteris præter Eucharistiam eorum effectio non distinguatur ab usu, ex ipsis formis colligitur; at e contra Eucharistia ad sui usum præsupponitur; alias quippe falsa esset forma: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*; quæ verba rem præsentem demonstrant. Item, Eucharistia consistit in corpore et sanguine Christi ceu cibo spirituali; sed cibus ante usum præsupponitur.

Ad 2^{am}. R. C. Maj. N. min. ex modo dictis; quibus adde, nequidem de essentia aliorum sacramentorum, quæ in actuali usu consistunt, esse, ut gratiam, quam ceu signa illius practica significant, semper in actu secundo conferant; fide enim certum est, baptismum in hæreticis, improbis cum obice gratiæ illum sumentibus sacramentum esse.

Ad prob. R. D. Ut Extrema Unctio per modum medicinæ cujuscumque, nondum applicatæ N. qua applicatæ C. Eucharistia instituta est per modum cibi, non sumptio; e contra non oleum secundum se institutum est per modum medicinæ, sed unctio, juxta illud Jac. 5. *Ungentes cum oleo*; en usus, vel applicatio, sicut Matth. ult. *Baptizantes eos*. Oleum enim nisi determinatum per verba formæ spiritualium medicinam nondum significat, sicut aqua extra baptismum nondum significat ablutionem spiritualem.

ægroto, eique dixisse, ut expectaret, dum celebraretur Missa, ut viaticum corporis Domini perciperet. 6°. Tandem ex Conc. CESARAUGUSTANO an. 381. (Labb. 2. p. 1009. E.); TOLETANO I. an. 400. (Labb. t. 2. p. 1215. D.) aliisque particulas Eucharistiæ asservari prohibentibus; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. R. 1°. Pleraque hæc testimonia pugnare contra adversarios, 1°. quia probant sacrificium altaris, quod Missam dicimus; 2°. quia probant, post Communionem vel distributionem corporis Domini credidisse fideles, particulas residuas esse sacramentum, in iis contineri Christi corpus; cur enim alias tantam curam adhiberent, ut particula illæ cum timore, tremore consumantur a clericis, vel comburantur, vel dentur innocentibus?

R. 2°. N. Ant. Ad 1^{am}. R. Plerorumque consensu, etiam et præsertim adversariorum, epistola illa non est CLEMENTIS Romani, sed ex supposititiis Antisiricianis una. Sed cujuscumque sit, loquitur de particulis, quæ citra corruptionis periculum servari non poterant, et supererant, postquam jam aliæ fuissent sepositæ pro infirmis, et missæ ad absentes; nam revera partem particularum istarum prius sepositam fuisse, ex eadem constat epistola (ibid.): *Reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent, ne qua putredo inveniatur in sacrario, ne, cum id negligenter agitur, corpori Domini gravis injuria inferatur.* Sed et clare indicat HESYCHIUS, dum ait ibidem: *Est locus sanctus; ibi enim sanctum sanctorum requiescit.*

Ad 2^{am}. ORIGENES id solum intendit, sacrificium laudis debere esse recens, ad quod probandum assumit exemplum Christi, qui panem consecratum statim distribuit; et tum præceptum Apostolis datum, ne panem portarent in via; tum Gabaonitarum exemplum condemnatorum, quod panes veteres ad Israelitas detulissent. Hæc vero exempla adhibet, in quantum ejus scopo servire poterant, sacrificium debere esse novum; alias pariter inferre quis posset, non licere panem portare per viam, uti pane veteri. Cæterum Eucharistiam, ut sacrificium est, semper debere offerri de novo, omnes Catholici dicimus; ideoque sec. XI. Cardinalis HUBERTUS, realis præsentia contra Berengarium defensor strenuus, reprehendit Græcos, quod per Quadragesimam imperfectas celebrarent Missas, id est, ex præsanctificatis, seu utendo hostia præconsecrata jam die Dominica præcedente. (Bibl. mag. Patr. t. 4. part. 2°. Resp. contra Nicetam p. 246. A.)

Ad 3^{am}. R. 1°. Sermo ille non est S. Cypriani, sed Arnaldi Bonæ Vallis. 2°. Neque hoc auctor vult, Eucharistiam in vasis includi non posse, sed solum non includi debere ita, ut non sit etiam in aliis consecratis hostiis, et in qualibet earum parte, et aliis communicari non possit. Constat ex contextu: *aqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur; incorporatur, non injuriatur; recipitur, non includitur; cum infirmis habitans non infirmatur.*

Ad 4^{am}. R. Nec hi Commentarii sunt D. Hieronymi, sed Pelagii hæresiarchæ; quanquam et is non neget, partem aliquam particularum fuisse prius sepositam; ac videatur loqui solum de particulis, quæ commode asservari non poterant.

Ad 5^{am}. R. BEDA juxta alios loquitur de Monacho alicujus monasterii, in quo Eucharistia non servabatur. Dici etiam potest, Apostolos monuisse hunc puerum, ut expectaret sacrificii tempus, ut majore cum devo-

tionem fructuque viaticum perciperet. Cæterum Bedæ tempore usum asportandi secum Eucharistiam adhuc non fuisse omnino sublatum, constat ex ejusdem Hist. Eucharist. L. 4. cap. 24. (ibid. p. 214. G. D.)

Ad 6^{am}. R. Concilia laudata morem asportandi Eucharistiam secum propter abusus, prohibitum volebant; quia scilicet Priscillianistæ, ut colligitur ex Conc. TOLETANO XII. c. 11. (Labb. t. 6. p. 552. A.) ad S. Eucharistiam accedebant cum Catholicis se Catholicos simulando; quam deinde horrenda cum impietate sacrilegi projiciebant. Non obstantibus tamen his Conciliis, mos asportandi Eucharistiam adhuc viguit tempore S. GREGORII L. 3. Dial. cap. 33., venerab. BEDÆ ex ante dictis.

291. Obj. II. Ex ratione 1°. Sacramentum Eucharistiæ institutum est propter usum, juxta illa: *Accipite, et comedite*; ergo consistit in usu. Prob. Cons. Sicut enim Christus Matth. 28. 19. dixit: *Baptizate omnes gentes*; sic Matth. 26. *Accipite, et manducate*; ergo sicut Baptismus consistit in actione indistincta ab ejus usu, sic in eo Eucharistia.

2°. Omne sacramentum debet esse signum gratiæ sanctificantis: sed Eucharistia non est signum gratiæ nisi in usu, sive sumptione. Prob. min. Eucharistia enim instituta est per modum cibi, ut Extrema Unctio per modum medicinæ: sed hæc in applicatione sola est signum gratiæ; ergo et illa in sola sumptione; proinde in hac consistere dicenda est.

Ad 1^{am}. R. N. Cons. Licet enim non statim manducetur; non ideo cessat finis; quia servatur, ut manducetur. Deinde finis est quid mere extrinsecum; unde eo licet cessante, vel nondum obtento, non ideo res ipsa cessare dicenda est; sed manet sacramentum signum sensibile efficax gratiæ, etsi hanc in actu secundo non conferat, nisi dum sumitur.

Ad prob. R. Tr. Ant. N. Cons. Elsi enim Christus singula sacramenta instituerit ad usum hominum; non ideo singula in solo usu consistunt, sed quod in sacramentis cæteris præter Eucharistiam eorum effectio non distinguatur ab usu, ex ipsis formis colligitur; at e contra Eucharistia ad sui usum præsupponitur; alias quippe falsa esset forma: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*; quæ verba rem præsentem demonstrant. Item, Eucharistia consistit in corpore et sanguine Christi ceu cibo spirituali; sed cibus ante usum præsupponitur.

Ad 2^{am}. R. C. Maj. N. min. ex modo dictis; quibus adde, nequidem de essentia aliorum sacramentorum, quæ in actuali usu consistunt, esse, ut gratiam, quam ceu signa illius practica significant, semper in actu secundo conferant; fide enim certum est, baptismum in hæreticis, improbis cum obice gratiæ illum sumentibus sacramentum esse.

Ad prob. R. D. Ut Extrema Unctio per modum medicinæ cujuscumque, nondum applicatæ N. quæ applicatæ C. Eucharistia instituta est per modum cibi, non sumptio; e contra non oleum secundum se institutum est per modum medicinæ, sed unctio, juxta illud Jac. 5. *Ungentes cum oleo*; en usus, vel applicatio, sicut Matth. ult. *Baptizantes eos*. Oleum enim nisi determinatum per verba formæ spiritualium medicinam nondum significat, sicut aqua extra baptismum nondum significat ablutionem spiritualem.

ARTICULUS II.

QUÆ SIT MATERIA CONSECRATIONIS PRIMÆ?

Præter pudenda Gnosticorum dogmata hac in re, quæ præstat æterni silentii sepelire tenebris, Artatyræ pro materia adhibebant liba confecta ex pane et caseo. Græci schismatici duce Michaelæ Cæulario Patriarcha Constantinopolitano invalidam Latinorum consecrationem in pane azymo pronuntiant, ac Latinos idcirco *Azymitas* vocant. Sed et hodierni Protestantes pane fermentato, ceu magis conveniente, ut aiunt, utuntur.

Cæterum hujus consecrationis materiam esse panem, consentiunt Ecclesiæ; ac solum de panis qualitate instituitur quæstio, propter Græcos maxime, isne fermentatus, an azymus esse debeat? Quo pertinet altera quæstio, quæ multorum exercuit ingenia, num Ecclesia latina semper pane azymo, græca a sui origine usa sit fermentato? ut pateat, an jure Græci redarguant Latinos, illos a traditione antiquæ Ecclesiæ defecisse; vel an id majori cum fundamento Latini Græcis possint opponere? In qua tamen controversia multum variant Theologi et Critici. SIRMONDUS e Societate nostra utramque Ecclesiam latinam et græcam in primis seculis usam fuisse fermentato contendit, ac priorem quidem usque ad sec. IX. post schisma Photii. Cardin. BONA L. 1. Rer. Liturg. cap. 23. ante schisma Photii promiscuum fuisse usum azymi et fermentati inter Latinos vult. MABILLONIUS Diss. de Azym, azymi usum quidem semper Latinis communem fuisse, sed fermentatum Græcis autumat.

292. Dico I. Materia remota consecrationis primæ est panis triticeus.

Prob. Sic enim nos docet perpetua traditio et usus Ecclesiæ utriusque tam latinæ, quam græcæ, non alio in pane, quam triticeo consecrantis. Unde et CODE. FLORENT. in Decreto ait: *Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite.* Ac missale Romanum jussu PII V. et CLEMENTIS VIII. Rom. Pontif. recognitum, de defectibus in Missa occurrentibus Tit. 3. dicit: *Si panis non sit triticeus; vel si triticeus admixtus sit granis alterius generis in tanta quantitate, ut non maneat panis triticeus; vel sit alioqui corruptus, non conficitur sacramentum.* Nimirum nomine panis simpliciter ac sine addito triticeus intelligitur, cum panes alii plerumque cum addito exprimi soleant, ut: *quinque panes hordeacei.*

293. Dico II. Materia sufficiens est panis triticeus tam azymus, quam fermentatus: Latini tamen tenentur ex præcepto uti azymo, Græci fermentato.

Prob. 1^a. p. Ex Concilio FLORENT., quod in litteris Unionis (Labb. t. 13. p. 315. A.) *definimus, inquit, in azymo, sive pane fermentato triticeo corpus Christi veraciter confici.* Ac ratio est, quod panis triticeus maneat ejusdem speciei panis usualis ac triticeus, sive azymus sit, sive fermentatus. Eo tamen non obstante Latinorum consuetudo consecrandi in azymo rationalior est et convenientior; tum quia Christus ipse azymum adhibuit juxta dicta cap. 1. de Institut. Euchar.; tum quia melius significat immaculatam

puritatem corporis Christi, ac necessariam in suscipientibus munditiam; tum quia sic melius veritas respondet figuris, juxta Apostolum: *Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis.* 1. Cor. 5.

Prob. 2^a. p. 1^o. Ex utriusque Ecclesiæ consuetudine, quæ non solum respectu latinæ, ut per se patet; sed etiam respectu græcæ approbata fuit in laudato Concilio FLORENT., atque a LEONE IX. summo Pontif. epist. ad Mich. Cæularium. (Labb. t. 9. p. 978. et seqq.)

2^o. Ex Bulla PII V. *Providentia Romani Pontificis*, edita an. 1566., qua absolute prohibet Græcis, sive suis in terris degant, sive per Latinorum terras iter agant, celebrare ritu Latinorum, ac pariter idem prohibet Latinis; postquam enim omnes revocasset facultates antea concessas sive Græcis celebrandi ritu latino; sive Latinis celebrandi ritu græco, subdit: *Quibusvis presbyteris tam Græcis, quam Latinis præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis nostræ ac perpetuæ suspensionis a divinis panis distinctius inhibemus, ne deinceps presbyteri Græci, præsertim uxorati, latino more, et Latini græco ritu, hujusmodi licentiarum et facultatum, aut alio quovis prætextu, Missas et alia divina officia celebrare, vel celebrari facere præsumant.* Idem innovavit BENEDE. XIV. Constit. super ritibus Græcorum §. 6.

Nec dicant Græci, solum panem fermentatum esse vere panem; *ἄζυμος* enim, latine *panis*, dicitur ab *ἄζω* *attollo, elevo*, quasi panis elevatus a fermento et sale. Quin panis azymus non est usualis; unde et cap. *Nullus.* 28. q. 1. ac cap. 11. Synodi TRULIANÆ prohibetur clericis et laicis comestio azymorum. (Labb. t. 6. p. 1145. E.)

Nam 1^o. *ἄζω* dici ideo, melius colligunt alii, quod elevet naturam nutriendo corpora. Alii etiam ab *ἄζω congruo* derivant, quod cibus sit congruus nostro corpori. Ambo vero hi effectus tam panis azymo, quam fermentato communes sunt. Deinde etsi panis azymus non sit usus vulgaris inter homines, id est per accidens, ex defectu scilicet condimenti alicujus, fermenti; sed hujus defectus panis usualis substantiam haud evertit, sicut nec defectus salis in assatis carnis evertit substantiam carnis. Præterea licet panis azymus non esset apud Judæos æque in usu alias, ac fermentatus; erat tamen usualis in Paschate, in sacrificiis et oblationibus, juxta illud Levit. 2. 4. *Panes absque fermento*; et v. 11. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet.* Deum prohibetur comestio azymorum more et ritu judaico, sicut et ibidem prohibentur judaica jejunia, aliaque id genus ceremoniæ antiquæ Legis. Sed sic Latini azyma non comedunt.

294. Dico III. Ecclesia latina ab origine sua usque nunc non nisi in pane azymo consecravit. Ita certe, non aliter, antequam SIRMONDUS suum hac de re tractatum ederet, censebant Latini omnes.

Prob. I. Disciplina vel consuetudo, cujus non potest ostendi initium, ad ipsa Apostolorum Christique tempera referri debet: sed disciplinæ vel consuetudinis consecrandi in pane azymo in Ecclesia latina nullum scitur initium; ergo.

Maj. est trita SS. Patrum regula, et communiter usurpari solita a Theologis et Criticis in similibus quæstionibus aliis. Hanc tradit S. AUC. L. 1. contra Donatist. cap. 22. (al. L. 4. de Baptismo contra Donatistas, c. 23. n.

31.), S. IRENEUS de Hæresib. l. 3. cap. 3. (opp. p. 173. edit. Massuetii) unde S. AUG. suam videtur sumpsisse regulam; ubi inquit: si quando pius mos aliquis tenetur in Ecclesia fundata ab Apostolorum aliquo, cujus nunquam interrupta successio fuit; atque alias a successorum suorum nemine sit institutus; fit inde, morem hunc constanter in Ecclesia perseverasse, atque ab Apostolica tantummodo traditione descendere. Et vero hujus enunciati vi, cum olim Episcoporum successio existeret non modo Romæ, sed Antiochiæ quoque, Alexandria, Hierosolymis, Ephesi, etc., orta subin controversia, utrum hæc illave observantia ex auctoritate Apostolica descenderet, nec ne? illarum Ecclesiarum consuetudo consulebatur. Sed quoad *Ma*, non est dissensio. Igitur

Min. prob. 1^o. Quia nequit assignari decretum vel alicujus Pontificis, vel Concilii, quo statutum esset, loco fermentati panis uti azymo; nec de hac mutatione quidquam refertur ab ullo scriptore.

Prob. 2^o. Ex LEONE IX. summo Pontif., qui in sec. XI. reprehendens Michaellem Cæularium Patriarcham Constantinopolitanum, restauratorem Photiani schismatis, qui ob azymorum usum Latinos anathemati subjecerat, in epist. ad eumd. hæc quatuor tradit: 1. Christum Eucharistiam in pane azymo instituisse. 2. Exemplo illius Ecclesiam latinam nunquam in pane fermentato celebrasse divina Mystera: eam consuetudinem obtinuisse in Ecclesia hæc ante annos mille et viginti, qui a Servatoris morte usque ad LEONIS tempora fluxerant. 3. Neminem ante Cæularium ausum reprehendere hanc Ecclesie occidentalis consuetudinem. 4. Martyres omnes ab ineunte Christi Religione Eucharisticis azymis fuisse saginatos; ac tandem disciplinam illam ab instituto Petri ortum trahere. Tum subdit (Labb. t. 9. p. 979. D.): *Illud autem quis non stupeat, quod post sanctos et orthodoxos Patres per mille et viginti a passione Salvatoris annos novus calumniator Ecclesie Latinorum emerisisti anathematizans omnes, et persequens, quicumque ex azymis participarent...* Et in 1^o. ad eundem Michaellem epistol. (Labb. t. 9. p. 961. E.) *Quapropter a tanta amenitia jam respiscite, et Latinos vere Catholicos, atque maximi Petri familiares discipulos, institutionisque ejus devotiores sectatores cessate subsannando Azymitas vocare.*

3^o. Ex Cardin. Humberto, qui in responsione ad eundem Cæularium (Bibl. mag. PP. t. 4. p. 2^o. p. 203. et seqq.) contendit, sine interruptione Ecclesiam latinam ab initio consecrasset azymum: ac in disputatione cum Niceta Pectorato (ibid. p. 240. et seqq.) morem hunc antiquam Ecclesie occidentalis et Apostolicam traditionem vocat.

4^o. Ex INNOCENTIO III., qui de Myst. Miss. l. 4. 2. (al. c. 4.) scribit: *Ab ipsis beatis Apostolis Petro et Paulo, quos et vivos habuit, et defunctos custodit, hunc sacrificii ritum accepit (Ecclesia Romana), quem hactenus inviolabili cultu servavit; ergo.*

Respondent, se non negare, in sec. XI., quo vixit Leo IX., azymorum usum viguisse apud Latinos, sed id se tantum contendere, usum illum invaluisse primum post schisma Photii in sec. IX., idque inde inviete colligi, quod Photius, etsi Latinis exprobraret singula, in quibus a Grecis differabant; de azymorum tamen usu apud Latinos nec verbulo mentionem fecerit, quod certe primo loco objecisset Latinis, si usus jam tunc inductus fuisset.

Verum nihil valet hæc responsio; non enim hoc solum ait Leo IX., suo tempore viguisse usum hunc; sed viguisse *a passione Domini per mille et viginti annos. Disciplinam hanc ex instituto Petri ortum trahere.* Sic et Innocent. III. sec. XII. eam derivat *a beatis Apostolis Petro et Paulo.* Quomodo vero id Leo IX. tam confidenter opponere potuisset Cæulario, si suo primum seculo hic mos invaluisset? Idem est de Cardin. Humberto.

Nec silentium Photii aliquid evincit; ideo enim Photius Latinos ob azymorum usum non redarguit, quia ipsiusmet Photii erat sententia, illum a Christi exemplo manasse, fateturque in Biblioth. cap. 116. (p. 294. Edit. Genev. 1612.), hanc esse Chrysostomi, imo Ecclesie græcæ sententiam, quod Christus, cum Eucharistiam institueret, non alium, quam azymum panem adhibuerit. Consultius proinde censebat Photius, tacere de azymorum inter Latinos usu, quam eos ob eundem carpere; cum Latinis facile fuisset regere, immerito se carpi, qui ipsiusmet exemplo Christi inhæreant; culpandos e contra Græcos, qui suæ malint inhærere pertinaciæ, et fermentato pane uti.

295. *Prob. II.* Panis azymus jam ante Photii schisma in tota occidentali Ecclesia in usu fuit; ergo magnum illud adversariorum fundamentum ruit.

Prob. Ant. 1^o. Ex Rabano Mauro, qui initio seculi IX. floruit, atque obiit an. 856.; adeoque antequam Photius sedem Constantinopolitanam teneret, quod factum est circa annum 858. Scripsit vero Rabanus circa annum 819. libros tres de Clericorum institutione, in quorum primo cap. 31. (Patrolog. t. 107. p. 319.) cum observasset, usum panis azymi constanter fuisse in Ecclesia latina, et nemini licere alio uti, subdit: *Credimus et panem illum, quem primum Dominus in cæna mystica in mysterium sui corporis consecravit, infermentatum esse; et paulo superius p. 318.: Ergo panem infermentatum et vinum aqua mixtum in sacramentum corporis et sanguinis Christi sanctificari oportet, quia ipsas res de se Dominum testificari Evangelium narrat.*

Ex quo Scriptore tria perspicimus. Primum: Rabani ævo usum azymorum non in Germania solum, sed in tota Occidentis Ecclesia viguisse; declarat enim a Præfationis initio, sibi propositum esse agere de SS. Missæ Sacrificio secundum Ecclesie Romanæ consuetudinem; ideoque allatis Missæ ceremoniis, et pertractato azymorum usu, subdit (c. 33. p. 324.): *istum ordinem ab Apostolis, Apostolicisque viris traditum Romana tenet Ecclesia, et per totum pene Occidentem, omnes Ecclesie eandem traditionem servant.* Alterum: Rabani ætate non invecum primo fuisse azymorum usum; sed jam ubique viguisse; quia traditum fuisse ait ab Apostolis. Tertium: quod, cum Rabanus 39. annis antequam Photius, dejecto Ignatio, sedem Constantinopolitanam invaderet, hunc librum conscripserit, illud clare sequitur, haud subsistere, quod inquit Sirmondus et Cardin. Bona, non nisi labente Photium inter et Cæularium ætate, azymorum usum a Latinis introductum fuisse.

2^o. Ex ALCUINO, qui sec. VIII. floruit, et mortuus est an. 804. Is. epist. 90. ad Lugdun. (opp. t. 1. p. 107. C. D.), cum audiisset, quosdam in Hispania fermentato uti, inquit: *Audivimus aliquos, in illis partibus affirmare, salem esse in Sacrificium corporis Christi mittendum, quam consuetudinem nec*

universalis observat Ecclesia, nec Romana custodit auctoritas... Tria sunt, quæ in sacrificio hujus testimonii offerenda sunt: panis, et aqua, et vinum...; panis, qui in corpus Christi consecratur, absque fermento ullius alterius infectionis debet esse mundissimus.

296. *Dico IV.* Longe probabilius est, etiam Ecclesiam Græcorum in prioribus saltem quinque seculis consecrasset in azymo.

Prob. 1º. Ex S. EPIPHANIO, qui sec. IV. floruit, ac Hæres. 30. de Ebionitis (opp. t. 1. p. 139. D. Edit. Petavii) ait: *Divina Mystera perficiunt ex imitatione Sanctorum, qui sunt in Ecclesia, quotannis in azymis: alteram autem Mystera partem in aqua solum.* Ubi aperte S. Pater ex una parte quoad hoc mysterium laudat Ebionitas; ex altera reprehendit ceu hæreticos. Laudat vero in membro primo, quod azymis utantur in sacrificio; quia inquit, hoc eos facere ad imitationem Sanctorum in Ecclesia. Reprehendit vero in membro altero, ut ostendit particula adversativa autem, quod alteram Sacrificii partem in aqua sola perficerent; quæ scilicet erat hæresis, dicta Aquaticorum. Ergo S. Epiphani tempore, qui ex Græcis Patribus fuit, etiam in Ecclesia græca erat azymorum usus. Imo ante Epiphanium, quia hunc usum ceu communem in Ecclesia supponit.

2º. Cum Cardin. Humbertus in disputatione cum Nicæta Pectorato antiquam Ecclesiæ totius consuetudinem objiceret consecrandi in azymo, cur Græcus id inficiari non ausus? Cur nihil opposuit, quam solum, *id modo ferre præsentis Ecclesiæ suæ morem?*

3º. Armeni, Maronitæ ab immemoriali tempore consecrarunt in azymis, nullaque arte, aut vi ab hoc more divelli potuerunt, teste Demetrio Cyziceno et Nicéphoro. Qui quidem idcirco reprehendunt Armenos; sed ambo, cum scriberent, jam erant abrepti schismate Græcorum. Sed et nobilissimæ aliæ Orientis Ecclesiæ Alexandrina, Hierosolymitana, etc., diu in usu azymorum perstiterant, ut colligitur ex epist. Michaelis Cæularii ad Patriarcham Antiochenum (ap. Baron. t. 11. p. 217. an. 1054.), in qua ætate sua multa de duabus illis patriarchalibus Ecclesiis conqueritur, ut: quod in Missa apponerent nomen Romani Pontificis, hunc inscriptum tenerent diptychis; tum in specie: *Verum etiam, inquit, ad aures nostras pervenit, quod.... prædicti duo Patriarchæ non solum alios azymis vescentes recipiant; sed etiam ipsi in azymis sacrum conficiant sacrificium.* Igitur non erat perpetuus azymorum usus in Ecclesia græca, sed sensim ille irrepsit.

Quo anno fermentati usus apud Græcos irrepsit, difficile determinatu est. Hoc certum, et sufficit post EPIPHANII tempora primum inolevisse. Pari- ter id certum tum ex Cæularii epist., ejus ævo non fuisse communem. Sed neque an. 692., quo tempore habita TRULLANA Synodus; cum enim hæc plures Canones formavit contra Armenos, nihil tamen vel verbo perstringendo azymorum apud eosdem usum; facile colligitur, eum jam tunc in Orientali Ecclesia communem haud fuisse. Quod si aliquid, non tamen omnino abs fundamento, statuere liceat quoad fermentati panis usus initium, ab eo primum in sec. VI. Constantinopolitana Ecclesia fuisse correpta videtur; cum enim an. 582. Mauritius Imp. jussisset, ut omnes Armeniæ Episcopi Constantinopolim se conferrent, obstitit Moses, dielus Catholicus, sive Patriarcha suis cum Episcopis ultra 1000. causa addita: *absit, ut fluvium*

Azat transeam, vel furno coctum comedam; vel calidum bibam. Quibus duos Græcorum mores sugillabant; primum, quod in fermentato Eucharistiam conficerent; alterum, quod aquam calidam vino miscerent. Hist. de Hæres. Monothel. apud Combefis. de reb. Armen. Itaque communionem ruperunt cum Græcis primo, etsi antea semper conjuncti cum iis fuissent.

Inter argumenta quæ contra conclusiones afferuntur, alia sunt, quæ Sirmondus protulit pro usu fermentati in Ecclesia etiam latina: alia, quæ Mabillonius pro constanti fermentati usu in sola Ecclesia græca. Unde

§. I.

Argumenta partim Sirmondi, partim aliorum.

297. *Argum. I.* Teste Martino Polono in Chronico (ad an. Christi 132.), ALEXANDER I. Papa præcepit, ut oblatio ex azymo fieret, non autem ex fermento, ut antea fieri consuevit; ergo.

R. Decretum hoc fictitium est, et iis annumerandum fabulis, quibus hic scriptor, vir simplex, ut eum BELLARM. vocat, suum chronicum implevit, cujusmodi et illa est de Joanna Papissa. Nemini enim per XI. secula aliquid de hoc decreto innotuit, nihilque de eo Romæ, vel usquam reperiri potuit. Præterea si verum esset decretum, quomodo, cum hic Pontifex præesset Ecclesiæ an 119., subsistet sententia adversariorum, azymi usum non nisi post schisma Photii sec. IX. obtinuisse? Unde et Sirmondus ipse hoc decretum ceu confictum rejicit.

298. *Argum. II.* Eucharistia olim in signum communionis ab una Ecclesia transmitti solebat ad aliam, ut testantur S. JUSTIN. M. Apol. 1., S. IRENEUS epist. ad Victorem papam, aliique: sed Eucharistia hæc ex fermentato pane confecta fuerat; ergo.

Prob. min. Ex Pontificali Romano, sive vitis Pontificum, ubi 1º. de Melchiade legitur (Labb. t. 1. p. 1394. A.): *Hic fecit, ut oblationes consecratae per Ecclesias in consecratu Episcopi* (ab Ecclesia episcopali ad Diocesanos), *dirigerentur, quod declaratur fermentum.*

2º. In vita SIRICI (Labb. t. 2. p. 1016. A.): *Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum.*

3º. INNOCENT. I. epist. ad Decentium (Labb. t. 2. p. 1247. B.) ait: *De fermento, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti; cum omnes Ecclesiæ nostræ per civitatem sint constituta; quarum Presbyteri, quia de ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt... Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta.* Ergo Romana Ecclesia in fermento consecrabit.

R. N. *min.* Ad prob. N. Cons. Fermenti quidem nomine hic Eucharistia designatur in signum communionis ad absentes mitti solita; sed non ideo ex fermento confectam fuisse sequitur; neque enim hoc textus allati evincunt;

non enim dicitur, *esse* ex fermento, sed quod *declaratur, nominatur*, id est, dicitur fermentum, scilicet illa transmissio. Sic nimirum dicebatur apposite, quod in signum communionis, sive conjunctionis transmissio illa Eucharistiæ ordinata esset: nam sicut fermentum massam farinæ et aquæ coagulat; ita transmissa Eucharistia fideles, etiam absentes conjungebat, in cujus conjunctionis signum mittebatur. Aliam adhuc rationem addunt alii; nimirum communius illam Eucharistiam dictam esse *fermentum*, relicto *sacramenti* nomine ob disciplinam arcani, ne, si forte incideret in paganorum manus, mysterium panderetur.

299. *Argum. III.* Primis Ecclesiæ seculis receptum erat, ut, qui ad Missæ sacrificium conveniebant, suam quisque sacrificii partem afferret, ut constat ex Ordine Rom., Concilio MATISCONEŒ Can. 4. (Labb. t. 5. p. 968. A.) aliisque, et nemo negat. Atqui panis, qui offerebatur a fidelibus, fermentatus erat; quippe panis vulgo usitatus; ergo in hoc peragebatur consecratio.

R. N. panem fermentatum *solum* offerri solitum fuisse; et addo tria hic falsa simul uno ordine poni, supponique: 1º. a fidelibus nonnisi panem fermentatum offerri solitum fuisse; 2º. panem oblatum nonnisi vulgo usitatum fuisse; 3º. et maxime, in eo consecrationem peractam fuisse. Quod ut pateat,

Observandum, duplicem fuisse oblationum intra Missæ solemnias a fidelibus fieri solitam. Prima fiebat antequam cantaretur, vel legeretur Evangelium; altera tempore ante Offertorium, vel circa illud. In prima offerebant panes communes, aliaque ad sustentationem clericorum, pauperum, et ad ornatum altaris necessaria. In altera post Evangelium nonnisi panis et vinum pro consecratione offerebatur.

Duplex hoc oblationem genus aperte distinguit HINC MARUS Rhemensis Capit. Synod. parte 1ª. art. 16. item Ecclesia Mediolanensis usu usque hodie retento. Idem antiquissima liturgia Æthiopum, quæ extat in Biblioth. Patrum tom. 27. pag. 626. editionis Lugdunensis. In oblatione prima panem fermentatum fuisse oblatum, extra controversiam est; quippe qui non in ordine ad consecrationem, sed Ministrorum et pauperum dabatur alimentum, eratque panis communis, et ad victum usitatus. Panem vero etiam in altera oblatione pro consecratione offerri solitum, fuisse fermentatum, domesticum, quotidiano usui inservientem, id probandum erat adversariis; sed a nemine probatur, nec probari potest. Quin fermentatum non fuisse, præter dicta in conclusione, ex indiciis sequentibus rectius colligitur.

1º. Quia panis adhibendus pro consecratione debebat ab ipsis Clericis confici munditia summa et diligentia. Id testatur THEODULPHUS Aurelianensis episcopus, scriptor in medio seculo VIII. epistola Pastoralis ad diocesis suæ presbyteros (Patrolog. t. 103. col. 193.), *Panes*, inquit, *quos Deo in sacrificium offertis, aut a vobis ipsis, aut a vestris pueris coram vobis, nitide ac studiose fiant.* HONORIUS Augustodunensis L. 1. Gemma animæ cap. 66. (Bibl. mag. PP. t. 10. p. 1198. E.), ANSELMUS Havelsburgensis L. 3. Dialogor. cap. 18. (ap. d'Acheri. t. 13. p. 240.) dicens, panem pro consecratione parari decantando Psalmos: RABAN. L. de Institut. Cleric. cit., qui ait,

panem consecrandum nonnisi a Presbyteris parari potuisse. Taceo monumenta alia. Ergo nullo modo est verisimile, panem fermentatum, sive jam subactum, oblatum fuisse fidelibus pro consecratione.

2º. Quia vocabulo *panis* post Evangelium a fidelibus oblato non panem communem debere intelligi, sed farinam, ex qua panis ad consecrationem aptus deberet confici, monet HONORIUS Augustodunensis loc. cit. inquit: *Sacerdotes farinam accipiebant, quod adhuc Græci servant, et inde Dominicum panem faciebant, quem pro populo offerebant, huncque consecratum eis distribuiebant.* Idem asserit VICECOMES de antiquis Missæ ritibus T. 3. L. 2. cap. 10. Ac aperte CONC. NANNETENSE habitum an. 658. (Labb. t. 9. col. 470. C. D.) S. GREGOR. Pont. L. 4. Dial. Non ergo consecratio fiebat ex pane illo communi, vulgari, usitato fidelibus quibuscumque tam opulentis, quam egenis, subin melioris, subin vilioris notæ, qualem scilicet quisque, dives et pauper, pro sui conditione status deferebat.

Porro, non omnis tamen panis, vel farina, quæ post Evangelium offerebatur, inserviebat consecrationi, sed in ea tantum quantitate, quæ putabatur sufficere communicantium numero. Pars confecti inde panis deputabatur pro *Eulogiis*, id est, benedicebatur solum, danda post Missarum solemnias iis, qui, ut ait laudatum CONC. NANNETENSE, *communicare non fuerint rati*, quocumque ex impedimento.

§. II.

Argumenta Mabillonii.

300. *Argum. I.* Gens græca antiquorum rituum tenacissima est, non ergo videtur recessisse a majorum more.

R. Non est, quod adeo extollatur Græcorum in servandis antiquis ritibus constantia, cum Græcos recentiores in multis defecisse a majorum ritibus ac disciplina, sæpe alibi in Theologia notetur. Sic olim Presbyteris et Diaconis, teste EPIPHANIO, HIERONYMO epist. 48. (edit. Vallarsi) ad Pammachium n. 20. et initio libri contra Vigilantium, non licebat unquam uti uxoribus ante Ordinationem ductis; at contrarium jam post TRULLANAM Synodum inter Græcos obtinuit. Plura id genus in Goario deprehendere est. Ut adeo ex Græcæ gentis tenacitate in servandis majorum ritibus deducta consequentia æque parum firma sit, quam, ut aiunt, *Græca fides.*

301. *Argum. II.* A primis seculis aliquod discrimen fuit inter ritus orientalis et occidentalis Ecclesiæ; ergo et nihil vetat dicere, fuisse quoad materiam partis primæ sacrificii.

R. N. *Cons.* Esto, fuerit discrimen aliquod, non ideo in omnibus fuit; nec a particulari uno ad alterum disparatum tenet argumentatio. In hac autem materia non fuisse discrimen, ex rationibus datis evincitur. Quibus adde, quod Photio teste in Biblioth. Cod. 116. (loc. cit.) Ecclesiæ græcæ sententia fuerit, quod idem testantur Patres Græci plures, relati supra de instit. Euchar., Christum consecrasse in azymo; non est ergo verisimile, priscos Græcos ab hoc Christi exemplo continuo recessisse.

302. *Argum. III.* ORIGENES disserens de fermento Pharisæorum (comment. in Matth. tom. XII. n. 6. p. 319. edit. Ruaei.): *Annon, inquit, et aliquando fermentum offertur super altare? Ergo.*

R. ORIGENES, a S. Hieronymo jam compellatus Doctor allegoricus, fermentum sumit allegorice pro hypoerisi, ejusque scopus est; redarguere sacerdotes novæ Legis, qui simulata sanctitate sacrificium peragunt, ut illi in Lege veteri de quibus nos monet Christus: *Cavete a fermento Pharisæorum*; hinc enim et a Pharisæorum fermento, sive hypoerisi progreditur ad sacerdotium novæ Legis. Et verò quid commune est materiæ sacrificii novæ Legis cum Pharisæorum hypoerisi? Hinc quoque ait, fermentum *aliquando* offerri; si enim panis fermentatus fuisset communis et fixa sacrificii materia, non *aliquando* offerri dixisset.

303. *Argum. IV.* S. DACIUS Mediolanensis episcopus in Chronico ait, variare nonnihil Ecclesias super Missæ sacrificio: idem Photius inquit epist. 64; sed hoc de pane Eucharistiæ materia commode intelligitur.

R. 1º. Chronicum DACI plerorumque consensu opus adulterinum est, ipso non diffidente MABILLONIO Diss. de azymo cap. 6., ubi inquit: *De hujus Chronici auctoritate mihi certo pronuntiare non licet.*

R. 2º. Permissa authentia libri, N. Cons. cum enim solum dicat S. DACIUS variare Ecclesias in quibusdam ritibus Missæ sacrificii, non sequitur: ergo et in materia; nam etsi tunc in hac non variassent, tamen variarunt in multis aliis, in Introitu, in ritu Offertorii, consecrationis, et similibus.

R. 3º. S. DACIUS teste BELLARMINO de Scriptoribus Eccles. floruit circa annum 360.; sed circa illud tempus cœpisse jam in Ecclesia Constantinopolitana fermentati usum, supra in conclus. quoad Armenos observavimus. Photius tamen azymi usum Latinis nunquam objecit, quia noverat versipellis homo, fermentati usum sua in Ecclesia haud adeo adultum esse, saltem non viginis ab initio, sed priscos Græcos imitatos exemplum Christi.

304. *Argum. V.* Juxta PHILOPONUM L. de Paschate. *Neque azymum proprii corporis discipulis suis dedit Christus; nam et hoc etiam nunc feret; ergo.*

R. 1º. Falsum est hujus philosophi assumptum, Christum non celebrasse ritu judaico Pascha legale ultimum ante mortem suam, quod eo libro sibi sumpserat probandum; sed contra Patrum Græcorum priorum, aliorumque adhuc eo tempore sententiam, ipso teste Photio cit. Cur Philosophus ille id consilii cœperit, in promptu causa est. Degebat eo ipso tempore in sec. VI. Constantinopoli, quo illuc renuebant venire Armeni, eo quod Constantinopolitana Ecclesia, ut observatum supra, tunc recessisset ab azymi usu, etsi eodem seculo paulo antequam fermentati usus inolesceret, scilicet an. 553., Armeni interfuissent Synodo generali V. sive Constantinopolitanæ II. PHILOPONUS igitur, ut fermentati usum tueretur in gratiam Episcoporum, sic ratiocinabatur: Christus non celebravit ultimum Pascha ritu judaico in azymis; alioquin id fieri etiam nunc deberet. Sed fundamentum hoc falsum est, repugnans Origeni, S. Epiphano, S. Chrysostomo, et, teste Photio, Ecclesiæ græcæ. Unde

R. 2º. Ex Philosopho hoc id solum conficitur, ejus ætate, post medium

et circa finem seculi VI. tenuisse jam fermentati usum in Ecclesia illa particulari, quod nemo negat; non vero usum eundem in prioribus etiam seculis tenuisse apud Græcos; vel jam Philoponi ætate fuisse communem Orientis Ecclesiæ. Non simul et semel consuetudo hæc Græcorum Ecclesias corripuit, ut constat ex cit. in conclus. epistola Cæularii, usum azymi Patriarchis Alexandrino et Hierosolymit. sua adhuc ætate exprobrantis.

ARTICULUS III.

QUE SIT SECUNDÆ CONSECRATIONIS MATERIA?

Non unus circa hanc materiam error exitit. Fuere, ut Ebionitæ, qui solam adhibendam aquam contenderent, dicti Hydroparastatæ, sive *Aquarii*, vel *Aquatieri*, eo, ut fertur, sobrietatis inducti causa. Alii ideo solam adhibebant aquam, quod vinum malum esse et a malo ortum principio crederent, ut Manichæi, eorumque varia progenies. Alii, ne ex odore vini dignoscerentur Christiani esse, consecrabant in aqua, teste S. Cypriano epist. 63. ad Cæciliam, de sacramento calicis. Fuere tandem, qui in solo lacte consecrabant, ut colligitur ex Conc. Carthaginensi an. 397. (Labb. t. 2. p. 1170. E.) Armeni contra usque ad Concilium Florentinum vino puro, sine mixta aqua, utebantur.

305. *Dico I.* Materia necessaria, necessitate sacramenti, in secunda consecratione est vinum de vite; id est, vinum vere et proprie dictum; quodcumque, qualecumque deinde sit.

Prob. Ex Concilio FLORENT. in Decr. *Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite.* Item ex Concilio TRIDENT. Sess. 13. cap. 3. et Can. 2. Sed et ante idem docuerat Concil. CARTHAGIN. laudatum dicens: *In sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, h. e. panis et vinum aquæ mixtum.* Idem sancivit Trullana synodus (Labb. t. 6. p. 1156. D. E.). Quin, testimonio Patrum, sic constans habuit traditio Ecclesiæ, nixa Christi exemplo Matth. 26. in vino consecrantis.

Unde fabulis annumerandum, quod ait Volterran. L. 7. Geogr., INNOCENTIUM III., permisisse Norwegis, ut absque vino consecrarent; ac quod Fumus refert, ALEXANDRUM VI. in eandem propendisse sententiam. Prior quidem deceptus fuit a litteris, quas sub Innocentii nomine confixerunt scelerati duo, qui ideo capitali poena scelus luerunt, teste Reynaldo ad annum 1490. Alter pariter a vago mendacique rumore id hauserat.

306. *Dico II.* Vino tamen miscenda est aqua in modica quantitate.

Constat ex totius Ecclesiæ praxi constanti ac perpetua, de qua testantur 1º. Patres omnis ævi et regionis apud Bellarminum hic. 2º. Concilia, quæ idem observari præcipiunt: AURELIANENSE IV. Can. 4. (Labb. t. 5. p. 382. C.) *Ut nullus in oblatione sacri calicis, nisi quod ex fructu vineæ speratur, et hoc aqua mixtum offerre præsumat.* CARTHAGINENSE III. Can. 24. *Ut in sacramentis corporis, etc. ut in præced. conclus. FLORENTINUM in Decr. Materia*

302. *Argum. III.* ORIGENES dissepens de fermento Pharisæorum (comment. in Matth. tom. XII. n. 6. p. 319. edit. Ruzi.): *Annon, inquit, et aliquando fermentum offertur super altare? Ergo.*

R. ORIGENES, a S. Hieronymo jam compellatus Doctor allegoricus, fermentum sumit allegorice pro hypoerisi, ejusque scopus est; redarguere sacerdotes novæ Legis, qui simulata sanctitate sacrificium peragunt, ut illi in Lege veteri de quibus nos monet Christus: *Cavete a fermento Pharisæorum*; hinc enim et a Pharisæorum fermento, sive hypoerisi progreditur ad sacerdotium novæ Legis. Et verò quid commune est materiæ sacrificii novæ Legis cum Pharisæorum hypoerisi? Hinc quoque ait, fermentum *aliquando* offerri; si enim panis fermentatus fuisset communis et fixa sacrificii materia, non *aliquando* offerri dixisset.

303. *Argum. IV.* S. DACIUS Mediolanensis episcopus in Chronico ait, variare nonnihil Ecclesias super Missæ sacrificio: idem Photius inquit epist. 64; sed hoc de pane Eucharistiæ materia commode intelligitur.

R. 1º. Chronicum DACI plerorumque consensu opus adulterinum est, ipso non diffidente MABILLONIO Diss. de azymo cap. 6., ubi inquit: *De hujus Chronici auctoritate mihi certo pronuntiare non licet.*

R. 2º. Permissa authentia libri, N. Cons. cum enim solum dicat S. DACIUS variare Ecclesias in quibusdam ritibus Missæ sacrificii, non sequitur: ergo et in materia; nam etsi tunc in hac non variassent, tamen variarunt in multis aliis, in Introitu, in ritu Offertorii, consecrationis, et similibus.

R. 3º. S. DACIUS teste BELLARMINO de Scriptoribus Eccles. floruit circa annum 360.; sed circa illud tempus cœpisse jam in Ecclesia Constantinopolitana fermentati usum, supra in conclus. quoad Armenos observavimus. Photius tamen azymi usum Latinis nunquam objecit, quia noverat versipellis homo, fermentati usum sua in Ecclesia haud adeo adultum esse, saltem non viginis ab initio, sed priscos Græcos imitatos exemplum Christi.

304. *Argum. V.* Juxta PHILOPONUM L. de Paschate. *Neque azymum proprii corporis discipulis suis dedit Christus; nam et hoc etiam nunc feret;* ergo.

R. 1º. Falsum est hujus philosophi assumptum, Christum non celebrasse ritu judaico Pascha legale ultimum ante mortem suam, quod eo libro sibi sumpserat probandum; sed contra Patrum Græcorum priorum, aliorumque adhuc eo tempore sententiam, ipso teste Photio cit. Cur Philosophus ille id consilii cœperit, in promptu causa est. Degebat eo ipso tempore in sec. VI. Constantinopoli, quo illuc renuebant venire Armeni, eo quod Constantinopolitana Ecclesia, ut observatum supra, tunc recessisset ab azymi usu, etsi eodem seculo paulo antequam fermentati usus inolesceret, scilicet an. 553., Armeni interfuissent Synodo generali V. sive Constantinopolitanæ II. PHILOPONUS igitur, ut fermentati usum tueretur in gratiam Episcoporum, sic ratiocinabatur: Christus non celebravit ultimum Pascha ritu judaico in azymis; alioquin id fieri etiam nunc deberet. Sed fundamentum hoc falsum est, repugnans Origeni, S. Epiphano, S. Chrysostomo, et, teste Photio, Ecclesiæ græcæ. Unde

R. 2º. Ex Philosopho hoc id solum conficitur, ejus ætate, post medium

et circa finem seculi VI. tenuisse jam fermentati usum in Ecclesia illa particulari, quod nemo negat; non vero usum eundem in prioribus etiam seculis tenuisse apud Græcos; vel jam Philoponi ætate fuisse communem Orientis Ecclesiæ. Non simul et semel consuetudo hæc Græcorum Ecclesias corripuit, ut constat ex cit. in conclus. epistola Cæularii, usum azymi Patriarchis Alexandrino et Hierosolymit. sua adhuc ætate exprobrantis.

ARTICULUS III.

QUE SIT SECUNDÆ CONSECRATIONIS MATERIA?

Non unus circa hanc materiam error exitit. Fuere, ut Ebionitæ, qui solam adhibendam aquam contenderent, dicti Hydroparastatæ, sive *Aquarii*, vel *Aquatieri*, eo, ut fertur, sobrietatis inducti causa. Alii ideo solam adhibebant aquam, quod vinum malum esse et a malo ortum principio crederent, ut Manichæi, eorumque varia progenies. Alii, ne ex odore vini dignoscerentur Christiani esse, consecrabant in aqua, teste S. Cypriano epist. 63. ad Cæciliam, de sacramento calicis. Fuere tandem, qui in solo lacte consecrabant, ut colligitur ex Conc. Carthaginensi an. 397. (Labb. t. 2. p. 1170. E.) Armeni contra usque ad Concilium Florentinum vino puro, sine mixta aqua, utebantur.

305. *Dico I.* Materia necessaria, necessitate sacramenti, in secunda consecratione est vinum de vite; id est, vinum vere et proprie dictum; quodcumque, qualecumque deinde sit.

Prob. Ex Concilio FLORENT. in Decr. *Tertium est Eucharistiæ sacramentum, cujus materia est panis triticeus, et vinum de vite.* Item ex Concilio TRIDENT. Sess. 13. cap. 3. et Can. 2. Sed et ante idem docuerat Concil. CARTHAGIN. laudatum dicens: *In sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, h. e. panis et vinum aquæ mixtum.* Idem sancivit Trullana synodus (Labb. t. 6. p. 1156. D. E.). Quin, testimonio Patrum, sic constans habuit traditio Ecclesiæ, nixa Christi exemplo Matth. 26. in vino consecrantis.

Unde fabulis annumerandum, quod ait Volterran. L. 7. Geogr., INNOCENTIUM III., permisisse Norwegis, ut absque vino consecrarent; ac quod Fumus refert, ALEXANDRUM VI. in eandem propendisse sententiam. Prior quidem deceptus fuit a litteris, quas sub Innocentii nomine confixerunt scelerati duo, qui ideo capitali poena scelus luerunt, teste Reynaldo ad annum 1490. Alter pariter a vago mendacique rumore id hauserat.

306. *Dico II.* Vino tamen miscenda est aqua in modica quantitate.

Constat ex totius Ecclesiæ praxi constanti ac perpetua, de qua testantur 1º. Patres omnis ævi et regionis apud Bellarminum hic. 2º. Concilia, quæ idem observari præcipiunt: AURELIANENSE IV. Can. 4. (Labb. t. 5. p. 382. C.) *Ut nullus in oblatione sacri calicis, nisi quod ex fructu vineæ speratur, et hoc aqua mixtum offerre præsumat.* CARTHAGINENSE III. Can. 24. *Ut in sacramentis corporis, etc. ut in præced. conclus. FLORENTINUM in Decr. Materia*

calicis est vinum de vite, cui modicissima admisceri aqua debet. AC TRIDENTINUM Sess. 22. cap. 7., ubi et rationes assignat: quia Christus ipse in vino aqua mixto Eucharistiam instituisse creditur: quia ex latere Christi sanguis et aqua simul prodiit: ut significetur unio Ecclesie cum Christo; modica tamen aqua esse debet; nec vinum desinat usuale esse, utpote materia necessaria necessitate sacramenti.

Si dicas: Igitur aqua est materia hujus sacramenti, sicut vinum.

R. N. Illatum. Materia enim necessaria calicis necessitate sacramenti est vinum usuale ex dictis; et quidem tantum, ut dicitur; igitur non mera aqua, neque in tanta quantitate, ut, quod inde resultat, non maneat vinum usuale. Sed aqua solum ut pars minus principalis, et ut admixta vino, ac cum hoc unum moraliter constituens est idonea consecrationis materia.

307. *Dico III.* Admixtio tamen aquae non est de necessitate sacramenti; neque praecepti divini, sed tantum ecclesiastici.

Pars 1^a. admittitur ab omnibus, ac probatur tum negative hinc, quod non habeatur sufficiens fundamentum, hanc necessitatem asserendi; tum positive, quia id clare supponunt Rubricae Missalis Tit. 4., ubi dicitur: *Si celebrans primum post consecrationem advertat, nullam aquam vino admixtam fuisse, nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti.* Item Concilium FLORENT., quod in Decr. reprehendit solum Armenos, quod aquam non miscentes vino, ab universae Ecclesiae observantia discrepant; nihil plane dicendo de invaliditate consecrationis in vino solo sine aqua.

Pars 2^a. et 3^a. rursus communis est. Ac quidem praeceptum divinum ostendi nequit; etsi enim Christus ipse dicatur miscuisse aquam vino, non ideo exemplum hoc in praeceptum transiit; ut multa alia, quae Christus fecit, non ideo vim praecepti habent, velut lotio pedum. Sed utrum id, quod Christus fecit, etiam praecepisse dici debeat, ab usu et praxi Ecclesiae desumi debet. Accedit tandem TRIDENTINUM, quod Sess. 22. cap. 7. docet, praeceptum esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam miscerent. Hoc vero praeceptum Ecclesiae ab ipsis Apostolis, eorumque praxi ducere videtur originem.

Dices: SS. Patres admixtionem aquae vocant traditionem Dominicam. Item docent, non aliter posse consecrari; velut CYPRIANUS epist. 62. jam citata inquit: *In sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest; ergo.*

Ad 1^{am}. R. D. Vocant traditionem Dominicam, quia Christus eam praecepit N. quia vino aqua mixto consecravit C. Est traditio Domini originaliter exemplo; sed non ideo etiam praecepto. *Quoad alterum*: Patres solum inculcant gravem necessitatem ex praecepto ecclesiastico, ut ex ipso colligitur Cypriano, dum ibidem subdit: *Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter non hoc observavit... potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi.*

308. *Dico IV.* Etiam aqua vino mixta in Christi sanguinem convertitur. Est communis sententia; non tamen de fide.

Prob. Ex Traditione Patrum. Sic IRENAEUS L. 4. advers. Hær. cap. 57. (al. 33.) *Accipiens, inquit, Dominus panem, suum corpus esse constebatur, et temperamentum calicis, suum sanguinem confirmavit.* JUSTIN, M. Apolog. 1. n. 63. A

precibus finitis... qui apud nos dicuntur Diaconi dant unicuique eorum, qui adsunt, panem, vinum et aquam, quae cum gratiarum actione consecrata est. Atqui alimentum hoc apud nos Eucharistia vocatur. S. AMBROS. L. 4. de Sacram. c. 4. n. 19. *Ergo didicisti quod ex pane corpus fiat Christi, et quod vinum et aqua in calicem mittitur: sed fit sanguis consecratione verbi celestis.* Similia habent alii. Hæc tamen authenticam definitionem nondum innuunt; sed neque ea ex Concilio aliquo colligitur.

Utrum vero aqua in sanguinem convertatur immediate, an mediate solum, id est, prius convertatur in vinum, sicque versa in vinum transubstantietur in sanguinem? lis est mere scholastica, et philosophica quæstio, cujus resolutio inde pendet, an possibilis sit, actuque contingat naturaliter physica aquae in vinum conversio, præsertim intra breve adeo spatium temporis? Affirmant e Thomistis plures: negant communius alii, quos, cum quæstionem hanc theologico foro non inferendam puto, qui volet, consulat.

ARTICULUS IV.

QUIBUS PRÆCISE VERBIS CONTINEATUR FORMA EUCHARISTIE?

Christum vere verbis Evangelicis in ultima cœna consecrasse panem et vinum, communissima est sententia, sat clare tradita a Patribus, ut TERTULLIANO L. 4. contra Marcionem cap. 40. *Acceptum panem, et distributum discipulis corpus illum suum fecit, Hoc est corpus meum, dicendo.* S. JOANNE DAMASCENO L. 4. de Fide orthodoxa cap. 13. (opp. t. 1. p. 268. D.): *In principio dixit (Deus): Producat terra herbam virentem; et ad hanc usque diem, accedente imbre, divino præcepto impulsam et roboratam, fetus suos profert. Dicit perinde Deus, Hoc est corpus meum; et, Hic est sanguis meus; et, Hoc facite in meam commemorationem: idque omnipotenti ejus præcepto, donec veniat, efficitur.* His similia alii habent. Ut proinde omnino singularis et deserta sit opinio, quam olim INNOCENTIUS III. ante adeptum Pontificatum proposuit L. 4. de Myster. Miss. cap. 6., Christum pro potestate excellentiæ consecrasse sola intentione interna, etsi nobis aliqua verba adhibenda imperavit, quanquam S. THOM. q. 48. a. 1. ad 1. dicat, eum illa magis opinative, quam assertive dixisse; ac mutasse videatur postea, cap. *Cum Martha*, de celebrat. Miss.

Lutherus L. de abroganda Miss. priv. ad consecrationem totam liturgiam necessariam contendit. E recentioribus schismaticis Græcis Nicol. Cabasilas in explic. Liturg. cap. 29. et 30., Marcus Ephesinus, Hieremias Patriarcha in censura ad Augustan. Confess. cap. 40. etsi verba Christi in Evangelio expressa esse necessario adhibenda dicant; volunt tamen ea a sacerdote solum proferri narrative, neque ea operari antequam sacerdos consuetas preces juxta liturgiam S. CHRYSOSTOMI (opp. t. 12. p. 792. A.): *Fac panem istum pretiosum corpus Christi tui, et quod est in calice isto, pretiosum sanguinem Christi tui, etc., recitarit; quam precationem ad confectionem sacramenti necessariam aiunt, ut ea omissa sacramentum non perficiatur.*

Ex Catholicis Doctor Angelicus juxta plures Thomistas in consecratione calicis etiam de necessitate sacramenti illa verba exigit 3. p. q. 78. *Novi et æterni Testamenti, mysterium fidei, a quo tamen eum vindicant Thomista-*

rum alii. Scotus vero illa præcedentia, *qui pridie, quam pateretur, etc.*, videtur exigere.

309. *Dico I.* Verba essentialia, quæ ad consecrationem primam requiruntur, et sufficiunt, sunt hæc sola, vel his æquivalentia: *Hoc est corpus meum.*

Prob. generaliter 1°. Sola illa verba sunt essentialia, quæ sufficiunt ad convertendum panem, et corpus Christi constituendum præsens sub speciebus panis: atqui ad hoc verba illa quatuor, *Hoc est corpus meum*, sufficiunt. *Min. prob.* Verba sacramentalia, utpote practica, efficiunt id, quod significant, id est, efficiunt tantum, quantum necesse est, ut verificentur: sed verba illa significant præsentiam corporis Christi, nec possunt verificari ea non data; ergo etiam præsentiam illius efficiunt.

2°. Contra Scotum. Per ea verba sola fit consecratio, eaque sola necessario requiruntur, quæ proferuntur nomine et in persona Christi, ac quibus Christus ipse consecravit, ut patet ex FLORENTINO in Decr. Atqui sola illa quatuor, non vero ista, *qui pridie, etc.* Christi persona et nomine proferuntur; neque illis usus est Christus consecrans; sed sunt verba tantum Historici sacri, quæ sacerdos recitat; ergo.

Neque dicas: Si verba illa non præcedant, sequentia, scilicet, *Hoc est corpus meum*, non significant corpus Christi, sed ipsius sacerdotis. Nam

R. N. sequel. et prob. Sed eo ipso, quod sacerdos proferat hæc verba, *Hoc est corpus meum*, ut significantia et efficientia ex institutione Christi, cum intentione conficiendi sacramentum, hoc etiam perficitur; quia intentio præstat, ut verba illa a Christo instituta, ejus prolata nomine et persona censeantur, licet hoc verbis præcedentibus non exprimeretur; non verba ea recitative tantum, vel historice, ut dicitur, profert; sed etiam assertive et significative; sic ut 1°. nomine suo referat institutionem Christi, et 2°. nomine Christi practice significet corpus Christi poni.

3°. Contra Græcos. Verba Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est calix sanguinis mei*, sola perfecte transsubstantiationem, et præsentiam realem corporis et sanguinis Christi significant; ergo et, quia practica sunt, efficiunt. Et revera hic est Græcorum sensus contra relatos supra schismaticos; prolatis enim a sacerdote alta et intelligibili voce verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, continuo et ante precationem illam conclamat populus, *Amen*, et prostratus adorat.

310. *Dices 1°.* Post verba Christi prolata sacerdos Græcus deprecatur, et invocat Spiritum sanctum, ut panem istum faciat corpus Christi, et quod est in calice, pretiosum sanguinem; at non posset ita orare sacerdos, si jam peracta esset transsubstantiatio.

R. D. Maj. Ut fiat corpus Christi absolute *N.* ut fiat in salutem sumentibus, et non in iudicium *C.* Responsio nititur ipsa *S. Basilli* liturgia, quacum aliæ coincidunt: *Et panem hunc quidem faciat corpus sanctum ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu in remissionem peccatorum, et vitam æternam ei, qui illud percipit* (opp. t. 2. p. 679. C.). Et hunc revera sensum esse testati sunt Græci in FLORENTINO Sess. ult.

Si ais: Sed in liturgia *S. Chrysostomi* orat sacerdos Deum, ut panem faciat corpus Christi, *mutans* illum Spiritu sancto; ergo ante hanc orationem panis nondum erat mutatus.

R. N. Cons. Quia teste ANCIPIO rerum græcarum peritissimo, Chrysostomi textus male est latine redditus *mutans*; sed cum in græco proferatur in aoristo secundo (μεταβαλον), verti oportuisset in præteritum, ut sensus sit: *Fac, ut panis, quem Spiritu sancto tuo mutasti in corpus Christi, suscipientibus ad animæ salutem fiat.*

311. *Dices 2°.* Patres passim aiunt, Eucharistiam perfici invocatione, et oratione; ergo preces illæ de essentia sunt. *Prob. Ant.* ex *S. CYRILLO* Hierosolymitano catech. 49. item 21. et *S. JUSTINO* Apol. 1. (loc. jam abunde citatis) quibus plurimi alii consonant.

R. D. Ant. Dicunt ideo, quod verba Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, non habent vim consecrandi *N.* ideo, quia ex instituto Ecclesiæ preces verba illa Christi vel præcedunt, vel sequuntur; et quia ipsa verba Christi: *Hoc est corpus meum*, sunt implicita Spiritus sancti, vel Trinitatis invocatio, ut juxta promissionem Christi ad verba illius ponatur ejusdem corpus et sanguis; vel tandem, quia in se ipsam representant Christi orationem, rogantis Patrem *C.* Sic enim et *Aug.* de forma Baptismi, quæ certe deprecatoria non est, dicit L. 5. de Bapt. *Quomodo exaudit (Deus) homicidam deprecantem vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam; vel super capita eorum, quibus manus imponitur?*

312. *Dices 3°.* *S. BASILIUS*, teste *S. Joanne Damasceno*, in liturgia sua panem et vinum post consecrationem verba adhuc *antitypa* vocat; ergo supponit per illa non fieri mutationem panis et vini in corpus et sanguinem Christi.

R. D. Vocat *antitypa* respectu corporis Christi adhuc ponendi, ac similiter sanguinis *N.* quatenus etiam post consecrationem adhuc futura figurant mysteria; vitam æternam, cujus pignus sunt corpus et sanguis Christi sub speciebus panis et vini *C.* Responsio ex *S. JOANNE DAMASCENO* constat; postquam enim *Lib. de Fide orthod.* (opp. t. 1. p. 273. A.) dixerat, *S. Basilium* in liturgia vocasse panem et vinum *antitypa* corporis Christi ante consecrationem, addit, etiam sic dici posse adhuc post consecrationem: *Antitypa porro, id est exemplaria, futurorum idcirco dicuntur; non quod non vere corpus et sanguis Christi sunt, sed quod nunc quidem divinitatis Christi per ea participes efficiamur; tunc autem intellectuali modo, per solum aspectum.* Unde potius *JOANNES DAMASCEN.* in dato sensu vocat *antitypa* post consecrationem, quam *S. BASILIUS*. Cæterum hac de voce vide plura, ubi de reali præsentia ex Traditione disputavimus.

313. *Dico II.* Verba consecrationis secundæ, sive calicis itidem hæc sola sunt: *Hic est calix sanguinis mei, vel: Hic est sanguis meus.*

Prob. I. Rationibus theologis. 1°. Verba illa: *Hic est sanguis meus*, utpote practica, efficiunt id, quod significant: sed significant Christi sanguinem præsentem; ergo efficiunt; proindeque sufficiunt sola. 2°. Sola

illa verba constituunt essentiam formæ calicis, quæ sufficienter vini in sanguinem conversionem exprimunt; sicut dictum in conclus. præced. de forma consecrationis primæ; sed conversionem illam sola ista: *Hic est sanguis meus*, sufficienter exprimunt, non minus, quam illa: *Hoc est corpus meum*, conversionem panis in Christi corpus; ergo.

Prob. II. Ex omnibus antiquis Græcorum et Orientalium liturgiis; in nulla enim earum verba illa: *Novi et æterni Testamenti*, etc. extant; nihilominus tamen valet forma et consecratio, ut colligitur tum ex traditione universali, quæ illas liturgias recipit, et approbat; tum ex Concil. FLORENTINO, quod aperte supponit, Græcos valide consecrare.

Nec refert, quod FLORENTINUM in Decr. de Sacramentis etiam verba illa cum aliis ponat, quæ juxta nos formam constituunt; non enim id facit, quod omnia sint de ejus essentia, sive pronuntianda necessario necessitate sacramenti; sed quia pronuntiari debent necessitate præcepti. Ita etiam ait esse presbyteratus formam: *Accipe potestatem*, etc. cum tamen apud plerisque certum sit, hæc: *In nomine Patris*, etc. de essentia non esse.

314. *Dices 1º.* Forma calicis debet perfecte significare naturam Eucharistiæ; sed hanc sic non significat sine his sequentibus: *Novi et æterni Testamenti, qui pro multis effundetur*, etc. *Prob. min.* Quia sine his non significatur sanguis effusus, sed solum sanguis simpliciter; ergo.

R. *Permissa Maj. N. min.* Quia forma a nobis assignata sufficienter exercite sanguinem profusum, ejusve separationem a corpore in hoc incruento sacrificio significat; cum vi verborum mystice sanguis separetur a corpore. Sicut ergo Eucharistia sub speciebus panis habet rationem sacrificii, licet in forma ejus consecratoria nulla vox exprimat signate rationem sacrificii; item sicut subsistit forma consecrationis primæ sine his: *Quod pro vobis tradetur*; ita hic.

315. *Dices 2º.* Verba illa posteriora sunt quædam determinationes prædicati, quibus sanguinis Christi virtus exprimitur, effusi in passione; ergo ad essentiam pertinent.

R. *N. Cons.* Nam etiam in prima consecratione verba hæc: *Quod pro vobis tradetur*, magis determinant prædicatum; nec tamen essentialia sunt. Illud ergo tantum censendum est essenziale in forma Latinorum, quod determinat prædicatum ad aliquod essenziale, non accidentale tantum: essenziale autem; significare conversionem vini in sanguinem, sive hujus præsentiam realem; sicut vero verba hæc: *Hoc est corpus meum*, sufficienter significant conversionem primam sine his: *quod pro vobis tradetur*; ita quoque hic.

316. *Dices 3º.* Sed juxta Doctorem Angelicum 3. p. q. 78. a. 3. verba illa sequentia sunt de substantia formæ.

Respondent Thomistæ plerique alii, qui nobiscum sentiunt, S. THOMAM per substantiam non intelligere essentiam, sed integritatem formæ; eo quod hic a. 1. formam in verbis Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, ut nos, præcise ponat, quin ullam alterius verbi necessarii meminisset. Quidquid vero sit, præstat cum SUAREZ sequi tot Ecclesiarum litur-

gias, quam admittere, quod consequens esset, tot tantasque Ecclesias nunquam consecrasset.

317. Quæri hic quoque solet, quomodo sacerdos proferat consecrationis verba; an recitative, historice tantum, vel an enuntiative aut assertive? Priore modo proferre, est illa præcise eloqui ut solum dicta a Christo: posteriore modo est proferre sic, ut proferens intendat asserere, vel affirmare id, quod verba significant. Sed utroque modo pronuntiari a sacerdote dicendum est. Ac 1º. *recitative*; quia uti sacerdos prioribus verbis, quæ consecrationem præcedunt, refert narrative factum Christi accipientis, benedictis, etc.; ita et posterioribus refert ejus dicta, iisque adnectit formam per particulam *enim*, quæ incongrue, ac sine ullo sensu adderetur, si cæpta narratio historica non continuaretur. 2º. *Assertive*; 1. Quia juxta FLORENTINUM proferri debent in persona Christi, sic ut Christus censeatur ea proferre per os sacerdotis; at si solum recitative proferrentur, ut quævis alia Evangelii lectio, non proferrentur in persona Christi. Imo vera essent, licet corpus Christi non adesset, modo sub speciebus a Christo consecratis fuerit. 2. Quia si sola recitativa eorum prolatio sufficeret; ergo sacerdos ad mensam forte legens verba consecrationis vere consecraret. Igitur debent proferri assertive, quia sacerdos debet ea proferre practice, cum intentione vere faciendi sacramentum, corpus Christi.

CAPUT V.

DE PROPRIETATIBUS EUCHARISTIÆ, MINISTRO, SUBJECTO.

Hic præsertim de necessitate Eucharistiæ disputatio superest; quomodo, quibus necessaria sit, an sub utraque specie ejus præcepta sit sumptio? Cætera, quæ hic de Eucharistia pertractari in specie possunt, jam pleraque in part. 1. de Sacram. in genere disserui. Adde demum, quæ de ministro ac subjecto, quantum satis, dicenda videntur.

ARTICULUS I.

AN ET QUOMODO NECESSARIA EUCHARISTIA SIT?

318. *Dico I.* Eucharistia non est necessaria necessitate medii.

Prob. I. Ex S. Scriptura. Eucharistia absolute necessaria non est, si baptismo solo obtineri salus possit; sed juxta S. Scripturam obtineri potest, Marc. 16. *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit.* Ad Tit. 3. 5. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis.* 1. Petr. 3. 21. *Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma.* Certe quicumque est a peccatis liber, est filius Dei, jus habens ad hæreditatem gloriæ cælestis, quod non potest amit-

illa verba constituunt essentiam formæ calicis, quæ sufficienter vini in sanguinem conversionem exprimunt; sicut dictum in conel. præced. de forma consecrationis primæ; sed conversionem illam sola ista: *Hic est sanguis meus*, sufficienter exprimunt, non minus, quam illa: *Hoc est corpus meum*, conversionem panis in Christi corpus; ergo.

Prob. II. Ex omnibus antiquis Græcorum et Orientalium liturgiis; in nulla enim earum verba illa: *Novi et æterni Testamenti*, etc. extant; nihilominus tamen valet forma et consecratio, ut colligitur tum ex traditione universali, quæ illas liturgias recipit, et approbat; tum ex Concil. FLORENTINO, quod aperte supponit, Græcos valide consecrare.

Nec refert, quod FLORENTINUM in Decr. de Sacramentis etiam verba illa cum aliis ponat, quæ juxta nos formam constituunt; non enim id facit, quod omnia sint de ejus essentia, sive pronuntianda necessario necessitate sacramenti; sed quia pronuntiari debent necessitate præcepti. Ita etiam ait esse presbyteratus formam: *Accipe potestatem*, etc. cum tamen apud plerisque certum sit, hæc: *In nomine Patris*, etc. de essentia non esse.

314. *Dices 1º.* Forma calicis debet perfecte significare naturam Eucharistiæ; sed hanc sic non significat sine his sequentibus: *Novi et æterni Testamenti, qui pro multis effundetur*, etc. *Prob. min.* Quia sine his non significatur sanguis effusus, sed solum sanguis simpliciter; ergo.

R. *Permissa Maj. N. min.* Quia forma a nobis assignata sufficienter exercite sanguinem profusum, ejusve separationem a corpore in hoc incruento sacrificio significat; cum vi verborum mystice sanguis separetur a corpore. Sicut ergo Eucharistia sub speciebus panis habet rationem sacrificii, licet in forma ejus consecratoria nulla vox exprimat signate rationem sacrificii; item sicut subsistit forma consecrationis primæ sine his: *Quod pro vobis tradetur*; ita hic.

315. *Dices 2º.* Verba illa posteriora sunt quædam determinationes prædicati, quibus sanguinis Christi virtus exprimitur, effusi in passione; ergo ad essentiam pertinent.

R. *N. Cons.* Nam etiam in prima consecratione verba hæc: *Quod pro vobis tradetur*, magis determinant prædicatum; nec tamen essentialia sunt. Illud ergo tantum censendum est essenziale in forma Latinorum, quod determinat prædicatum ad aliquod essenziale, non accidentale tantum: essenziale autem; significare conversionem vini in sanguinem, sive hujus præsentiam realem; sicut vero verba hæc: *Hoc est corpus meum*, sufficienter significant conversionem primam sine his: *quod pro vobis tradetur*; ita quoque hic.

316. *Dices 3º.* Sed juxta Doctorem Angelicum 3. p. q. 78. a. 3. verba illa sequentia sunt de substantia formæ.

Respondent Thomistæ plerique alii, qui nobiscum sentiunt, S. THOMAM per substantiam non intelligere essentiam, sed integritatem formæ; eo quod hic a. 1. formam in verbis Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, ut nos, præcise ponat, quin ullam alterius verbi necessarii meminisset. Quidquid vero sit, præstat cum SUAREZ sequi tot Ecclesiarum litur-

gias, quam admittere, quod consequens esset, tot tantasque Ecclesias nunquam consecrasset.

317. Quæri hic quoque solet, quomodo sacerdos proferat consecrationis verba; an recitative, historice tantum, vel an enuntiative aut assertive? Priore modo proferre, est illa præcise eloqui ut solum dicta a Christo: posteriore modo est proferre sic, ut proferens intendat asserere, vel affirmare id, quod verba significant. Sed utroque modo pronuntiari a sacerdote dicendum est. Ac 1º. *recitative*; quia uti sacerdos prioribus verbis, quæ consecrationem præcedunt, refert narrative factum Christi accipientis, benedictis, etc.; ita et posterioribus refert ejus dicta, iisque adnectit formam per particulam *enim*, quæ incongrue, ac sine ullo sensu adderetur, si cæpta narratio historica non continuaretur. 2º. *Assertive*; 1. Quia juxta FLORENTINUM proferri debent in persona Christi, sic ut Christus censeatur ea proferre per os sacerdotis; at si solum recitative proferrentur, ut quævis alia Evangelii lectio, non proferrentur in persona Christi. Imo vera essent, licet corpus Christi non adesset, modo sub speciebus a Christo consecratis fuerit. 2. Quia si sola recitativa eorum prolatio sufficeret; ergo sacerdos ad mensam forte legens verba consecrationis vere consecraret. Igitur debent proferri assertive, quia sacerdos debet ea proferre practice, cum intentione vere faciendi sacramentum, corpus Christi.

CAPUT V.

DE PROPRIETATIBUS EUCHARISTIÆ, MINISTRO, SUBJECTO.

Hic præsertim de necessitate Eucharistiæ disputatio superest; quomodo, quibus necessaria sit, an sub utraque specie ejus præcepta sit sumptio? Cætera, quæ hic de Eucharistia pertractari in specie possunt, jam pleraque in part. 1. de Sacram. in genere disserui. Adde demum, quæ de ministro ac subjecto, quantum satis, dicenda videntur.

ARTICULUS I.

AN ET QUOMODO NECESSARIA EUCHARISTIA SIT?

318. *Dico I.* Eucharistia non est necessaria necessitate medii.

Prob. I. Ex S. Scriptura. Eucharistia absolute necessaria non est, si baptismo solo obtineri salus possit; sed juxta S. Scripturam obtineri potest, Marc. 16. *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit.* Ad Tit. 3. 5. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis.* 1. Petr. 3. 21. *Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma.* Certe quicumque est a peccatis liber, est filius Dei, jus habens ad hæreditatem gloriæ cælestis, quod non potest amit-

tere, nisi peccato novo. Sed juxta S. Scripturam id præstat baptismus, Act. 2. 38. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Ad Gal. 3. 27. *Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induistis.*

Prob. II. Ex sensu Ecclesiæ, quæ quovis tempore credidit, parvulos, qui statim post baptismum decedunt, salvos fieri, etiamsi Eucharistiam non perceperint. *Quis ignorat*, ait S. Aug. L. 1. de peccator. merit. cap. 19. n. 25. *quod baptizatus parvulus, si ad rationales annos veniens non crediderit, nec se ab illicitis concupiscentiis abstinuerit, nihil ei proderit quod parvus accepit. Veruntamen, si percepto baptismo de hac vita emigrarit, soluto reatu, cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis; quod incommutabiliter manens in æternum, justificatos præsentia Creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines et Deum, quæ solvuntur Christi gratia.* Quo loco simul S. Pater suppeditat rationem ejus, quod diximus, scilicet: peccata sola separant inter Deum et homines: sed hæc per baptismum tolluntur; ergo.

Et vero si parvulis necessaria foret Eucharistia, igitur vel ad consequendam gratiam primam, vel ad eandem conservandam? Non primum; quia hanc consequuntur per baptismum, eum in finem institutum, quo regenerantur. Non alterum; quia gratia non amittitur, nisi per peccatum; sed hujus patranda parvuli incapaces sunt. Quæ erat argumentatio Patrum in Concilio TRIDENT. Sess. 21. cap. 4. S. Synodus docet, *parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistia communionem, siquidem per baptismi lavacrum regenerati, et Christo incorporati adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt.* Ac propterea Sess. ead. Can. 4. definit: *Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistia communionem, anathema sit.*

319. *Dico II.* Eucharistia adultis necessaria est necessitate præcepti, 1º. divini; 2º. ecclesiastici.

Pars 1º. constat ex Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* Quæ, cum non sonent necessitatem mediæ, ut ante dictum, certo necessitatem præcepti divini arguunt; eo quod sub comminatione gehennæ Eucharistia sumptio præcipiatur. Quia sacramentum hoc institutum est, ut habeamus, h. e. vitam spiritualem in nobis conservemus, dubium esse non potest, quin per vitam sæpius hoc salutare sacramentum, præsertim in periculo mortis, teneamur, si possumus, percipere. Hinc S. CYPRIANUS, aliique erant tantopere solliciti, ne quis, etiam martyr, sine hoc sacramento decederet.

Pars 2º. ex Decretis Conciliorum patet, 1º. LATERANENSIS IV. cap. *Omnis utriusque sexus.* De penit. et remiss. (ap. Labb. t. 11. p. 172. E.) *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et injunctam sibi penitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum: nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioqui et vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur; et moriens christiana careat sepultura.* 2º. TRIDENTINI Sess. 13. Can. 9., ubi

Patres sanciunt, omnes ac singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis; saltem in paschate, ad communicandum.

320. *Dices 1º.* Sicut Christus dixit Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, etc.; sic Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis... non habebitis vitam in vobis.* Ergo sicut ex priori baptismus necessarius intelligitur necessitate mediæ; ita ex posteriori Eucharistia.

R. N. *Ant.* *Disparitas* est 1º. ex parte ipsarum Christi propositionum. Nam prior: *Nisi quis*, etc. generalissima est; ibi enim comprehenduntur omnes et singuli. Altera: *Nisi manducaveritis*, in persona secunda ad auditores, qui adulti erant, restricta est; inter hos vero non erant parvuli, nec esse poterant. 2º. Quia sine baptismo saltem in voto, remitti non potest peccatum originale, nec obtineri prima gratia, sine qua ad salutem, æternamque vitam non patet aditus: at sine Eucharistia obtineri illa potest, obtineturque in Baptismo.

321. *Dices 2º.* Ecclesia primæva usque ad sec. XII. adhuc Eucharistiam solebat ministrare parvulis; ergo censebat necessariam esse necessitate mediæ.

R. N. *Cons.* Res hæc *disciplinæ*, non *necessitatis* fuit; in casu enim, quo baptizantur in eventu necessitatis a laicis, Eucharistia tunc dari parvulis non potuit; et tamen, si morte præventi post baptismum decederent, nemo de eorum salute ambigebat.

322. *Dices 3º.* Patres, cum olim contra Pelagianos disputarent, qui discrimen inter regnum cælorum, et vitam æternam commenti fuerant, ex hoc textu: *Nisi manducaveritis*, etc. probabant, parvulos nec vitam æternam habere posse, nisi manducassent carnem Filii hominis; ut INNOCENTIUS I. epist. ad Patres Conc. Milevitani (inter Augustinianas 182. al. 93.). S. Aug. L. 1. de peccator. merit. e. 20. n. 26. 28.

R. D. *min.* Nisi manducassent manducatione sacramentali N. spirituali C. Pelagiani parvulos non baptizatos a regno cælorum quidem excluderent, sed tamen fructuosam vitam æternam asserebant. Errorem hunc laudati Patres sic confutabant: Nemo vitam æternam consequitur, nisi carnem Christi manducaverit; atqui parvuli non baptizati Christi carnem nec manducaverunt actu, neque in voto; ergo juxta sententiam Christi non tantum a regno cælorum, sed etiam vitam æternam excludendi sunt. Intelligebant vero manducationem carnis Christi spiritualem, h. e. unionem cum Christo per fidem et charitatem, sicque cum eo incorporationem; nam præterquam quod S. Aug. diserte tradat relatus supra, parvulos solo cum baptismo decedentes salutem æternam consequi, rem hanc ita ipse exponit L. 3. de peccator. merit. cap. 4. n. 7. 8. *Quid autem apertius tot tantisque testimoniis divinatorum eloquiorum, quibus dilucidissime apparet, nec præter Christi societatem ad vitam salutemque æternam quemquam hominum pervenire, nec divino judicio injuste posse aliquem damnari? Unde fit consequens, ut quoniam nihil agitur aliud, cum parvuli baptizantur, nisi ut incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi corpori membrisque socientur, manifestum sit, eos ad damnationem, nisi hoc eis collatum fuerit, pertinere... Numquid*

etiam illud, quia nisi manducaverint homines carnem ejus, h. e. participes facti fuerint corporis ejus, non habebunt vitam... Nonne veritas sine ulla ambiguitate proclamatur, non solum in regnum Dei non baptizatos parvulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus, cui ut incorporentur, sacramento baptismatis imbuuntur?

323. Dices 4^o. Juxta S. THOMAM Eucharistia est ad salutem necessaria in voto q. 73. a. 3.; ergo.

R. N. Cons. Non enim de necessitate in voto strictè tali loquitur, qualis est respectu baptismi, quando re percipi non potest; clare enim contrarium docet q. 63. a. 4. Unde votum hic sumit pro generali illa voluntate adimplendi præcepta omnia; consequenter etiam sumendi Eucharistiam, quæ voluntas de se non justificat, sed includitur in alio de se justificante.

ARTICULUS II.

AN SUMPTIO EUCHARISTIE SUB UTRAQUE SPECIE EX PRÆCEPTO DIVINO NECESSARIA SIT NON SACRIFICANTIBUS?

Etsi in primæva Ecclesiâ communio dari soletur fidelibus sub utraque specie, id tamen disciplinæ tantum, non necessitatis ex præcepto divino ortæ putabatur. Primus Petrus Dresdensis fuit, Pragæ ludimagister, qui adjuvante Jacobello Misnensi concionatore famoso, abrogatum jam in Ecclesiâ calicis usum restitutum voluit: ceu ab ipso Christo præceptum. Hunc Joannes Huss secutus est cum suis, ac postea Lutherus cum Calvino.

324. Dico. Sumptio Eucharistiæ sub utraque specie non est fidelibus non sacrificantibus ad salutem ex præcepto divino necessaria. Est de fide ex Conc. CONSTANTIENSI, BASILEENSI, et TRIDENTINO Sessione 21. Canone 1.

Prob. I. Quia tale præceptum nusquam ex S. Scriptura imprimis erui potest; sed in hac vita et gratia æque promittitur tam sumentibus sub utraque specie, quam sub una tantum; ut enim recte observarunt Patres Tridentini Sess. 21. cap. 1., Christus, qui Joan. 6. 53. dixit: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; et: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*; demum: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo*; idem nihilominus dixit: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*; ac rursus: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*. Præterea discipulis euntibus in Emmaus Christus Eucharistiam una sub specie porrexit, Luc. 24.; panem enim illum Eucharisticum fuisse, de quo ibi sermo fit, docet S. AUG. L. 3. de consens. Evangelistar. c. 25. n. 72. Sic quoque Act. 2. 24. de fidelibus dicitur: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum... et communicatione fractionis panis*. Sed hic de specie vini nulla fit mentio, et tamen Lutheri ac Calvini consensu fractio illa panis Eucharistiæ erat distributio.

Neque etiam alio ex capite illa necessitas erui potest. Non ex natura hujus sacramenti, quasi sub una specie non acciperetur totum, nam sub qualibet

specie Christus totus et integer accipitur; et in qualibet specie habetur ratio convivii, quia, cum sanguis Christi nunc non amplius separatur a corpore, sub qualibet specie habetur corpus et sanguis Christi, sicque cibus et potus. Non ex gratia ad salutem necessaria; nam qui totum Christum percipit ceu omnis gratiæ fontem, nulla privatur gratia ad salutem necessaria; nec enim Eucharistia sub duplici sumpta specie confert plus gratiæ saltem ex opere operato, quam sub una; sicut nec sic plus confert gratiæ, si plures sacræ particulæ sumantur simul, vel una post alteram, quam si una tantum. Ac ratio est, quia utrobique Christus totus, omnium gratiarum fons, percipitur; eandemque gratiam, quam promisit simul bibenti sanguinem, etiam promisit solam manducanti carnem Joan. 6. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*. Non denique ex traditione; ex hac enim constat contrarium, ut modo videbimus.

325. Prob. II. Ex usu et praxi Ecclesiæ veteris quæ, etsi in ea usque ad seculum XII. non infrequens esset communionis sub utraque specie usus; pluribus tamen in casibus eam etiam una sub specie ministrabat.

1^o. Dum fideles die Dominica in Ecclesiâ convenientes quasdam panis consecrati reliquias pro cæteris hebdomadæ diebus, quibus sibi privatim Eucharistiam ministrarent, deferebant secum domum sine calice, ut testatur S. CYPRIAN. Tract. de lapsis (p. 175. Edit. Rigalt.), TERTULLIAN. Lib. 2. cap. 5. ad uxorem (p. 169. B.).

2^o. Dum in communicationis mutuæ signum Eucharistia mittebatur absentibus, aliasque ad Ecclesiâs, ut cap. præced. art. 3. §. 1. observatum.

3^o. Dum residuæ consecrati panis particulæ, si nimis a communiione superessent, innocentes pueris dabantur absumendæ, ut testatur EVAGRIUS Lib. 4. cap. 36.

4^o. Dum infantibus tantum dabatur Eucharistia sub sola specie vini; non nihil vero grandioribus sub sola specie panis; ut constat ex S. CYPRIANO Tract. de lapsis., PASCHALI II. epist. ad Pontium Cluniacensem Abbatem (Lab. t. 10. p. 636.) et Conc. MATISCONESE II. can. 6. (Lab. t. 5. p. 982. B.) et exemplo Græcorum, qui hodie adhuc baptizatis infantibus solum sanguinem instillant. Ita quoque infirmis modo sub sola specie panis, modo sub sola specie vini datam Eucharistiam fuisse, testatur EUSEB. L. 6. Hist. cap. 44., PAULINUS in vita S. Ambrosii. (inter oper. S. Ambr. t. 1. p. 88. F. Edit. Paris. 1614.), Conc. TOLETANUM XI. cap. 11. (Lab. t. 6. 332. B.)

5^o. Etiam communionis publicæ in Ecclesiâs sub una tantum specie usus non infrequens fuit; nam sec. V. Manichæi, ut laterent, panem Eucharisticum sumebant cum Catholicis, eo quod a vino ceu re mala abhorrent. Unde GELASIVS Papa præcepit, ut communio sumeretur sub utraque specie, Can. 12. de Consecrat. Dist. 2. Idem ex eadem causa voluit S. LEO serm. 4. de Quadrag. c. 3. (Patrol. t. 54. p. 279. C.)

Demum idem invicte ostendit *Missæ præsanctificationum*, dum Græci jam a sec. IV. toto Quadragesimali tempore, exceptis sabbatis, Dominicis et festo Annuntiationis B. MARIE Virginis, in sola specie panis, jam præcedente Dominica consecrati, celebrant Missas, quod idem servat Ecclesiâ latina die Parasceves ab Innocentio I. id est, seculi V. tempore.

326. *Obj. I.* S. Scriptura pluribus in locis præceptum exhibet communionis sub utraque specie; ergo.

Prob. Ant. 1º. Joan. 6. Christus eam præcepit sub gravi comminatione: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; ergo.

2º. Matth. 26. usum calicis in specie præcepit: *Bibite ex eo omnes*; sicut enim ex his: *Accipite et manducate*, colligitur præceptum communionis sub specie panis; ita ex prioribus debet colligi præceptum communionis etiam sub specie vini.

3º. Hoc præceptum in ultima cœna confirmavit inquit: *Hoc facite in meam commemorationem*; quæ non solos Apostolos, sed omnino omnes fideles respiciunt.

4º. Apostolus 1. ad Cor. 11. 23. idem testatur; cum namque ibidem dixisset: *Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis*, mox utramque speciem conjungit v. 26. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*. Et v. 28. *Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat*; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. 1ºm. R. 1º. *N. Ant.* Non enim verbis illis modum præcepit, quo sumi debeant ejus corpus et sanguis sive manducandi, et dein bibendi seorsim; sed solum rem ipsam præcepit sumere, id est, corpus ejus et sanguinem ad habendam vitam, quæ continentur sub specie una. Constat inde, tum quia effectum eundem ibidem promittit sumenti Eucharistiam sub specie panis; tum quia hic præscribit medium conservandæ vitæ spiritualis; hoc vero non consistit in modo sumendi seorsim species, sed in re sub aliis contenta, corpore et sanguine Christi; at sub specie qualibet ambo continentur. 2º. Particula *et* non raro in Scriptura disjunctive sumitur, ut Exod. 2. 5. *Qui percusserit patrem et matrem, morte morietur*; ubi *et* disjunctive sumitur. Ita hic Joan. 6. accipi disjunctive ex S. Scriptura et praxi Ecclesiæ colligimus; vel certe copulative, sed in sensu negativo, nimirum sic: si neque manducaveritis carnem Filii hominis, neque biberitis ejus sanguinem; id est, si neutrum sumpseritis, quo modo dicebat Petrus: *Argentum et aurum non est mihi*, id est, neutrum.

Ad prob. 2ºm. R. 1º. *N. Ant.* et rationem; neque enim ex verbo *manducate* hoc præceptum evincitur; sed verba hæc erant invitantis. Præceptum vero sumendæ Eucharistiæ ex Joan. 6. *Nisi manducaveritis*, etc. præcipue colligitur. 2º. Permisso Anteced., præceptum hoc solos præsentis attinet Apostolos, eorumque successores sacerdotes, non cæteros fideles; nam eo modo præcepit, ut omnes biberent, quo ait Marcus, omnes bibisse: *et biberunt ex eo omnes*; sed Apostoli soli biberunt.

Si quæras: Cur igitur Christus de calice dixerit: *bibite ex eo omnes*.

R. Quia unum eundemque calicem præbebat; ne igitur unus, vel primi ordine bibentium exhaurirent totum, ut ad postremos nihil deveniret, dixit: *bibite ex eo omnes*. De pane vero cuilibet partem divisam et propriam dedit: *fregit, deditque discipulis*; hinc non erat hic necesse dicere: *manducate ex hoc omnes*; quanquam ita etiam a Christo dictum putet S. Ambros. L. 4. de Sacram. cap. 5. n. 21. et legatur in Canone Missæ.

Ad prob. 3ºm. R. *N. Ant.* Verba illa immediate post consecrationem panis dixerat; igitur ad calicem non pertinent. Unde et Paulus 1. Cor. 11. cum et

ipse de pane consecrato dixisset absolute: *Hoc facite in meam commemorationem*, vers. 26. sequenti de calice inquit conditionate: *Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem*; id est, si biberitis, in meam commemorationem bibite.

Nec refert, quod Lucas cap. 22. post illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, loquens de calice, dicat: *similiter et calicem*, postquam cœnavit, dicens, etc.; nam particula *similiter* a Luca refertur tantum ad actionem accipientis, benedicientis, porrigentis, non vero ad omnia, quæ Christus fecerat ante, dixeratque, ut sensus sit: sicut accepit panem, benedixit, dedit discipulis; sic, vel *similiter* accepit calicem, etc.

Ad prob. 4ºm. R. *N. Ant.* Refert ibi Apostolus, quomodo instituta sit Eucharistia a Christo, quomodo panem consecraret et calicem; non vero asserit, utrumque sub distincta specie debere a singulis sumi; quin de calice loquitur conditionate v. 25. ut ante dictum. Sed et conditionate loquitur 26. *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis*, etc., id est, si manducaturi estis panem, et calicem bibituri; quæ non significant debere absolute utramque speciem sumi. Demum v. 28. præceptum non datur de modo sumendi, sed de probatione sui ipsius, utrum quis digne accedat; sic si quis dicat: *probet se ipsum homo*, et sic voveat religiosum statum ingredi, vel sic voveat virginitatem; sensus non est, quod religiosus status præceptus sit, vel virginitatis votum, sed probatio. Sed et clarum fit ex præcedenti v. 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit*, etc. ubi loquitur disjunctive; ac proinde sequentis v. 28. sensus est: *probet autem se ipsum homo*, et sic vel manducet, vel bibat; vel, ut, qui bibit, non bibat indigne.

327. *Obj. II.* Ex praxi veteris Ecclesiæ. Primæva Ecclesia semper Eucharistiam administrabat sub utraque specie, nisi aliud posceret necessitas, quæ vero excusat a præcepto; ergo. *Prob. Ant.* Nam panis saltem dabatur intinctus in sacro sanguine; ac fideles cum sacro pane etiam vinum secum deferebant domum; item Græci in Missis præsanctificatorum consecrato pani aliquot sanguinis guttas affundunt.

R. N. Ant. Constat ex exemplis in *Prob. 2º.* communionis etiam publicæ.

Ad prob. R. Etsi id aliquando factum; non tamen semper in his præcise casibus; nam in aliis non intingebatur. Græcos quod attinet, etsi quasdam sanguinis guttas infundant; statim tamen ad ignem exsiccant. Deinde hic mos apud Græcos veteres non erat, nec in eorum liturgiis antiquis extat. Ac demum nunquam saltem apud Latinos id in usu fuit.

328. *Obj. III.* Ex Patribus. Hi de communionem sub utraque specie, tanquam de re præcepta loquuntur; ergo.

Prob. Ant. 1º. S. JUSTIN. M. Apol. 1. n. 66. (opp. p. 86. A. edit. Venet.) ait de communionem sub utraque specie, Apostolos testari in Evangeliiis, ita sibi Christum præcepisse. Auctor sermon. de cœna Dom. (inter Cypriani opera p. 329.) *Lex*, inquit, *usum sanguinis prohibet; Evangelium præcipit, ut bibatur*. S. CYPRIAN. epist. ad Cæciliam p. 100. queritur, quosdam circa calicem non observare, quæ Christus præcepit. S. CHRYSOSTOM. homil. 18. in 2. Cor. (opp. t. 10. p. 568. C.) ait, in Lege nova secus, ac in veteri, unum corpus et unum poculum omnibus proponi.

Prob. 2^o. PASCHASIUS RATBERTUS L. de Corp. et Sang. Domini cap. 15. n. 2. verba hæc : *Bibite ex eo omnes*, etiam extendit ad laicos : *Accipite, et bibite ex hoc omnes, tam ministri, quam et reliqui credentes.*

Prob. 3^o. GELASIVS Papa communionem sub una specie vocat *sacrilegium*, Can. 12. Dist. 2. de Consecrat. ; S. LEO serm. 4. Quadragesimali. c. 5. *sacrilegam simulationem.*

R. D. Ant. Tanquam de re omnibus non sacrificantibus præcepta jure divino, ab ipso Christo N. lege aliqua Ecclesie pro usu et consuetudine illius temporis C. Loquuntur ad usum vulgarem sui temporis, et disciplinam ; sicque præcepta dici poterat utriusque speciei sumptio, et ita revera præceperant GELAS. et S. LEO propter Manichæos.

Ad prob. 1^{am}. ex S. JUSTINO R. Revera ita Christum præcepisse Apostolis utpote sacerdotibus ; de his enim loquitur, ita sibi præcepisse. Auctor serm. de coen. Dom. ipsam rem sumendam respicit, non modum ; sed qui corpus Christi manducat, simul sanguinem bibit, qui nunquam separatur a Christi corpore ; sicque quoad hoc sufficienter Lex evangelica recedit a Lege veteri. S. CYPRIANUS ita queritur, sed de *Aquariis* hæreticis, qui in sola aqua secundam consecrationem peragebant. S. CHRYSOSTOM. ad sui usum temporis respicit.

Ad prob. 2^{am}. R. GELASIVS in Manichæos invehitur, qui a calice abstinebant ceu re mala ; loquitur enim de his, qui superstitione obstricti non sumebant vinum ; Manichæi vero negabant, utramque speciem esse sacramentum, ac tantum contineri in specie altera, quantum in prima panis ; itaque sacrilege dividebant mysterium ; at sic fideles mysterium non dividunt. Eadem est ad S. LEONEM responsio, ut jam ex supradictis constat. Inde sanxit GELASIVS, ut *integra sacramenta percipiant*, id est, utramque speciem ; vel si nolint, penitus arceantur.

329. Obj. IV. Ex ratione. 1^o. Eucharistia instituta est per modum convivii : atqui hoc non habetur per unam speciem, puta cibi ; ergo.

2^o. Instituta est in commemorationem mortis Christi, juxta Apostolum 1. ad Cor. 11. 26. *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Sed in sumptione unius speciei non habetur commemoratio, vel representatio mortis Christi.

3^o. Saltem cum Christus usum calicis non prohibuit, injuste fecit Ecclesia eo fideles fraudando.

Ad 1^{am}. R. D. Maj. Per modum convivii corporalis N. spiritualis C. Inter hæc vero convivium istud est discriminis, quod in corporali cibo non contineat potum ; in Eucharistico vero quod habet rationem cibi, contineat in se potum, et quod habet rationem potus, contineat cibum ; quia corpus Christi non est sine suo sanguine, nec sanguis sine corpore ; ergo sub una specie quoad rem habetur hoc convivium.

Ad 2^{am}. R. C. Maj. D. min. Non habetur hæc representatio tam expressa C. non habetur sufficiens N. Hoc ipso enim, quod sumatur species panis, sub qua vi verborum solum corpus ponitur, significatur ejus a sanguine separatio, sicque Christi mors. Magis expressa quidem hæc significatio est, si utraque seorsim species sumitur ; sed hæc ad Eucharistiam spectat, ut sacrificium est, non ut sacramentum, in quo sufficit hæc significatio, vel representatio quoad rem et substantiam. Sicut, licet in baptismo tria

immersio magis expresse significet sepulturam Christi ; sufficit tamen affusio, vel aspersio.

Ad 3^{am}. R. N. Assert. Christus usum calicis non prohibuit, sed nec præcepit. Cur vero Ecclesia eum prohiberet, multæ gravesque causæ fuerunt, quas refert Catechismus Romanus Part. 2. de Euchar. 1^o. Periculum effusionis, quod sæpe vix est moraliter evitabile in concursu populi, dum tremuli senes, juvenes non satis culti, etc. ad Eucharisticam mensam accurrunt. 2^o. Quia Eucharistia servari debet pro infirmis, pronum est, aura præsertim calida, vini species, non sine injuria sacramenti, in acetum degenerent. 3^o. Ut esset in sumendo hoc sacramento uniformitas, cum sint multi vino abstemii a natura. 4^o. Ut convelleretur Jacobelli, Joannis Huss hæresis, sacrilegium esse docentium, unam tantum speciem sumere ; tum eorum, qui inficiabantur, sub una specie Christum totum contineri.

ARTICULUS III.

DE MINISTRO ET SUBJECTO EUCHARISTIAE.

Minister Eucharistiae duplex distinguitur, consecrandæ, et dispensandæ.

De ministro Eucharistiae consecrandæ multiplex error fuit. Fuere, qui potestatem hanc mulieribus tribuerent, ut Gnostici, de quibus IRENÆUS L. 1. cap. 9. Waldenses cuilibet laico, modo probis esset moribus, concedebant hoc, quod cuilibet sacerdoti, si esset improbus, abrogabant. Hoc quoque in dubium revocaverat Wicleffus, teste THOMA WALDENSI L. 2. de Sacram. c. 7. Sed, quod Wicleffus revocabat in dubium, definiit LUTHERUS, sacerdotium commune omnibus faciens Christianis ; ideoque, dum poscit necessitas, quemlibet de plebe posse Eucharistiam conficere, quanquam id alias permitti non oporteat, ordinis et disciplinæ causa. L. de Captiv. Babyl. cap. de Ordine.

330. Dico I. Sacerdotes soli Eucharistiae consecrandæ ministri sunt, nec id ulli alteri mortalium competit. Est de fide, juxta TRIDENTINUM Sess. 22. can. 2. Ante quod idem tradiderat CONCILIUM LATERANENSE IV. relatum cap. Firmiter, de SS. Trinit. sed et FLORENTINUM in Decreto.

Prob. I. Ex S. SCRIPTURA Luc. 22. 19. ad solos Apostolos, eorumque successores sacerdotes dixit Christus : *Hoc facite in meam commemorationem.* Neque enim potestatem hanc datam per illa Christi verba fidelibus singulis fuisse, ex ipsa Apostolorum praxi constat, cum nunquam legatur, munus hoc quemquam alium obivisse præter Apostolos, et quos ipsi consecrassent presbyteros. Unde et aiebat Paulus 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi ; consecrans vero ut minister Christi agit, cujus in persona ac nomine dicit : Hoc est corpus meum.*

Prob. II. Ex TRADITIONE constanti Ecclesiae. S. JUSTINUS M. Apol. 1. n. 65. 66. ait eum qui fratribus præest rerum universarum Patri per nomen Filii et Spiritus sancti offerre Eucharistiam juxta mandatum, quod Apostolis Christus dedit, cum accepto pane dixit : *hoc facite.* TERTULLIAN. L. de Cor. mil. (opp. p. 102. A.) refert ad traditionem Apostolicam, quod Eucharistiam non de aliorum manu, quam presidentium sumamus. Quanto magis igitur ad hos confectio pertinebit ? S. EPIPHAN. epist. ad Joannem Hierosolymit. (opp. t. 2.

Prob. 2^o. PASCHASIUS RATBERTUS L. de Corp. et Sang. Domini cap. 15. n. 2. verba hæc : *Bibite ex eo omnes*, etiam extendit ad laicos : *Accipite, et bibite ex hoc omnes, tam ministri, quam et reliqui credentes.*

Prob. 3^o. GELASIUS Papa communionem sub una specie vocat *sacrilegium*, Can. 12. Dist. 2. de Consecrat. ; S. LEO serm. 4. Quadragesimali. c. 5. *sacrilegam simulationem.*

R. D. Ant. Tanquam de re omnibus non sacrificantibus præcepta jure divino, ab ipso Christo N. lege aliqua Ecclesie pro usu et consuetudine illius temporis C. Loquuntur ad usum vulgarem sui temporis, et disciplinam ; sicque præcepta dici poterat utriusque speciei sumptio, et ita revera præceperant GELAS. et S. LEO propter Manichæos.

Ad prob. 1^{am}. ex S. JUSTINO R. Revera ita Christum præcepisse Apostolis utpote sacerdotibus ; de his enim loquitur, ita *sibi* præcepisse. Auctor serm. de coen. Dom. ipsam rem sumendam respicit, non modum ; sed qui corpus Christi manducat, simul sanguinem bibit, qui nunquam separatur a Christi corpore ; sicque quoad hoc sufficienter Lex evangelica recedit a Lege veteri. S. CYPRIANUS ita queritur, sed de *Aquariis* hæreticis, qui in sola aqua secundam consecrationem peragebant. S. CHRYSOSTOM. ad sui usum temporis respicit.

Ad prob. 2^{am}. R. GELASIUS in Manichæos invehitur, qui a calice abstinebant ceu re mala ; loquitur enim de his, qui superstitione obstricti non sumebant vinum ; Manichæi vero negabant, utramque speciem esse sacramentum, ac tantum contineri in specie altera, quantum in prima panis ; itaque sacrilege dividebant mysterium ; at sic fideles mysterium non dividunt. Eadem est ad S. LEONEM responsio, ut jam ex supradictis constat. Inde sanxit GELASIUS, ut *integra sacramenta percipiant*, id est, utramque speciem ; vel si nolint, penitus arceantur.

329. Obj. IV. Ex ratione. 1^o. Eucharistia instituta est per modum convivii : atqui hoc non habetur per unicam speciem, puta cibi ; ergo.

2^o. Instituta est in commemorationem mortis Christi, juxta Apostolum 1. ad Cor. 11. 26. *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Sed in sumptione unius speciei non habetur commemoratio, vel representatio mortis Christi.

3^o. Saltem cum Christus usum calicis non prohibuit, injuste fecit Ecclesia eo fideles fraudando.

Ad 1^{am}. R. D. Maj. Per modum convivii corporalis N. spiritualis C. Inter hæc vero convivium istud est discriminis, quod in corporali cibo non contineat potum ; in Eucharistico vero quod habet rationem cibi, contineat in se potum, et quod habet rationem potus, contineat cibum ; quia corpus Christi non est sine suo sanguine, nec sanguis sine corpore ; ergo sub una specie quoad rem habetur hoc convivium.

Ad 2^{am}. R. C. Maj. D. min. Non habetur hæc representatio tam expressa C. non habetur sufficiens N. Hoc ipso enim, quod sumatur species panis, sub qua vi verborum solum corpus ponitur, significatur ejus a sanguine separatio, sicque Christi mors. Magis expressa quidem hæc significatio est, si utraque seorsim species sumitur ; sed hæc ad Eucharistiam spectat, ut sacrificium est, non ut sacramentum, in quo sufficit hæc significatio, vel representatio quoad rem et substantiam. Sicut, licet in baptismo tria

immersio magis expresse significet sepulturam Christi ; sufficit tamen affusio, vel aspersio.

Ad 3^{am}. R. N. Assert. Christus usum calicis non prohibuit, sed nec præcepit. Cur vero Ecclesia eum prohiberet, multæ gravesque causæ fuerunt, quas refert Catechismus Romanus Part. 2. de Euchar. 1^o. Periculum effusionis, quod sæpe vix est moraliter evitabile in concursu populi, dum tremuli senes, juvenes non satis culti, etc. ad Eucharisticam mensam accurrunt. 2^o. Quia Eucharistia servari debet pro infirmis, pronum est, aura præsertim calida, vini species, non sine injuria sacramenti, in acetum degenerent. 3^o. Ut esset in sumendo hoc sacramento uniformitas, cum sint multi vino abstemii a natura. 4^o. Ut convelleretur Jacobelli, Joannis Huss hæresis, sacrilegium esse docentium, unam tantum speciem sumere ; tum eorum, qui inficiabantur, sub una specie Christum totum contineri.

ARTICULUS III.

DE MINISTRO ET SUBJECTO EUCHARISTIAE.

Minister Eucharistiae duplex distinguitur, consecrandæ, et dispensandæ.

De ministro Eucharistiae consecrandæ multiplex error fuit. Fuere, qui potestatem hanc mulieribus tribuerent, ut Gnostici, de quibus IRENEUS L. 1. cap. 9. Waldenses cuilibet laico, modo probis esset moribus, concedebant hoc, quod cuilibet sacerdoti, si esset improbus, abrogabant. Hoc quoque in dubium revocaverat Wicleffus, teste THOMA WALDENSI L. 2. de Sacram. c. 7. Sed, quod Wicleffus revocabat in dubium, definiit LUTHERUS, sacerdotium commune omnibus faciens Christianis ; ideoque, dum poscit necessitas, quemlibet de plebe posse Eucharistiam conficere, quanquam id alias permitti non oporteat, ordinis et disciplinæ causa. L. de Captiv. Babyl. cap. de Ordine.

330. Dico I. Sacerdotes soli Eucharistiae consecrandæ ministri sunt, nec id ulli alteri mortalium competit. Est de fide, juxta TRIDENTINUM Sess. 22. can. 2. Ante quod idem tradiderat CONCILIUM LATERANENSE IV. relatum cap. Firmiter, de SS. Trinit. sed et FLORENTINUM in Decreto.

Prob. I. Ex S. SCRIPTURA Luc. 22. 19. ad solos Apostolos, eorumque successores sacerdotes dixit Christus : *Hoc facite in meam commemorationem.* Neque enim potestatem hanc datam per illa Christi verba fidelibus singulis fuisse, ex ipsa Apostolorum praxi constat, cum nunquam legatur, munus hoc quemquam alium obivisse præter Apostolos, et quos ipsi consecrassent presbyteros. Unde et aiebat Paulus 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi ; consecrans vero ut minister Christi agit, cujus in persona ac nomine dicit : Hoc est corpus meum.*

Prob. II. Ex TRADITIONE constanti Ecclesiae. S. JUSTINUS M. Apol. 1. n. 65. 66. ait *eum qui fratribus præest rerum universarum Patri per nomen Filii et Spiritus sancti offerre Eucharistiam juxta mandatum, quod Apostolis Christus dedit, cum accepto pane dixit : hoc facite.* TERTULLIAN. L. de Cor. mil. (opp. p. 102. A.) refert ad traditionem Apostolicam, quod Eucharistiam *non de aliorum manu, quam presidentium sumamus.* Quanto magis igitur ad hos confectio pertinebit ? S. EPIPHAN. epist. ad Joannem Hierosolymit. (opp. t. 2.

p. 312.) apud hunc se purgat, quod in ejus diœcesi presbyterum ordinasset, hac ratione, ne multitudo sanctorum fratrum ibidem degentium sacris privarentur mysteriis, cum non haberent, qui sibi divina Sacramenta conficerent. At inepta hæc ratio fuisset, si de plebe quilibet posset in necessitate etiam reliqua, excepto baptismo, præsertim Eucharistiam conficere.

Sed et Conc. generale NICENUM I. id diserte tradidit Can. 18. vetans; ne presbyteri ab iis, diaconis, qui potestatem non habent offerendi Christi corpus accipiant. (Lab. t. 2. p. 43. D.) At si diaconi nequidem ministri sint consecrandæ Eucharistiæ, quanto minus clerici inferiores alii, vel ipsa plebs? Plura testimonia BELLARMIN. exhibet.

Argumenta, quæ hic contra ab adversariis fieri possunt, singula ex capitali et generali eorum principio fluunt, non esse jure divino discrimen ministros Ecclesiæ inter et laicos. Quæ vero soluta, ne actum agamus, vide Tract. de Sacram. Ord. Dissert. I.

331. *Dico II.* Minister Eucharistiæ dispensandæ ordinarius jure divino est solus sacerdos; extraordinarius vero diaconus.

Pars 1^a. probatur ex laudata Christi sententia Luc. 22. *Hoc facite*; et ipse Eucharistiam a se consecratam singulis distribuerat. Huc etiam illud Pauli 1. Cor. 4. pertinet: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi*; et dispensatores Mysteriorum Dei. Unde et TRIDENT. Synodus docet, id semper moris fuisse in Ecclesia, ut laici a Sacerdotibus communionem acciperent.

Pars 2^a. ex traditione et praxi Ecclesiæ patescit; posse enim diaconos Eucharistiam dispensare, S. CYPRIANUS tradit Tract. de lapsis, ubi ait, diaconum calicem presentibus offerre. Pariter Conc. NICENUM I., dum vetat, ne diaconi presbyteris Eucharistiam præbeant, eo ipso supponit, quod distribuere aliis possint; si tamen licentia accedat Episcopi. *Diaconus*, ait Concilium CARTHAGIN. IV. Can. 38. (Lab. t. 2. p. 1203. C.) *presente presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.* Nunc tamen, quia usus hic non viget hodie, et rei novitas offendere posset populum, licentia illa, non a presbytero simplici, sed episcopo exspectanda est.

332. Clerici igitur diaconis minores in cœtu publico et solemniter dispensare Eucharistiam non possunt; quia nusquam illius rei vestigium est.

Dixi: in cœtu publico, id est, in Ecclesia; privatim tamen posse in necessitate, docet praxis primævæ Ecclesiæ; sic enim S. Tharsicum martyrem acolythum, cum corporis Dominici sacramenta ferret, interemptum fuisse a paganis, referunt Martyrologia BÈDÆ, ADONIS, USUARDI. Acolythos olim Eucharistiam solitos deferre ad absentes, testatur INNOCENT. I. epist. ad Decent. (Lab. t. 2. p. 1247. B.).

Quin et laicos aliquando fuisse adhibitos, ut in necessitate Eucharistiam ministrarent, refert EUSEB. L. 6. cap. 44. narrans, presbyterum per famulum misisse Eucharistiam ad ægrotantem Serapionem. Sed et laicos detulisse olim ex Ecclesia sacras particulas domum, ut per hebdomadam eas sibi ministrent, diximus num. 325. testanturque Patres, S. Cyrillus catech. 5. mystag. n. 21., instruens, quomodo ab his recipienda particula sacra: *Non expansis manuum volis... sed concava manu suscipe corpus Christi.* S. BASILIUS epist. ad Cæsarium. Ac S. AMBROSIVS THEODOSIVM imperatorem post

Thessalonicensem cædem sic, teste THEODORETO L. 5. cap. 17. (al. 18.) alloquebatur: *Qui manus injusta cæde respersas extendere audes, et eisdem sacrosanctum corpus Domini accipere? Aut quomodo venerandum ejus sanguinem ori obmovebis?*

Id tamen discriminis viros inter et mulieres fuit in Occidentali Ecclesia, quod viri nuda manu, mulieres vero subjecto linteolo, quod *Dominicale* dicebatur, Eucharistiam acciperent. *Non licet mulieri*, inquit Conc. ALTISIODORENSE Can. 36. (Lab. t. 5. p. 960. D.) *nuda manu Eucharistiam accipere.* Et S. AUG. serm. 252 de Tempore (al. in App. serm. 229. n. 5.) *Mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi corpus Christi accipiant, sic corpus castum, et cor mundum exhibeant.* Verum mos ille a pluribus seculis, cessantibus causis, cessavit in Ecclesia; ideoque TRIDENTINUM Sess. 13. cap. 8. docet, retinendum morem, quem ait ab Apostolis descendere, ut laici a sacerdotibus communionem accipiant. A qua tamen disciplina dispensatum fuit in seculo XVI., cum MARIA Scotorum regina, quæ in carcere detenta, mortique vicina Eucharistiam, quam apud se habebat, sibi ministrasse dicitur.

333. *Dico III.* Subjectum Eucharistiæ solus et omnis homo baptizatus est, et capax, si a gravibus peccatis immunis est, ad Eucharistiam suscipiendam cum fructu.

Pars 1^a. constat inde, quia baptismus cæterorum sacramentorum cum janna sit, sine eo nullum aliud percipi potest.

Pars 2^a. elucet hinc, quia baptizatorum nemo in S. Scriptura usquam excluditur.

Pars 3^a. ex dictis de sacramentis in genere liquet; quia sacramenta causarum naturalium necessariorum instar, ubi non inveniunt obicem, effectum producent.

Varia tamen Ecclesiæ disciplina fuit quoad varium hominum genus. 1^o. *Infantibus* olim usque ad seculum XII. Ecclesia Eucharistiam præbuit; quod quidem in Latina abrogatum, non tamen in Græca teste ARCIDIO L. 3. de Sacram. Euchar. cap. 40. 2^o. *Energumeni* passim ab hoc sacramento arcebantur; in extremo tamen vitæ discrimine iis etiam concessum fuisse ex Conc. ELIBERITANO Can. 37. (Lab. t. 1. p. 974. E.) intelligitur, ubi statuit: *eos, qui a spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si vero fuerint fideles, dandam iis esse communionem.* Quin etiam extra vitæ periculum datam ipsis fuisse Eucharistiam, si lucidis vel pacificis intervallis gauderent, testatur Synodus ARAUSICANA Can. 14. (Lab. t. 3. p. 1450. A.) quod et hodie obtinet. 3^o. *Amentes*, durante amentia, ad Eucharistiam non admittebantur; fuitque eadem ipsorum ratio, quæ energumenorum. His tamen in mortis periculo constitutis præbendam Eucharistiam decrevit ARAUSICANA Synodus Can. 13., et CARTHAGINENSIS IV. Can. 76. (Lab. t. 2. p. 1206. A.) Nunc vero his non porrigitur, nisi dum intervallis lucidis fruuntur. 4^o. Qui graviorum scelerum in vita reos se fecerant, licet moribundis olim negabatur in Hispania, Gallia, ut colligitur ex Conc. ELIBERITANO, item pro Africa, ex Cypriano epist. 52. ad Antonianum. Quod idem circa ultimo supplicio afficiendos in Gallia, Hispania, variisque Germanie provinciis observatur.

CAPUT IV.

DE EUCHARISTIA, UT SACRIFICIUM EST, SIVE DE SACRIFICIO MISSÆ.

Sacrificium est *oblatio rei sensibilis a ministro legitimo facta Deo, per realem aliquam immutationem rei, ad testandum supremum Dei in nos dominium, nostrique subjectionem*. Dicitur 1^o. *oblatio rei sensibilis*; est enim cultus Dei externus; res vero tam animata, quam inanimata esse potest sacrificii materia. Per hoc differt a sacrificiis impropriis, precibus, cantibus, actibus internis, piis operibus. 2^o. *Facta a legitimo ministro*; hoc est homine ad id specialiter et legitime deputato; non enim cujuslibet est offerre sacrificium. In Lege naturæ ad hoc deputabantur vel instinctu Dei, ut Abel, Abraham; vel ab hominibus, ut patresfamilias, primogeniti, qui tunc saltem non erant ad id ex ordinatione quadam divina inhabiles: in Lege scripta vero ex ordinatione divina soli Aaronis filii, excepto solo sacrificio agni paschalis juxta num. 230. 3^o. *Facta Deo, scilicet soli*; sacrificium enim actus patriæ est, qui soli Deo exhiberi debet. Hinc S. Aug. L. 10. de Civit. cap. 4. *Quis sacrificandum censuit nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit?* 4^o. *Per aliquam immutationem rei, qua videlicet res desinat esse physice, vel moraliter sic, ut ad usus suos naturales non amplius apta permaneat*. 5^o. *Ad testandum supremum Dei in nos dominium, et nostram subjectionem*; ad hæc enim duo præcise significanda assumitur, ita ut, si animo alio fiat, signum evadat falsum, cum significato hæc sacrificio essentialis sit. Postquam igitur hactenus Eucharistiam consideravimus, ut sacramentum est ad nostram sanctificationem institutum, superest, ut illud, qua sacrificium est ad Dei cultum ordinatum, consideremus.

ARTICULUS I.

UTRUM IN MISSA OFFERATUR DEO VERUM AC PROPRIE DICTUM SACRIFICIUM?

334. *Pramitto*. Antiquissimum *Missæ* vocabulum est, jam a S. AMBROSIO usurpatum L. 4. epist. 33. (al. classe 1^a. epist. 20. n. 4. ad Marcellinam sororem.) et S. AUGUSTINO serm. 237. de Tempore (al. 49. c. 8.) Nominis hujus etymologiam alii ex hebraico *Missah*, quod oblationem significat, derivant; alii græcis e fontibus. Longe verosimilius a latino *mitto*, missum facio, ortum ducit, sic ut *Missæ* idem sit, quod *missio*, dimissio; in Conc. enim CARTHAGINENSIS IV. CAN. 84., ILERDENSIS CAN. 4. (Labb. t. 4. p. 1612. A.) permittuntur Gentiles; Judæi, Hæretici permanere in Ecclesia, usque ad *Missam*, id est, dimissionem *catechumenorum*; et dicente S. Ave. serm. 237. de Temp. *Post sermonem fit Missa catechumenis*, id est, dimittuntur, manebunt fideles. Nimirum ut ex Conc. VALENTINO (in Hispania) CAN. 1. (Labb. t. 4. 1617. E.)

constat, pars illa officii divini ex precibus, lectione, verbi divini expositione constans usque ad Offertorium passim dicebatur *Missæ catechumenorum*. Pars reliqua vero ab Offertorio usque ad finem erat *Missæ fidelium*, teste ALCUINO Lib. de Offic. Eccles. et celebrat. *Missæ* c. 40. (al. L. de divinis officiis.) Sicut namque ante Offertorium Catechumeni, sic Officio toto peracto fideles dimittebantur, clamante Diacono: *Ite, Missæ est*. Totum vero *Missæ* officium cum singulis, quibus constat, ceremoniis a Græcis *leitourgia* nuncupatur.

Missam in sensu Catholicorum sic dictam verum ac proprie dictum novæ Legis sacrificium esse, Novatores posteriorum temporum una voce pernegant, contententes: non aliud in Lege nova, post peractum cruentum illud a Christo in cruce, dari sacrificium, quam improprie dictum ac spirituale *laudis, precum, bonorum operum*. Contra quos hic instituitur disputatio, præscindendo adhuc, in qua *Missæ* parte reperitur veri ratio sacrificii, ac

335. *Dico*. *Missæ* est verum ac proprie dictum novæ Legis sacrificium. Est de fide juxta Concilium TRIDENT. Sess. 21. Can. 1.

Prob. I. EX MALACHIA Prophetarum ultimo, per quem cum reprehendisset Deus sacerdotes veteris Legis, quod in contemptum suum obtulissent *panem pollutum, pecus claudum et cæcum*, Malach. 1. v. 7. et seq., prædicit, se reprobaturum eorum sacrificia, et substituturum oblationem mundam, ibidem vers. 10. *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum*. Unde *subs.*: atqui per illam oblationem novam, vel sacrificium novum, quod hic prædicit Deus, successurum repudiatis Judæorum sacrificiis, nullum aliud intelligi potest, quam *Missæ* sacrificium; ergo.

Prob. subs. 1^o. Nullum enim aliud assignari potest; non 1. aliud novum sacrificium Judaicum; hæc enim simpliciter omnia reprobanda dicuntur a Deo: *Non suscipiam munus de manu vestra*. 2. Non sacrificium aliquod paganorum; sacrificium enim falsis gentium Diis oblatum quomodo respectu Dei *oblatio munda* dici potest? 3. Non cruentum sacrificium Christi in cruce; hoc enim non nisi semel, et uno in loco Hierosolymis nec inter gentes, sed Judæos oblatum fuit. 4. Non demum sacrificium spirituale precum, etc.; hoc enim sacrificium novum non est quod ab initio mundi fuit; nec preces, orationes, eleemosynas similiaque opera pia abrogavit Deus. Nec refert, quod dicatur in præsentibus, *offertur*; nam familiare est Prophetis, res futuras proponere in præsentibus, et præteritis, ut Ps. 21. *Diviserunt sibi vestimenta mea*, etc. Et vero hic in futuro debere accipi, ipsa res clamat; quænam enim ista *oblatio munda*, quæ Malachiæ tempore offerebatur in toto mundo inter Gentes idololatrias vero Deo?

2^o. Hanc Malachiæ prophetiam de novæ Legis sacrificio Eucharistiæ, quod in *Missæ* offerimus, semper intellexerunt Patres.

S. JUSTINUS M. in Dialogo cum Tryphone Judæo (opp. p. 260. B.) *De nostris gentium, quæ in omni loco offeruntur, sacrificiis, hoc est, pane Eucharistiæ, et poculo similiter Eucharistiæ jam tum locutus Malachias, prædicit, nos quidem glorificare nomen ejus, vos autem profanare*.

S. IRENEUS L. 4. cap. 32. (opp. p. 249. c. 17. n. 5. edit. Massuet.) *Eum, qui ex creatura panis est, accepit, et gratias egit dicens: Hoc est corpus meum, et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, et novi Testamenti novam docuit oblationem. Quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo, ei qui alimenta præstat... De quo in duodecim Prophetis Malachias sic præsignificavit: Non est mihi voluntas in vobis, etc. Cf. eumd. ibid. c. 34. (al. 18. n. 2. et 4.).*

Similia S. CYPRIAN. habet L. 2. contra Judæos cap. 16., S. AUG. L. 18. de Civit. cap. 25., S. CHRYSOSTOM. in Ps. 95., aliique apud BELLARMIN.

336. *Prob. II.* Christus Ps. 109. dicitur *Sacerdos in æternum secundum ordinem* (hebraice ritum vel morem) *Melchisedech*. Quod ex Ps. hoc repetit Apostolus ad Hebr. 5. v. 6., et cap. 7. amplius urget ob vaticinium illud, necessarium esse, ut exurgat sacerdos alius secundum ordinem, non Aaronis, sed Melchisedech v. 11. 14. Ergo Christus offerre debuit sacrificium simile ei, quod obtulit Melchisedech: atqui Melchisedech obtulit sacrificium incruentum in pane et vino, Gen. 14. *Melchisedech Rex Salem proferens panem et vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi*; ergo et Christus tale sacrificium incruentum sub speciebus panis et vini offerre debuit. Et quoniam Ps. 109. vocatur *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, et Hebr. 7. 26. sine successore, hæc ratio, vel hic sacrificandi ritus debet ab eo servari usque ad finem mundi; quod facit per sacerdotes sui vicarios, quibus idcirco dixit in ultima cœna: *Hoc facite, etc.*

Nec dici potest, Christum præfiguratum fuisse in Melchisedecho, quia 1º Melchisedech fuit *Rex Salem*, id est, pacis, quod Christo convenit. 2º. Quia dicitur *sine genealogia*, quibus Christi significatur divinitas; hæc enim evincunt quidem, Christum etiam quoad illa præfiguratum fuisse in Melchisedecho; sed nondum fuisse *Sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech*.

Sed hoc Davidis vaticinium plerique Patres ad Missæ sacrificium interpretantur.

S. CYPRIAN. L. 2. epist. 3. ad Cæciliam in laudata verba Ps. 109. *Quis magis Sacerdos Dei summi, quam Dominus noster Jesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, id est, panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem.*

CLEMENS ALEXANDRIN. L. 4. Stromat. (opp. p. 392. E.) *Melchisedech Rex Salem, sacerdos Dei altissimi, qui vinum et panem sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucharistiæ.*

S. AUG. epist. 95. (al. 177.) ad Innocent. Papam: *Melchisedech prolato sacramento mensæ Dominicæ novit æternum ejus sacerdotium figurare.*

Paria habent S. HIERON. in QQ. in Genes. ad cap. 14., EUSEB. Cæsareensis L. 5. Demonstrat. Evangel. cap. 3., THEODORET. Comment. in Ps. 109.; aliique plurimi relati a BELLARMINO.

337. *Prob. III.* Rationibus theologis. 1º. Datur in Ecclesia altare, dicente Apostolo ad Heb. 13. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt*; sed altare non nisi ad offerenda sacrificia vera erigi-

tur; spiritualia enim sacrificia precum, piorum operum altari non indigent. 2º. Nulla unquam extitit Religio sine sacrificio sibi proprio, ut patet inductione Legis naturæ, et scriptæ; imo Gentilium: unde et S. AUG. L. 19. contra Faustum c. 11. ait: *In nullum nomen religionis seu verum, seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilibus consortio colligentur*; ergo cur sola Religio nostra eo careat? Nec dicant adversarii, quia Christus in cruce abunde satisfacit pro peccatis nostris; nam 1. etiam pro hominibus in Lege naturæ, et scripta satisfacit. 2. Sacrificium principaliter ordinatur ad cultum Dei, supremum ejus testandum dominium. 3. Satisfecit quidem quantum ad sufficientiam soluti pretii; sed quantum ad efficaciam debet per sacrificium Missæ, sicut per sacramenta nobis applicari.

Demum sacrificium Missæ habet omnia, quæ ad sacrificium verum requiruntur: 1º. Sacerdos Christus principalis offerens sacerdotum ministerio; 2º. altare; 3º. oblatio externa rei visibilis, nimirum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini; 4º. immutatio materiæ, scilicet mystica, quatenus vi verborum corpus et sanguis separantur.

Objectiones quæ afferri solent parlim probationes ex Scriptura desumptas impugnant; partim aliunde ex S. Scriptura et ratione petuntur contra sacrificii in nova Lege existentiam.

338. *Obj. I.* contra prophetiam Malachiæ. 1º. S. Scriptura loquens de Christianorum sacrificiis sæpe ea improprie accipit, scilicet pro spiritualibus, ut 1. Petr. 2. 5. omnes dicuntur *Sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias*. Ad Philipp. 2. 17. sacrificia dicuntur fides, laus Dei, liberalitas; ergo et tale per Malachiam prædictum fuisse dici potest.

2º. Malachias utitur voce *Mincha*; sed hæc non semper sacrificium proprie dictum sonat. *Prob. min.* Nam vox hæc etiam simpliciter prolata donum quodcumque significat, a radice deperdita *manach* donavit, vel *nacha* adduxit; sed non omne donum est sacrificium.

3º. *Mincha* proprie dicta, est similia conspersa oleo et mixta thure, qualis oblatio non offertur ullibi a Christianis; ergo oblatio illa futura non nisi improprie talis est, consistens in precibus, etc.

4º. Dum in Vulgata nostra legitur: *in omni loco sacrificatur*; LXX. habent *θυμιαμα προσάγειται* *Thymiama offertur*; et hebræus textus (muqtar) *suffimentum; incensum fiet*. Unde sic: atqui *incensum* hic sumitur metaphorice pro orationibus; ergo etiam *Mincha*.

5º. Etiam Theologi Catholici hunc Malachiæ locum interpretati sunt de sacrificiis spiritualibus, ut Arias Montanus, Clarius, qui Concilio Tridentino interfuere, aliique, ut Athaide, Forrerus in eod. Concilio.

Ad 1º. R. N. *Cons.* Ex eo enim, quod in Testamento novo pia Christianorum opera vocentur aliquando *hostiæ*, non sequitur: ergo in Testamento novo nullum plane datur verum sacrificium. Præterea quando S. Scriptura de sacrificio improprie loquitur, semper adjicit tales particulas limitantes, e quibus hoc colligitur, ut fit in textibus objectis, velut: *spirituales hostias, etc.* Sed dum in S. Scriptura sacrificium, oblatio, victima simpliciter sine limitatione ponuntur, sumuntur proprie; sic ob hanc rationem *Mincha* munus hic vers. 10. ab omnibus sumitur proprie pro certo sacrificio, confecto ex similia, oleo et thure, juxta Levit. 2. et 6.; ergo et *Mincha tehora, obla-*

tio munda, quæ futura prædicatur vers. 11. non de spirituali, sed vero externo sacrificio accipi debet. Unde et LXX. vertunt: *θυσία καθαρά*, *victima munda*.

Ad 2^{um}. R. C. Maj. N. min. Ad hujus prob. D. Maj. Si offeratur, mittatur hominibus, ut Jacobus misit Esau Gen. 32. v. 14. 19. 21. C. secus N.

Ad 3^{um}. R. N. Cons. Etsi enim nunc talis oblatio non fiat; poterat tamen per *Mincha* Leviticorum sacerdotum prædici sacrificium Legis novæ, quatenus hoc et illud in propria ratione veri sacrificii conveniunt: sicut videlicet sacrificium ovium, arietum Legis veteris significabant sacrificium Christi mactandi in cruce, quatenus hoc vera fuit victima et verum sacrificium; licet aliud esset corpus, quod in cruce offerretur.

Ad 4^{um}. R. Tr. subs. N. Cons. Disparitas est; quia hic pro gemino Leviticorum sacerdotum defectu prædicatur substituenda gemina perfectio in Lege nova. In veteri *Mincha* deerat 1^o. ex parte offerentis pietas juxta illud Malach. 1. vers. 6. 7. 8. *Despicitis nomen meum*. Unde ait Deus v. 10. *Non est mihi voluntas in vobis*. 2^o. Ex parte rei oblatae bonitas et integritas v. 7. *offeritis panem pollutum*, in aliis sacrificiis *occum*, *claudum*, *languidum*; ob quod dicit Deus: *Non suscipiam munus de manu vestra*. Pro hoc secundo defectu promittitur substituenda *oblatio munda*, omni carens defectu, scilicet Christus in Eucharistia. Primum defectum vero compensabunt sacerdotes novi Testamenti, qui majore cum devotione, ut ait S. CHRYSOSTOM. in Ps. 95. hanc oblationem Deo litabunt. Sicut vero pietas, quæ in Leviticis sacerdotibus deerat, sacrificium proprie dictum esse non poterat, sic neque thymiana seu incensum hoc, *muqtar*, ut proprium sacrificium non prædicatur. Secus vero *oblatio munda*, *mincha tehora*, quæ veris Judæorum sacrificiis prædicatur successura.

Ad 5^{um}. R. Ariste Montani auctoritate et opinione singulari haud detinemur, nisi melius auctoritate Patrum, quos in conclus. retulimus. De Athaide vero et Forrero id quidem dixerat Sarpus, Servita schismaticus, sub nomine Petri Suavis in depravata sua Concilii Tridentini historia; sed falso, ut ostendit Cardin. PALLAVICIN.

339. Obj. II. contra prob. 2^{um}. ex Ps. 109. 4^o. Pro eo, quod in Vulgata legatur *Sacerdos*, in hebræo est *Cohen*; sed hoc in S. Scriptura, etiam principem significat; sic enim 2. Reg. 8. 18. filii Davidis dicuntur *Cohenim*, id est, principes; ergo dici potest, Christum fuisse principem secundum ordinem Melchisedech.

2^o. Licet Melchisedech sacerdos fuerit; non tamen evincitur ex Scriptura, eum sacrificasse panem et vinum; ergo. Prob. Ant. Gen. 14. tantum dicitur: *Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum*; ergo non sequitur, quod sacrificarit.

3^o. Paulus epist. ad Hebr. cap. 7. describit omnia, quæ ad figuram Melchisedech pertinebant, quin verbo meminisset, eum sacrificasse panem et vinum; ergo Melchisedech non fuit figura Christi oblatione panis et vini.

4^o. Etiam sacerdotes Aaronici adhibebant sacrificium panis et vini Exod. 29., Num. 28.; ergo non erat hoc proprium Melchisedech.

340. Ad 1^{um}. R. D. min. Etiam principem significat aliquando C. semper

et communius N. Proprie sacerdotem significat; derivatur enim a *Kihen*, sacerdotio functus est. Quod vero Gen. 14. per *Cohen* intelligi debeat verus sacerdos, constat 1^o. ex hebræo, ubi habetur: *ve hu cohen elion*, id est, et ipse sacrificans Deo altissimo. 2^o. Ex LXX., qui habent: *Sacerdos Dei altissimi*: *ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου*. 3^o. Quid novi narrasset Moyses, si, quem jam regem prædicaverat, postea principem dixisset? Sed 4^o. Paulus in epist. ad Hebr. aperte supponit, Melchisedechum sacerdotem fuisse; ex hujus enim sacerdotio probat præcellentiam sacerdotii Christi præ Aaronico.

Ad 2^{um}. R. N. Ant. Ad prob. N. Cons. Nam *τὸ proferens* hic idem sonat, quod *offerens*. Pro quo

Observeq: In Hebræo legi *hotsi*; *produxit*, a *iatsa*; sed cum hæc vox varie accipiatur, vertenda est, prout loci sensus et circumstantiæ poscunt. Sic Exod. 12. 51. *hotsi* sumitur pro *educit*, scilicet filios Israel ex Ægypto. Is. 42. v. 1. pro *judicium protulit*. Sed Jud. 6. 18. pro *sacrificium offerre*; et ita hic sumitur, ut patet ex Hebræo cit. *et erat sacrificans Deo altissimo*, vel ex Vulgata nostra, quæ vertit: *erat enim sacerdos Dei altissimi*; quæ causalis alioqui inepte adderetur.

Nec dicas 1^o. Hæc: *erat sacerdos Dei*, non est necesse referre ad præcedentia, sed potius pertinent ad hæc sequentia: *benedixit ei*; ergo illa: *erat sacerdos*, non adduntur ut causa producti panis et vini.

R. N. Ant. Nam in Hebræo post illa verba: *erat sacerdos*, ponitur accensus *soph pasuch*, qui indicat, periodum ibi terminari; eaque interpunctio est in chaldaico, græco et latino textu; ergo hæc: *erat sacerdos*, ad præcedentia adhuc pertinent.

Nec dicas 2^o. in Hebræo non haberi particulam causalem *ki*, enim, sed copulativam *ve*, quæ et vel autem significat; nam particula *ve* frequentissime ab Hebræis et in Scriptura pro *causali* adhibetur; cujus rei plurima exempla exhibet noster PERRERIUS in illum locum Genes. velut Gen. 30. *Experimento didici, quia benedixit mihi Dominus*, ubi pro *quia* habetur *ve*. Quod vero et hic sumatur ita, inde patet, quia redditur ratio, cur Melchisedech panem et vinum protulerit; *quia erat sacerdos*, ut habet Samaritana editio.

Sed neque ob stare debet Complutensis editio LXX. quæ habet *ἔθηκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον*, *obtulit ipsi*, scilicet ABRAHÆ, *panes et vinum*; nam 1^o. *τὸ ipsi* nec in Hebræo legitur, nec in græca editione Romana LXX., ut proinde hinc corrigenda potius sit editio Complutensis; præsertim, quod *τὸ ipsi* non insit versionibus aliis, chaldaicæ, samaritanæ, etc. 2^o. Hinc id solum probabile fit, Melchisedechum dedisse de pane et vino ante sacrificio ipsi Abrahæ et militibus in victoriae et lætitiæ signum, more non tantum apud ethnics, sed etiam Hebræos usitato, ut tum religionis, tum lætitiæ causa vescerentur omnes de iis, quæ fuerant sacrificata. De Hebræis id conficitur ex 1. Reg. 9. ubi: *Ipsa benedicet hostiæ, et comedent, qui vocati sunt*. Et 1. Paral. 16. 3. post oblata pacifica *divisit universis per singulos a viro usque ad mulierem*, etc. De ethnics ex Act. 15., ubi prohibentur vesci de idolothytis.

Ad 3^{um}. R. Cur Paulus explicitam ejus mentionem non faceret, causa erat, quia nihil faciebat ad ejus intentum, quod erat, monstrare præcellentiam sacerdotii Christi præ Aaronico, hoc argumento: Melchisedech fuit sacerdos

excellenter Aaron: sed Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech; ergo. *Maj. probatur* his rationibus: 1°. Quia Melchisedech benedixit Abraham; et consequenter Aaroni, qui tunc continebatur in lumbis Abraham; majoris autem est benedicere minori. 2°. Melchisedech accepit decimas ab Abrahamo, et sic quoque ab Aaron. 3°. Melchisedech quamdam quasi aeternitatem habere videtur, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. At Aaronis ac Levitarum familias, ortum, finem Scriptura refert. Sacrificium vero panis et vini hisce non additur, eo quod non videretur quid majus esse, quam alia sacrificia Mosaica, in quibus præter panem et vinum etiam animalia offerebantur.

Ad 4^{am}. In Aaronicis sacrificiis offerebatur panis et vinum tanquam pars, aut condimentum, non ut materia integra, aut sacrificium præcipuum; sed præcipua Aaronis sacrificia offerebantur in animalibus, quibus immolationes et libamina panis ac vini solum accedebant. Sed oblatio panis et vini solius Melchisedechi præcipuum, et integrum fuit.

Dices: Præcipuum sacrificium Christi cruentum fuit, quod in cruce obtulit; ergo vel Melchisedech etiam cruenta sacrificia obtulit; vel Christus non erat sacerdos secundum ordinem Melchisedechi, sed potius secundum ordinem Aaronis.

R. N. Cons. Sacerdos enim secundum ordinem Aaronis nasci debebat de Tribu Levi; ergo, etsi se Christus cruenta obtulerit in cruce; non tamen ideo vel sacrificium hoc, vel ipse dici poterat sacerdos secundum ordinem Aaronis, quod solerter notat Paulus ad Hebr. 7. 14. *Manifestum est enim, quod ex Juda ortus est Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.* Præterea Aaronica sacrificia cruenta quidem erant, sed typica; sacrificium contra crucis equidem cruentum, sed non typicum fuit, cum esset ipsa veritas in prioribus præfigurata. Pariter sacrificium crucis non erat secundum ordinem Melchisedechi, quia hoc, etsi typicum esset, non tamen cruentum fuit. Proinde Christus se ipsum in cruce offerens nec erat sacerdos secundum ordinem Melchisedechi, nec Aaronis, quia tunc nec sub forma panis, nec vituli alteriusve animalis, sed in forma humana se obtulit. Sequitur igitur necessario, ut sit Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cum debere habere sacrificium incruentum aliud sub forma panis et vini, quod jugiter offeratur in Lege nova; nec aliud est, quam istud Eucharistiæ.

Nec tamen inde adversarii inferant: ergo in Eucharistia est mera panis substantia, vini que, quia panis, quem produxit Melchisedech, erat talis quoad substantiam suam; nam figuratum non debet suæ figuræ esse in omnibus æquale; alioquin pariter inferam: sicut Melchisedech purus homo fuit; ita Christus per eum, Pauli testimonio, præfiguratus. Quousque igitur se figura hæc sacrificii Melchisedechi extendat, e verbis Christi discimus: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus;* quibus utriusque substantiæ in corpus et sanguinem Christi conversio intimatur ex dictis cap. 2. Ut igitur Melchisedech ratione sacrificii sui figura fuerit sacrificii nostræ Legis, vel Christi, sufficit panem et vinum converti in corpus et sanguinem Christi, remanentibus panis et vini speciebus.

341. *Obj. III.* In Lege nova datur tantum unum sacrificium, scilicet cruentum crucis; ergo. *Prob. Ant.* ex Apostolo ad Hebr. 9. 12. *Introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. v. 28. Semel oblatus est ad exarrenda peccata.* Et cap. 10. 12. *Unam pro peccatis hostiam offerens, sedet ad dextram Dei;* ergo.

R. D. Ant. Datur tantum unum sacrificium quoad substantiam hostiæ C. quoad modum offerendi N. Sacrificium missæ non differt quoad substantiam sacrificii in cruce, quia idem Christus, qui se obtulit in cruce, offertur in missa, sed modo tantum diverso; ille in cruce cruentus erat, alter incruentus est.

Ad prob. R. D. et explico: Hæc de Christo dicuntur relative ad sacrificium cruentum in cruce C. ad sacrificium missæ N. Apostolum loqui in cap. 9. de sacrificio cruento, constat ex vers. 26. *Alioquin eum oportebat frequenter pati ab origine mundi.* Pariter in cap. 10. opponit sacrificium Christi sacrificiis Testamenti veteris, quod, cum hæc ob imperfectionem hostiarum non potuerint auferre peccata, Christus se ipsum obtulerit; quæ oblationem in cruce respiciunt, quæ una sufficit plenissime ad redemptionem omnium.

342. *Obj. IV.* Ex Apostolo ad Hebr. 7. nunc in Lege nova non nisi unus Sacerdos est: *Alii quidem facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere; hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.* Ergo etiam, si nullus præter Christum sacerdos sit, non datur sacrificium aliud præter illud, quod ipse in ara crucis obtulit.

R. D. Ant. Non nisi unus sacerdos principalis et æternus est C. excludendo alios temporales, ministeriales N. *Una est hostia,* ait TRIDENT. Sess. 22. cap. 2. *idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa.* Apostolus vero differentiam sacerdotii Christi et Levitici in eo statuit, quod hi omnes fuerint tantum temporales, suosque haberent successores in eadem potestate et dignitate; sic Aaroni successit Eleazarus, huic Phinees, et sic porro; at Christus, cum æternus maneat, non habet successores in eadem potestate et dignitate; unde ejus sacerdotium longe præcellit Aaronico, quod in cap. 7. ostendere erat scopus Pauli. Etsi vero Christus non habeat successores in sacerdotio; potest tamen habere ministros temporales, quod non derogat summo ejus sacerdotio; tales enim et habebant summi sacerdotes in Lege veteri. Imo habere debet, cum alias non appareat, quomodo sit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dices: Juxta Apostolum ibidem Christum dici sacerdotem æternum, quia 1°. æternus vivit; 2°. quia *semper interpellat pro nobis v. 25.*; 3°. quia se semel obtulit in cruce, cujus sacrificii fructus æternum durat; 4°. quia per ipsum accessum habemus ad Deum Patrem, et accedentes per ipsum ad Deum semper salvare potest; ergo.

R. N. Ant. Cum enim Apostolus dicat cap. 8. v. 3. omnem Pontificem ad offerendum munera et victimas constitui, ideoque necessum esse, eum habere aliquid, quod offerat; inde infert, quia Christus sacerdos in æternum est, debere perpetuo offerre hostias, non terrenas, ut animalia, sed celeste quid, scilicet Eucharistiam; continuo enim v. 4. subdit: *Si ergo esset super terram, id est, si immolare deberet hostiam terrenam, animalia, etc.*

nec esset sacerdos, sive non esset necessarium ejus sacerdotium, cum essent, qui offerrent secundum legem, qui exemplari et umbræ deserviunt celestium.

Nec aliquid evincunt *rationes*. Non 1^a; quia sicut ex vita secundum non sequitur sacerdotium; sic neque ex vita æterna sacerdotium æternum, sed ex functione sacerdotali. Non 2^a; quia interpellare pro alio non est character primarius sacerdotii, sed oblatio hostiæ juxta Apostolum: *necesse est, et hunc habere aliquid, quod offerat*. Ad Hebr. 8. 3. Non 3^a; nam quod aliquando sacrificium obtulerit, cujus fructus æternus est, non ideo vere ac proprie est sacerdos æternus; sicut licet et meritum Christi per natiuitatem ejus, circumcisionem, etc. æternum duret, illud tamen offerendo Patri non ideo vere nasci, circumcidi dici potest. Sed sicut, ut sacerdos vere talis quis sit, veram debet habere hostiam, quam offerat; ita ut vere sacerdos æternus sit, debet perpetuo habere hostiam, quam offerat. Non 4^a; quia hæc ex se non arguunt sacerdotem, sed mediatorem. Demum quomodo, etsi gratis ea singula darentur, Christus esset sacerdos æternus, non qualiscumque, sed *secundum ordinem Melchisedech*.

343. *Obj. V.* Supervacaneum est sacrificium missæ; ergo. *Prob. Ant.* ex Apostolo ad Heb. 9. 12. 28. ut supra; item ad Heb. 10. *Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos*; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. R. D. Quoad sufficientiam pretii soluti pro redemptione et sanctificatione omnium *C.* Quoad applicationem etiam *N.* Sicut enim, non obstante ea oblatione valoris infiniti, vult per sacramenta, orationes, aliosque actus nobis applicari passionis suæ merita, et peccata remitti, ita et per sacrificium missæ incruentum.

344. *Obj. VI.* Eucharistia est sacramentum, quod Deus nobis dat; ergo non est sacrificium, quod nos damus Deo. Præterea Eucharistia est testamentum habens promissionem; sed ridiculum est, per testamentum dari ab hærede aliquid testatori: sed hoc fieret, si esset sacrificium; ergo.

R. 1^o. Male supponitur ab adversariis, sacrificium esse actionem nostram, ut contradistinctam ab actione Christi; sed Christus se nobis per Eucharistiam dat, et simul semetipsum offert Patri in missa per ministros.

R. 2^o. Sub diversa consideratione idem esse potest sacramentum nobis conferens gratiam, et sacrificium, quatenus actione aliqua immutatur, Deoque offertur. Demum 3^o. Eucharistia, ut est testamentum, non est formaliter sacrificium, sed signum ultimæ voluntatis; neque ut sacrificium consideratur, sic est actio hæredis propria, sed Christi, qui testator est.

ARTICULUS II.

QUALE SACRIFICIUM MISSA SIT, ET IN QUO ILLIUS ESSENTIA SITA?

345. *Præmitto.* Sacrificium dividitur varie: 1^o. Ratione *status* in sacrificium Legis naturæ, quale illud Abelis fuit; Legis mosaicæ; Legis evangelicæ.

2^o. Ratione *materiæ*, in victimas, immolationes et libamina. *Victimæ* vel *hostiæ* erant sacrificia, in quibus animalia, non quælibet, sed in lege præscripta offerebantur, oves, boves, capræ, hædi, vituli, columbæ, passerer, turtures. *Immolationes* sacrificia erant, quæ ex rebus inanimatis fiebant, sed solidis ex fructibus terræ, pane, simila, sale, thure. *Libamina* in rerum liquidarum oblatione consistebant, vini, aquæ. Animalia mactatione et aliquando concrematione offerebantur, liquida effusione; solida alia, varia immutatione; nam panis dissecabatur in frusta; simila coquebatur clibano, vel sartagine; sal urebatur; thus incendebatur; spicarum manipulus torrebatur; triticum conterebatur.

3^o. Ratione *formæ*, sive actionis, qua res immutabatur, in holocaustum, sacrificium pro peccato, hostiam pacificam. *Holocaustum* perfectissimum sacrificium erat, in quo res oblata concremabatur tota, ut nihil inde cederet in humanos usus. *Sacrificium pro peccato* cremabatur partim, partim cedebat sacerdotum usui; unde, qui de his comedebant, dicebantur comedere *peccata populi*, id est, hostias pro peccatis oblatas. *Hostia pacifica* offerebatur vel in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, vel eorumdem impetratione. Hostia hæc dividebatur in partes tres; prima comburebatur in honorem Dei; altera cedebat sacerdotibus; tertia offerenti.

4^o. Ratione *fnis*, in latreuticum, eucharisticum, propitiatorium, et impetratorium. *Latreuticum*, quod solummodo dirigebatur ad cultum Dei, et contestandum supremum ejus in creaturas dominium, nostramque servitutum; idque fiebat in holocausto. *Eucharisticum* in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis. *Impetratorium* pro obtinendis. *Propitiatorium* ad placandum Deum, pro peccatis condonandis, et avertendis pœnis. Quæritur hic, eæne species sacrificio missæ conveniant? Tum in quo præcipue hujus essentia sita sit.

346. *Dico I.* Quatuor illæ recensitæ species Missæ sacrificio omnino insunt. Est latreuticum, in quantum offertur Deo in agnitionem supremi ejusdem in omnia creata dominii: eucharisticum, in quantum fit in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis: impetratorium, quatenus pro gratiis obtinendis offertur: propitiatorium, quatenus in remissionem peccatorum, ac debitæ iis pœnæ peragitur. *Hujus veri sacrificii*, ait S. Auc. L. 10. de Civ. cap. 20. *multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum; cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur*; ergo diversæ illæ quatuor species sacrificiorum Legis veteris singulæ sunt in uno nostro sacrificio, de quo ibi loquitur S. Doctor. Unde et TRIDENT. Can. 3. anathema pronuntiat in asserentem: *Sacrificium Missæ nudam esse commemorationem sacrificii in cruce peracti*.

347. *Dico II.* Sacrificium Missæ formaliter spectatum pro ipsa offerendi et sacrificandi ratione in sola consecratione consistit.

Prob. I. Refutatione sententiarum aliarum; nam 1^o. non consistit in oblatione panis et vini, quæ consecrationem antecedit; quia sacrificium ex definitione et essentia sua non consistit in nudis verbis, sed in actione, qua immutatur et immolatur hostia: atqui oblatio illa prævia fit nudis verbis, nec destruit, vel immutat ullo modo hujus sacrificii hostiam, quæ Christus

nec esset sacerdos, sive non esset necessarium ejus sacerdotium, cum essent, qui offerrent secundum legem, qui exemplari et umbræ deserviunt celestium.

Nec aliquid evincunt *rationes*. Non 1^a; quia sicut ex vita secundum non sequitur sacerdotium; sic neque ex vita æterna sacerdotium æternum, sed ex functione sacerdotali. Non 2^a; quia interpellare pro alio non est character primarius sacerdotii, sed oblatio hostiæ juxta Apostolum: *neesse est, et hunc habere aliquid, quod offerat*. Ad Hebr. 8. 3. Non 3^a; nam quod aliquando sacrificium obtulerit, cujus fructus æternus est, non ideo vere ac proprie est sacerdos æternus; sicut licet et meritum Christi per natiuitatem ejus, circumcisionem, etc. æternum duret, illud tamen offerendo Patri non ideo vere nasci, circumcidi dici potest. Sed sicut, ut sacerdos vere talis quis sit, veram debet habere hostiam, quam offerat; ita ut vere sacerdos æternus sit, debet perpetuo habere hostiam, quam offerat. Non 4^a; quia hæc ex se non arguunt sacerdotem, sed mediatorem. Demum quomodo, etsi gratis ea singula darentur, Christus esset sacerdos æternus, non qualiscumque, sed *secundum ordinem Melchisedech*.

343. *Obj. V.* Supervacaneum est sacrificium missæ; ergo. *Prob. Ant.* ex Apostolo ad Heb. 9. 12. 28. ut supra; item ad Heb. 10. *Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos*; ergo.

R. N. Ant. Ad prob. R. D. Quoad sufficientiam pretii soluti pro redemptione et sanctificatione omnium *C.* Quoad applicationem etiam *N.* Sicut enim, non obstante ea oblatione valoris infiniti, vult per sacramenta, orationes, aliosque actus nobis applicari passionis suæ merita, et peccata remitti, ita et per sacrificium missæ incruentum.

344. *Obj. VI.* Eucharistia est sacramentum, quod Deus nobis dat; ergo non est sacrificium, quod nos damus Deo. Præterea Eucharistia est testamentum habens promissionem; sed ridiculum est, per testamentum dari ab hærede aliquid testatori: sed hoc fieret, si esset sacrificium; ergo.

R. 1^o. Male supponitur ab adversariis, sacrificium esse actionem nostram, ut contradistinctam ab actione Christi; sed Christus se nobis per Eucharistiam dat, et simul semetipsum offert Patri in missa per ministros.

R. 2^o. Sub diversa consideratione idem esse potest sacramentum nobis conferens gratiam, et sacrificium, quatenus actione aliqua immutatur, Deoque offertur. Demum 3^o. Eucharistia, ut est testamentum, non est formaliter sacrificium, sed signum ultimæ voluntatis; neque ut sacrificium consideratur, sic est actio hæredis propria, sed Christi, qui testator est.

ARTICULUS II.

QUALE SACRIFICIUM MISSA SIT, ET IN QUO ILLIUS ESSENTIA SITA?

345. *Præmitto.* Sacrificium dividitur varie: 1^o. Ratione *status* in sacrificium Legis naturæ, quale illud Abelis fuit; Legis mosaicæ; Legis evangelicæ.

2^o. Ratione *materiæ*, in victimas, immolationes et libamina. *Victimæ* vel *hostiæ* erant sacrificia, in quibus animalia, non quælibet, sed in lege præscripta offerebantur, oves, boves, capræ, hædi, vituli, columbæ, passereres, turtures. *Immolationes* sacrificia erant, quæ ex rebus inanimatis fiebant, sed solidis ex fructibus terræ, pane, simila, sale, thure. *Libamina* in rerum liquidarum oblatione consistebant, vini, aquæ. Animalia mactatione et aliquando concrematione offerebantur, liquida effusione; solida alia, varia immutatione; nam panis dissecabatur in frusta; simila coquebatur clibano, vel sartagine; sal urebatur; thus incendebatur; spicarum manipulus torrebatur; triticum conterebatur.

3^o. Ratione *formæ*, sive actionis, qua res immutabatur, in holocaustum, sacrificium pro peccato, hostiam pacificam. *Holocaustum* perfectissimum sacrificium erat, in quo res oblata concremabatur tota, ut nihil inde cederet in humanos usus. *Sacrificium pro peccato* cremabatur partim, partim cedebat sacerdotum usui; unde, qui de his comedebant, dicebantur comedere *peccata populi*, id est, hostias pro peccatis oblatas. *Hostia pacifica* offerebatur vel in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, vel eorumdem impetratione. Hostia hæc dividebatur in partes tres; prima comburebatur in honorem Dei; altera cedebat sacerdotibus; tertia offerenti.

4^o. Ratione *fnis*, in latreuticum, eucharisticum, propitiatorium, et impetratorium. *Latreuticum*, quod solummodo dirigebatur ad cultum Dei, et contestandum supremum ejus in creaturas dominium, nostramque servitutum; idque fiebat in holocausto. *Eucharisticum* in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis. *Impetratorium* pro obtinendis. *Propitiatorium* ad placandum Deum, pro peccatis condonandis, et avertendis pœnis. Quæritur hic, cæne species sacrificio missæ convenient? Tum in quo præcipue hujus essentia sita sit.

346. *Dico I.* Quatuor illæ recensitæ species Missæ sacrificio omnino insunt. Est latreuticum, in quantum offertur Deo in agnitionem supremi ejusdem in omnia creata dominii: eucharisticum, in quantum fit in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis: impetratorium, quatenus pro gratiis obtinendis offertur: propitiatorium, quatenus in remissionem peccatorum, ac debitæ iis pœnæ peragitur. *Hujus veri sacrificii*, ait S. Auc. L. 10. de Civ. cap. 20. *multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum; cum hoc unum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur*; ergo diversæ illæ quatuor species sacrificiorum Legis veteris singulæ sunt in uno nostro sacrificio, de quo ibi loquitur S. Doctor. Unde et TRIDENT. Can. 3. anathema pronuntiat in asserentem: *Sacrificium Missæ nudam esse commemorationem sacrificii in cruce peracti*.

347. *Dico II.* Sacrificium Missæ formaliter spectatum pro ipsa offerendi et sacrificandi ratione in sola consecratione consistit.

Prob. I. Refutatione sententiarum aliarum; nam 1^o. non consistit in oblatione panis et vini, quæ consecrationem antecedit; quia sacrificium ex definitione et essentia sua non consistit in nudis verbis, sed in actione, qua immutatur et immolatur hostia: atqui oblatio illa prævia fit nudis verbis, nec destruit, vel immutat ullo modo hujus sacrificii hostiam, quæ Christus

est. 2^o. Nec dici potest consistere in *sumptione*; quia de fide est, Christum in ultima cœna sacrificasse; sed non est de fide, Christum in ultima cœna etiam sumpsisse corpus suum proprium et sanguinem, etsi ita aliqui opinentur tantum. Unde

Prob. II. Sola illa actio est essentialis oblatio hujus sacrificii, adeoque formaliter sacrificativa, quæ sola usurpata est a Christo, et fit ejus nomine ceu offerentis principalis; sed sola consecratio peracta fuit a Christo, ut constat ex Evangeliiis, eaque sola fit a Christo ceu offerente principali; cum in Christi persona dicat sacerdos: *Hoc est corpus meum; Hic est sanguis meus*; ergo. *Maj.* videtur certa; cum enim Christus sit offerens principalis, illa actio formaliter sacrificativa dici debet, quæ a Christo ut Sacerdote fuit exercita, ejusque nomine fit, dum sacrificatur.

Prob. III. Sola consecratio habet essentialia omnia ad verum sacrificium requisita; est enim 1^o. *oblatio externa rei sensibilis*; cum per consecrationem corpus Christi sistatur præsens sub speciebus sensibilibus panis et vini, et offeratur æterno Patri actione soli sacerdoti propria. 2^o. Habetur *immunitio vera hostiæ*, et aliquo modo ejus destructio, quatenus vi verborum Christus immolatur mystice, dum vi verborum sanguis separatur a corpore. Deinde ponitur sub speciebus modo quodam mortuo et ordinato ad destructionem, cum ibi ponatur per modum cibi et potus ordinati ad consumptionem, eoque fine, ut consumptis et corruptis speciebus ibi esse desinat; quæ destructio, licet non sit perfecta et physica, sed solum imperfecta et moralis, sufficit tamen ad rationem veri sacrificii, ut patet ex sacrificio libaminis, in quo non destruebatur vinum physice, sed effundebatur in terram, qua effusione moraliter censebatur destructum. Item ex capro *emissario*, qui non occidebatur, sed abigebatur in desertum. De cæteris requisitis ad sacrificium constat examinantibus.

348. *Dico III.* Sacrificium hoc Missæ objective sumptum, sive pro re oblata, quæ etiam materia sacrificii dici solet, est Christus, prout per consecrationem sub utraque specie modo quodam mortuo et indivisibili ponitur.

Sequitur ex modo dictis. Ac constat ex Tan. Sess. 22. cap. 2. ubi inquit: *In divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, idem ille Christus continetur, et incruente immolatur, qui in ara crucis semel se ipsum cruenta obtulit... Una enim, eademque hostia est, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in cruce obtulit, sola ratione offerendi diversa.* Idem tradunt unanimiter Patres cum S. GREG. NYSS. orat. 1. Paschali (opp. t. 2. p. 821. D.): *Arcani sacrificii idem sacerdos et agnus.* Quos vide apud BELLARMIN.

Dixi in concl. prout sub utraque specie ponitur. Corpus enim et sanguis Christi, quatenus in hoc sacrificio sunt victima, necessario species panis et vini postulant; non quidem ut partem sacrificii intrinsece constitutivam, sed ut conditionem necessariam, vel ut quid connexum. Ac ratio primi est; quia, si sacrificium hoc nullo modo dependeret a speciebus panis et vini, nihil esset, in quo sacrificio Melchisedechi responderet. Ratio alterius est; quia eadem est sacrificii missæ victima, quæ sacrificii crucis, sola ratione offerendi diversa: sed sacrificium crucis ut sic non includebat species panis et vini tanquam partem sui constitutivam; ergo.

349. *Obj. 1^o.* Sacrificium essentialiter est actio rei, quæ sacrificatur, destructiva; ergo non potest esse ejusdem rei productiva. *Subs.* Atqui consecratio est actio productiva rei, quæ sacrificatur, scilicet corporis et sanguinis Christi; ergo.

2^o. Consecratio non supponit, sed ponit hostiam, sive Christum sub speciebus: atqui res oblata in sacrificiis præexistere debet oblationi; ergo.

3^o. In die Parasceves apud Latinos, et apud Græcos per Quadragesimam sæpius, scilicet exceptis die Dominica, Sabbati, festo Annuntiationis, dum celebrantur Missæ *præsanctificationum*, habetur verum sacrificium per solam summptionem sine consecratione; ergo. *Prob. min.* Nam apud Latinos sacerdoti more solito dicenti: *Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium*, etc. populus respondet: *Suscipiat Dominus sacrificium*, etc.

4^o. Saltem negari nequit, quin ipsa etiam sumptio sit aliquo modo destructio Christi; ergo.

5^o. Si sumptio non esset pars sacrificii, non esset necessarium, ut sacrificans communicaret, et sumeret ipse hostiam a se consecratam.

Ad 1^{am}. R. N. *Cons.* Consecratio enim est actio simul productiva et destructiva Christi, scilicet sumpta diverso modo. Productiva est, quatenus ponit sub speciebus Christum vivum, non mortuum; quia non amplius moritur. Destructiva est, quatenus Christum vivum ponit mortuo modo, dum, quantum est ex vi verborum, formaliter separat corpus a sanguine.

Ad 2^{am}. R. N. *min.* universaliter sumptam; nam hoc tantum verum est in sacrificiis, quæ rei oblatae sunt destructiva tantum, et non productiva; in illis vero, quæ illius productiva sunt, hoc non requiritur; hujusmodi vero sacrificium missæ est; corpus enim et sanguis Christi moraliter destruuntur sub speciebus panis et vini actione eadem, qua sub iis produciuntur; quatenus scilicet ponuntur modo mortuo ordinatoque ad consumptionem. Dum vero a Patribus subin missæ sacrificium *oblatio* dicitur, non eam *verbalementem* intellicant, sed ipsam consecrationem, quæ est exercite oblatio.

Ad 3^{am}. R. N. in die Parasceves, et in Missis *præsanctificationum* verum offerri sacrificium defectu consecrationis; Ecclesia vero usurpat ibi sacrificium pro hostia, quæ præcedenti die fuerat immolata; et quia tunc recitantur nonnullæ preces, adhibenturque ceremoniæ, quæ ordinarie in sacrificio missæ adhiberi solent. Igitur in Parasceve non fit sacrificium verum, quia hac ipsa die Christus occisus recolitur. Hinc et sacerdos in Missa *præsanctificationum* nihil agit in persona Christi, quod tamen fieri deberet, si esset sacrificium verum; quia principalis offerens est Christus.

Ad 4^{am}. R. N. *Cons.* Non quæcumque consumptio, aut destructio rei sacrificium est; nam et in Lege veteri de multorum sacrificiorum hostiis comdebant sacerdotes et laici, nec tamen sacrificabant edendo; sicut nec modo laici, dum Eucharistiam sumunt.

Ad 5^{am}. R. D. *seq.* Non esset necessarium necessitate sacrificii C. necessitate præcepti N. Debet ergo celebrans ipse sumere hostiam, imo sumere sacramentum sub utraque specie; quia de hoc datur præceptum graviter obligans. Utrum vero præceptum hoc divinum sit, an mere ecclesiasticum? sunt, qui disputant. At verosimilius est, divinum esse, insinuatam a Christo in ultima cœna per hæc: *Hoc facite.*

ARTICULUS III.

QUÆ SINT CAUSÆ, QUANTUS VALOR ET EFFECTUS SACRIFICII EUCHARISTICI? PRO
QUIBUS OFFERRI POSSIT? TUM AN IN HONOREM SANCTORUM?

350. *Dico I.* Christus est Sacerdos et offerens principalis; secundarius vero et ministerialis est solus et omnis sacerdos legitime ordinatus.

Prob. pars 1^a. ex S. Scriptura Ps. 109. ubi ad Christum dicitur: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; ea enim Apostolus de Christo intelligit ad Hebr. 6. 20. *Præcursor pro nobis introivit Jesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.* Idem Patres et Concilia tradunt, nominatim FLORENT. in Decr. dicens: *Sacerdos in Christi persona loquens hoc conficit sacramentum.* Ac TRIDENT. Sess. 22. cap. 2. supra art. præced. laudatum. Ratio quoque est, quia sacerdos hoc sacrificium peragit ut minister Christi, ejus sustinens et repræsentans personam, ut patet ex forma consecrationis; ergo Christus est, qui, moraliter loquendo, principaliter loquitur; itaque principaliter consecrat, et sacrificat, seque ut homo submittit Deo per volitionem creatam, qua se ipsum Deo offert in contestationem supremi ejus domini.

Pars 2^a. sequitur ex dictis; si enim Christus offerens principalis est, sequitur, sacerdotes cæteros non nisi secundarios esse. Quod vero etiam *omnis* sacerdos sacrificet valide, licet hæreticus, excommunicatus, inde constat; quia, si quid in tali obstaret valori, esset defectus vel potestatis, vel jurisdictionis: non primum; quia potestas ordinis cum conferatur a Deo inaufertibiliter per ordinationem legitimam, a nullo homine tolli potest, nec peccato amitti. Non secundum; cum sacrificium actus jurisdictionis prorsus non sit. Demum quod *solus* sacerdos legitime ordinatus sit minister, ex iis constat, quæ cap. præc. de ministro Eucharistiæ dicta sunt.

351. *Dico II.* Valor sacrificii secundum se, in actu primo, simpliciter infinitus est; quia merita Christi, quæ sacrificium continet, et res oblata sive Christus, sunt valoris infiniti, et actio, qua Christus se ipsum offert, infinitam dignitatem participat a dignitate personæ offerentis. Unde docet TRIDENT. laudata Sess. 22., sacrificium hoc de se condignitatem habere ad omne bonum possibile obtinendum.

Dixi: *secundum se, in actu primo*; nam valor sacrificii, ut impetratorium et satisfactorium est, non est infinitus in actu secundo, sive non causat infinite. Atque hoc quidem certum esse, constat ex praxi Ecclesiæ, plura sacrificia pro uno eodemque offerentis; ex communi fidelium sensu, qui putant, majorem se fructum consequi, si plures celebrari missas faciant; ex sacerdotum cura, ut tot missas celebrent, quot se personis obligarunt; quibus omnibus haud opus esset, si sacrificium, quod de se infinitum valorem continet, etiam in actu secundo effectum suum infinito modo causaret. Unde vero hæc limitatio causalitatis pendeat, non æque certum. Eam passim repetunt ex voluntate Christi sic ordinantis, et Patris non aliter, quam ad effectus finitos acceptantis, ut tanto frequentius divinissimum hoc sacrificium celebraretur.

352. *Dico III.* Effectus sacrificii, qua propitiatorium est, est peccatorum tam mortalium, quam venialium remissio; pœnæ item peccatis condonatis adhuc debita; eamque remissionem causat ex opere operato.

Pars prima habetur ex TRIDENT. Sess. 22. cap. 2. et Can. 3., ubi anathema iis dicit, qui dixerint, missæ sacrificium offerri non debere pro vivis et defunctis, peccatis, pœnis et aliis necessitatibus.

Pars altera itidem doctrina est Concilii ejusdem Sess. ead. Tum inde patet; quia Christus in hoc sacrificio non tantum est victima, sed principalis offerens, adeoque magis est actio Christi, quam sacerdotis; ergo habet vim movendi Deum ad effectum prædictum utrumque, independentem a sacerdotis fide et probitate; itaque ex opere operato.

353. *Dico IV.* Non tamen causat ex opere operato immediate gratiam habitalem, vel hujus augmentum, nec remissionem peccatorum quoad culpam, saltem mortalium; eo scilicet modo, quo sacramenta causant gratiam primam vel secundam; sed mediate tantum.

Ratio est; quia nullo ex capite immediata hæc causalitas potest colligi: non enim 1^o. ex natura sacrificii; quia de essentia hujus tantum est supremi Dei domini contestatio. Non 2^o. ex dignitate hujus sacrificii; quia nec sacrificium in cruce immediate causavit peccatorum remissionem. Non 3^o. ex promissione aliqua speciali Christi, aut Dei; hujus enim promissionis fundamentum neque in Scriptura sacra, neque in Traditione reperitur. Quin e contrario communiter docent Concilia et Patres, culpam præsertim mortalem non deleri immediate, nisi per contritionem perfectam, vel attritionem cum sacramento.

Effectus igitur immediatus, quem proprie ex operato causat, sunt auxilia gratiæ, quibus peccator excitatur ad pœnitentiam; ipsa vero peccatorum remissio ex pœnitentia peccatoris, et per sacrificium ex opere operato mediate, mediantibus scilicet auxiliis gratiæ, quæ dantur infallibiliter sacrificii intuitu. Remissio tamen pœnæ temporalis immediatus est sacrificii effectus, ut tenet communis cum S. THOMA; ac colligitur ex TRIDENT. supra, dum inquit, offerri etiam pro defunctis, iisque prodesse.

354. *Dico V.* Sacrificium Missæ offerri potest 1^o. pro omnibus fidelibus non excommunicatis, ut constat ex liturgia latina: *Tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica... et omnibus Orthodoxis, atque Catholicæ et Apostolicæ fidei cultoribus.* Quo etiam reducatur catechumenos juxta Ordinem Rom. feria 4. Dominicæ IV. Quadragesimæ: tametsi enim Ecclesiam nondum sint actu ingressi per baptismum; eam tamen jam suo modo ingressi censentur per fidem et baptismi desiderium.

Dixi: *non excommunicatis*; quia excommunicatos non toleratos, id est, ut tales per sententiam judicis declaratos nominatim, Ecclesia suis ab orationibus excludit, prohibetque cap. *A nobis*, de sent. excomm., ne ad altare nominentur. Possunt tamen pro his et fideles, et sacerdos celebrans orare privatim; imo offerre indirecte, ut nunc dicitur.

2^o. Potest offerri saltem indirecte pro non baptizatis, hæreticis, schismaticis. Constat ex communi usu Ecclesiæ, quæ semper oravit pro tranquillitate publica Ecclesiæ, ejus propagatione, extirpatione hæresum, schisma-

tum extinctione; quæ preces directe bonum Ecclesiæ publicum respiciunt; sicque indirecte conversionem infidelium, hæreticorum, etc. Et vero ita saltem pro his offerri posse sacrificium, ex liturgia nostra evincitur, juxta quam in oblatione calicis ait sacerdos: *pro nostra et totius mundi salute.* Et vero pro omnibus Christi sanguis effusus est.

3º. Pro defunctis fidelibus in purgatorio detentis; hoc enim diserte TRIDENT. docet Sess. 22. cit. et definit Can. 3. Tum constat ex 2. Machab. 12., ubi JUDAS Machabæus *duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium.* Ac Traditione, de qua testantur Patres, e quibus

TERTULLIAN. L. de COR. militis cap. 3. *Oblationes, inquit, pro defunctis annua die facimus.*

S. CYPRIAN. epist. 66. ad clerum et plebem Furnitanorum, de Victore quodam, qui jamjam moriturus ad tutelam quemdam Presbyterum nominaverat, inquit: *Episcopi antecessores nostri... censuerunt, quod... si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur;* ergo supponit pro defunctis aliis celebrari.

S. CHRYSOST. homil. 69. ad popul. Antioch. (opp. t. 5. p. 174. A. edit. latina Fronton-Duc.) *Non temere ab Apostolis hæc sancita fuere, ut in tremendis Mysteriis defunctorum agatur commemoratio.*

S. AMBROS. orat. funebr. in obitu fratris sui Satyri (al. de excessu Satyri L. 1. n. 80.): *Tibi nunc, inquit, omnipotens Deus, innociam commendo animam; tibi hostiam offerro; cape propitiis ac serenus fraternum munus sacrificium sacerdotis.*

S. EPIPHAN. L. Anacephaleos, S. AUG. L. de hæres. cap. 53. Aerium inter hæreticos damnatum aiunt, quod negaret pro mortuis offerendum sacrificium. Consentiant Patres reliqui tam Græci, quam Latini. Cæterum hæc assertio dari purgatorium supponit.

355. Dico VI. Sacrificium Missæ offertur Deo soli; non Sanctis; licite tamen et laudabiliter offertur Deo in memoriam et honorem Sanctorum, juxta sensum et mentem Ecclesiæ. Est de fide.

Prob. pars 1ª. Sacrificium enim Missæ latreuticum est, quod soli Deo offerri potest; non vero Sanctis. Unde TRID. Sess. 22. cap. 3. docet: *Et quamvis in honorem et memoriam Sanctorum nonnullas interdum missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit: unde nec sacerdos dicere solet: offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule, sed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam facimus in terris.* Et S. AUG. L. 22. de Civit. cap. 10. *Nos martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo et martyrum et nostro.*

Prob. pars 2ª. Ex liturgiis tam græcis, quam latinis antiquissimis, quæ memoriam faciunt Sanctorum, ut assiduas preces pro nobis offerant, inquit liturgia S. BASILII. *Intercessionibus omnium Sanctorum misereatur nostri Jesus Christus,* ait liturgia S. CHRYSOSTOMI. Ac S. AUGUST. L. 20. contra

Faustum cap. 21., postquam dixisset, a Christianis coli Martyres, et immerito redargui Catholicos a Manichæis idololatriæ, inquit eos coli, ita tamen, *ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memorias martyrum, constituamus altaria.* Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: *offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane;* ergo juxta AUG., altaria erigebantur, in ipsis sacrificabatur, non ipsis martyribus, sed Deo, quamvis in memorias martyrum.

Si quæras, quomodo in honorem Sanctorum ex mente Ecclesiæ fiant sacrificia?

R. cum TRIDENT. ante, *ut Deo de illorum victoriis agantur gratiæ;* quod simul in eorum laudem cedit, quod fuerint velut instrumenta, per quæ Deus, virtutum auctor, tam gloriosa operatus est. Nominantur, invocantur etiam, non ut oblatio sit perfectior et majoris meriti, sed, juxta S. CYRILLUM Hierosolymit. catech. 5. mystag. *Cum hoc sacrificium offerimus, mentionem facimus eorum qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum, et deprecationibus suscipiat preces nostras.* Juxta S. AUG. Tract. 84. in Joan. n. 1., *non ut etiam pro ipsis (Martyribus) oremus, sed magis ut ipsi pro nobis.* Unde fulta perpetua traditione Ecclesiæ merito TRIDENT. Synodus Sess. 22. can. 5. definit: *Si quis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit, anathema sit.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

DIGRESSIO BREVIS

THEOLOGICO-CRITICA

DE LIBRIS S. DIONYSII ATHENIENSIS, SIVE AREOPAGITÆ PASSIM INSCRIBI SOLITIS.

UTRUM VERE EUM AUCTOREM HABEANT?

§. I.

Opera S. Dionysii Atheniensi adscribi solita.

Cum plurimum lucis ex operibus Dionysianis accedat doctrinæ catholicæ, illustreturque traditio circa varia dogmata; Doctores Protestantes vero eo ex capite sententias inde desumptas conentur eludere, quod libri illi non sint genuinus hujus Dionysii fetus, memor datæ fidei in Parte 1^a. de Sacram. in gen. libros hosce huic Dionysio nunc paucis assertum eo.

Varia igitur sunt, diversique argumenti opera, ac sublimia plane, sive materiam spectemus, sive sententias, quæ sub Magni Dionysii Atheniensis nomine, a Paulo Apostolo conversi Act. 17. nobis antiquitas tradit.

1^o. *Liber de cœlesti Hierarchia*, quindecim constans capitibus, ad Timotheum, Ephesiorum episcopum scriptus; quo primo docet, Hierarchiam in genere esse regimen quoddam, quo quis sancte regit inferiores, et regitur a superioribus, cujus finis unio cum Deo est; officia verò expiare, illuminare, perficere. Deinde Angelorum naturam, nomina, ordines, munia describit.

2^o. *Liber de ecclesiastica Hierarchia*, in septem divisus capita, ad eundem scriptus Timotheum, quo hujus Hierarchiæ cum cœlesti et convenientiam et differentiam exponit: tum varios Ecclesiæ ritus explicat circa Sacramenta, Monachorum sive Therapeutarum institutionem ac ordinationem; defunctorum sepulturas.

3^o. *Liber de divinis Nominibus*, in tredecim digestus capita, quo varia Dei nomina, seu attributa, quibus Deus, qui alias supra omne nomen est, nominatur in divinis Scripturis: veluti, quomodo dicatur bonus, vita, virtus, etc. Scriptus dicitur rogatu Timothei, ob Philosophorum in Ionia hæreses et argutias, Timotheum, ut apparet, infestantium.

4^o. *Liber de Mystica Theologia*, quo, quomodo ad divinam contemplationem sit assurgendum, docet.

5^o. *Epistolæ undecim*. E quibus 4. ad Caium Monachum. 1. ad Dorotheum. 1. ad Sosipatrum. 1. ad Polycarpum Smyrnæ episcopum. 1. ad Demophilum monachum, sive therapeutam. 1. ad Titum, ipsum illum, quem Cretensibus episcopum præfecerat Paulus Apostolus. 1. ad S. Joannem Apostolum. Demum 1. ad Apollophanem, gentilem Philosophum, quocum, simul cum Heliopoli degerent, solarem eclipsin, quæ in Christi morte contigerat, observasse dicitur.

§. II.

Operum S. Dionysii Atheniensi in scriptorum antiquitas et auctoritas.

Antiquissima ea opera esse, cujuscumque sint, etiam ii affirmant, qui ea S. Dionysio abjudicant. Et vero in Collatione habita Constantinopoli in palatio Justiniani I. Imperatoris an. 533. Catholicos inter et Severianos sive Acephalos, ab his provocatum fuit ad ea ipsa opera, ac quidem sub nomine Dionysii Areopagitæ (Labb. t. 4. p. 1766. B.) reclamantibus quidem initio Catholicis, sed postea eadem ipsa opera agnoscentibus ceu verum hujus Dionysii partum. Unde Morinus L. de sacram. Ordin. cap. 27., Erasmus in cap. 17. Act., alique, qui ea opera denegant Dionysio Atheniensi, eorum natales inferius, quam ad IV. vel V. seculum rejici non posse existimant; Scaliger vero manifesti erroris convincitur, dum auctorem, tempore Justiniani II. in seculo VII. ad annum circiter 690. vixisse putat.

Diffiteri tamen etiam haud possum, plures ex iis, qui opera ista S. Dionysio Atheniensi vindicant, uti subin argumentis ab antiquitate sumptis partim infirmis, partim falsis, partim dubiis. Quo forsitan factum, ut, cum facilis esset ad illa responsio, sententia negans Protestantium scriptorum plures, etiam e Catholicis, sectatores haberet.

Sic allegant 1^o. DIONYSIUM Corinthiorum episcopum, qui anno circiter 174. floruit, quique teste S. Maximo martyre in Præfat. ad sua in DIONYSIUM scholia, meminit Dionysii Areopagitæ (opp. S. Dionysii t. 2. p. x. Edit. Corderii et Lansselii.) : sed aliud est meminisse Areopagitæ, aliud scriptorum ejus. In quo vero Corinthius meminerit Areopagitæ, Euseb. refert Lib. 3. Histor. cap. 4. scilicet : *fuisse primum Ecclesie Atheniensis episcopum.* Sed hoc non controvertitur.

2^o. CLEMENTEM Alexandrinum, qui L. 1. et 5. Stromat. quibusdam sententiis utitur, quæ plane iis consonant, quas habet Dionysius Areopagita. Sed, præterquam quod Clemens Dionysium nusquam laudet, quomodo inde evincet quis, Clementem potius ex Dionysio, quam auctorem illorum operum eas sententias ex Clemente hausisse.

3^o. ORIGENEM homil. 2. in diversos (al. hom. 1. in Joannem inter spuria.) qua citat Dionysium : *Et ut ait magnus Dionysius Areopagita; esse omnium est superessentia et divinitas.* At notorium est, hanc homiliam esse recentioris ævi, quam fuit Origenes; proinde huic suppositam; in ea enim mentio Manichæorum et Arianorum fit, qui post Origenem exorti.

4^o. DIONYSIUM Alexandrinum, qui ad annum 270. floruit, quique teste S. Maximo martyre in scholiis ad cap. 5. libri de cœlesti Hier. (opp. S. Dionys. t. 2. p. 19. A.) commentarios in Dionysium Areopagitam edidit. Verum non sic inquit illustris martyr et theologus S. Maximus in *Dionysium Areopagitam*; sed : *in beatum Dionysium sibi cognominem.* Utrum vero per *Dionysium cognominem* intelligat Areopagitam, vel Romanum, aut Corinthium, qui duo pariter scriptis celebres ætate Dionys. Alexandrinum præcesserant, non satis planum fieri inquirunt, qui negativam sententiam tuentur. Et vero, aiunt, cur S. Maximus, qui opera illa Areopagitæ contra alios asserbat, cum hi operum eorum antiquitatem subvertere conarentur, eo quod

nec Origenes, nec Euseb., nec quis alius antiquus scriptor eorum meminisset, non opposuit Dionysii Alexandrini auctoritatem, si hic in Areopagitam commentarios edidisset. Hinc etsi, spectato textu S. Maximi, perquam verosimile fiat, ab eo per *Dionysium cognominem* indicari Areopagitam; argumentum tamen hoc inde petitum dubii valoris, nec stringens est.

5^o. S. ATHANASIUM in Tract. de naturali communione similis essentiæ inter Patrem, Filium, et Spiritum sanctum (opp. t. 2. initio. Edit. Patavin. 1777.) Item : Quæst. 8. ad Antioch. (opp. t. 2. p. 219. B.) *Novem sunt ordines* (Angelorum), ut *Theologia peritissimus docet Dionysius.* S. GREGORIUM Nazianz., qui simillimas Areopagitæ sententias recitant. Verum responderi potest, quod supra ad Clement. Alexandrinum. Præterea librum, sive epistolam ad Antioch. S. Athanasio abjudicant plerique; in eo enim laudantur S. Gregor. Nazianz. et Nyssenus, qui post Athanasium florere. Item : Quæst. 29. et 40. Iconoclastarum refutatur hæresis, diu post Athanasium orta. Igitur opus illud recentius est, quam ut tribui huic S. Patri possit.

Demum S. CHRYSOSTOMUM homil. de Pseudopropheta (opp. t. 8. p. 79. in app.) a Gerardo Vossio primum divulgata, qua inquit : *Ubi Dionysius Areopagita volueris cæli?* quibus ad sublimem Dionysii doctrinam alludit. Sed eruditi omnes hanc homiliam negant esse Chrysostomi.

Hinc quicumque istorum operum Auctor sit, in quem mox inquiremus, illud certum conficitur, ante seculi V. initium ea laudata fuisse a nemine, nec sub Dionysii Areopagitæ, nec Patris alterius, vel Scriptoris nomine.

§. III.

Opinionum quoad Auctorem istorum Operum diversitas.

Honos, qui a sec. V. et VI. his operibus a magni Dionysii Areopagitæ nomine accesserat, cum eo a tempore non sub alio, quam hujus nomine citarentur in Ecclesia, integer iis permansit usque ad orti Lutheranismi et Calvinismi ævum. Equidem etiam a Criticis quibusdam VII. seculi lis quædam excitata fuerat, quibusdam illa Dionysio Corinthiorum episcopo, aliis Alexandrino tribuentibus, aliis juniore Apollinari a Damaso an. 373. hæreseos damnato; at solide iis respondit S. Maximus in Prologo ad sua in DIONYSIUM scholia : ac postea Theodorus presbyter relatus a Photio in Biblioth. Cod. 1., ut deinceps nemo unus contradicere auderet.

At sepultam controversiam resuscitarunt lapso seculo Theodorus Gaza, Laurentius Valla grammatici; Magdeburgenses Centuriatores, suo nimirum compendio, ut se gravissimis hujus S. Patris sententiis, quibus sua dogmata premi tam clare videbant, expedirent. Accessit Desiderius Erasmus, ambigue fidei homo; Blondellus, Dallæus, negantes opera illa parentem habere Areopagitam, pluresque postea Protestantium scriptores eandem variis diatribis sunt causam tuiti : Humfredus Tom. 3. Doctrinæ jesuiticæ, Rivetus in Critica, Scaliger, etc. Atque ex Catholicis Cajetan., Morin. L. de Sacram. Ordin. cap. 27., Launois, nonnullique alii.

Verum cum horum argumenta commodam omnino facilemque solutionem patiantur; affirmativa vero sententia, libros illos genuinum S. Dio-

nysii Areopagitæ partum contendens, longe majoribus sit munita prædiis, ac duodecim seculorum roborata consensu, eam non possum non cum tot SS. Patribus, œcumenicis Conciliis tueri præ adversa, quæ duces habet Gazam et Vallam grammaticos, Dallæum et Blondellum heterodoxos, qui ad hanc tuendam necessitate potius compulsi videntur, quam veritate, quod erroneis eorum dogmatibus nimium officeret tantæ Patris, Apostolorum discipuli, eorum doctrinæ genuini hæredis tam manifesta auctoritas.

§. IV.

Opera S. Dionysii Atheniensi, sive Areopagitæ inscribi solita, genuinus ejusdem partus sunt.

Prob. I. Argumento a præscriptione. Jam a duodecim prope seculorum lapsu opera illa habita sunt ut genuinus hujus Dionysii partus a Patribus, Conciliis, Pontificibus, illa constanter sub Areopagitæ nomine evulgantibus, in controversiis citantibus et laudantibus: atqui salvis modestiæ et debite reverentiæ legibus, dici non potest, tot Concilia, summos Pontifices, Patres tam sagaces et expertos, omnesque ad unum scriptores Ecclesiasticos ea in re aberrasse, fuisse tam parum sani politique criterii, ut de alio auctore nunquam circumspicerent; etiam quando id posebant circumstantiæ, hæreticis non raro ex libris illis ob Dionysii Areopagitæ nomen et auctoritatem sua dogmata probare conantibus. Mirum profecto, quosdam posterioris ævi grammaticos Gazam et Vallam vidisse, quod tam illustria duodecim seculorum lumina non perspexerunt.

Maj. constat inductione. *JUVENALIS* Hierosolymitanus, qui circa Concilium *CHALCEDON.* an. 451. floruit, postulantibus Martino Imperatore et Pulcheria Augusta, ut legere est apud *NICEPHORUM* Callistum Hist. Eccl. L. 15. cap. 14. traditionem de funere beatissimæ Virg. referens, inquit: *Tunc aderant cum apostolis sanctissimus Timotheus, primus Ephesiorum episcopus et Dionysius Areopagita, sicut hic ipse magnus testatur Dionysius in his, quæ de beato Hierotheo scripsit ad Timotheum.* Testatur vero id Dionysius L. de divin. Nominib. cap. 3. (opp. t. 1. p. 343. C.).

Opera illa laudarunt sub Areopagitæ nomine *Leontius Byzantinus*, qui ad annum 540. floruit L. de sectis hæretic. Act. 3. et L. 2. contra Nestor. et Eutychem; *ANASTAS. Sinaita*, qui eodem tempore floruit L. 7. anagog. contemplat. in Hexaemer.; *S. GREGOR. M.* circa finem sec. VI. homil. 34. in Evangelia; *S. SOPHRONIUS* epist. ad Sergium, qui ad annum 630. floruit, cujus epistolam approbavit Synodus gener. VI. Act. 2.; *S. MAXIM. Martyr*, qui floruit ad annum 630. in disputatione cum *Pyrrho* Monotheleta non modo provocabat ad epistolam Dionysii Areopagitæ, ad Caium; sed et singula ejus opera illustravit scholiis, eidemque vindicavit in Prologo.

Sub eodem Areopagitæ nomine ad opera illa provocarunt summi Pontifices: *S. Gregor. M.*, de quo ante, *S. Martin. I.* in concilio Lateran. Secret. 1. et 3., *Agatho* epist. ad Imperat. Constantinum, *Heraclium*; *Adrian. 1.* epist. ad Carolum Magnum; *Nicol. I.* epist. ad Michaellem Imperator.

Provocarunt Synodi œcumenicæ: Synod. VI. Act. 8., Synod. VII. Act. 2.

Porro in Synod. VI., ut passim alias, ad libros Areopagitæ provocabant Monotheletarum duces, non reclamantibus Catholicis, sed exponentibus objectos ex Areopagita textus, aliosque ex eodem opponentibus. Act. 2. et 8.

Operosum foret, et contra propositæ brevitatis in hac Digressione institutum recensere Scriptores innumeros, qui a seculis VII. VIII. IX. et sequentibus, libros hosce *DIONYSIO* Areopagitæ tribuerunt, quorum plures exhibet *NATAL. ALEX. Diss.* 22. sec. 1. Prætermitti tamen non debet *Photius*, qui, etsi schismaticus, perpensis utriusque partis momentis, quæ in *Theodori* vindiciis legerat, libros singulos Areopagitæ, ceu verum partum, non obscure attribuit *Biblioth. Cod.* 1. Nec omitti *Lutherus*, qui, etsi Areopagitam sugillet L. de captiv. *Babyl.*, ejus tamen esse ea opera censet.

Hinc sacra Facultas Parisiensis an. 1527. die 17. Sept. decreto censorio confixit hanc propositionem *Erasmi*: *Dionysius, qui in secunda Hierarchia, i. e. Ecclesiastica, priscos Ecclesiæ ritus satis copiose describit, eruditus recentior quispiam fuisse videtur, quam fuerit Areopagites ille.* Judicium vero censorium sic tulit: *Non vere eruditus, sed temerarius et novitatum studiosus videtur non esse Dionysius Areopagites, qui libros Ecclesiasticæ Hierarchiæ conscripsit, quandoquidem ab ipso Dionysio fuisse conscriptos, constat, primum ex ipsis Ecclesiasticæ Hierarchiæ, et aliis ejusdem auctoris libris; deinde clarorum virorum testimonio comprobatur; postremo septima generali Synodo id fit dilucidius, in qua magnus Dionysius appellatur is, qui libros scripsit Ecclesiasticæ Hierarchiæ.*

Prob. II. Ex libris ipsis, e quibus perspicue intelligitur, eorundem auctorem virum esse primi seculi; nam L. de divin. Nomin. cap. 2. et 3. se vocat *Pauli* Apostoli discipulum. Epistolam scripsit ad *Timotheum* pariter *Pauli* discipulum; aliam ad *Titum* condiscipulum *Timothei*; aliam ad *S. Joannem* Apostolum in exilio versantem, qua ei in *Asiam* reditum vaticinatur; rursus aliam ad *Polycarpum* *Joannis* Evangelistæ discipulum: in epistola ab *Apollophanem* se observasse inquit eclipsin solis, quæ contigerat in *Christi* morte. L. de divin. Nomin. cap. 3. ait, se cum *Petro*, *Jacobo* fratre *Domini* interfuisse beatissimæ *Virginis* exequiis, etc. Atqui hæc commonstrant auctorem illorum operum fuisse I. seculi virum, proinde illa non posse esse foetum *Dionysii* *Corinthii*, qui altero seculo primum floruit, an. 174., quo jam *Apostoli*, ac recensiti horum discipuli discesserant omnes, minus vero *Dionysii* *Alexandrini*, qui sec. III. an. 259. floruisse dicitur; minime demum alterius sec. IV. vel V. scribentis. Ergo *Dionysii* *Areopagitæ* sunt, ut volebat *Prob. I.* traditio, quæ pro hoc solo stat.

Prob. III. Argumento *S. Maximi* in Prologo ad scholia in *Areopag.*, sumpto ex auctoris probitate. Si opera illa non sint *Dionysii* *Areopagitæ*, sed alterius, *Corinthii*, *Alexandrini*, vel alterius adhuc posterioris, ut vult pars adversa, fateri necesse erit, auctorem eorum operum inter homines fallacissimum, mendacissimum, ac desperatæ fuisse salutis, cum tanta de se referat, quæ ante vidimus, quæ omnia falsa essent: atqui hoc nec dici, nec cogitari potest de auctore istorum operum, quæ meram spirant pietatem, modestiam, gravitatem, sanctimoniam; nec ullum prorsus vel minimum aut levitatis, aut vanitatis, quæ a mendacibus abesse non possunt, fumum redolent: neque tantæ imposturæ et mendaciæ cadere possunt in *Dionysium*, sive *Corinthium*, sive *Alexandrinum*, probatæ sanctitatis viros; nec ullum,

qui Deum timet. Accedit sublimitas materiæ, quam pertractat auctor, quæ sane digna est Pauli discipulo, estque Deus, Trinitas, Angeli, Ecclesia, Pontifices, etc. et respondens materiæ stylus, ita in sublime assurgens, res cæteroquin vix explicabiles novis ac singularibus vocibus adeo ad rectæ fidei normam dilucidans, ut Hugo Victorin. angeli potius esse verba putet, quam hominis. Hæc impostori alicui et perditissimo homini non conveniunt.

S. V.

Respondetur ad argumenta contraria.

Argum. I. Auctor istorum operum nunquam se Areopagitam nominat, vel episcopum, sed presbyterum, ut apparet ex inscriptionibus, quibus Timotheo sua opera dedicat: *Compresbytero Timotheo Dionysius presbyter.*

R. Etiam S. Joannes Evangelista ad Electam scribens, reticito Apostoli, Episcopi, Evangelistæ nomine, presbyterum solummodo se vocat. Deinde Dionysius Timotheum compresbyterum vocat; ergo ejusdem cum eo ordinis et dignitatis erat; sed Timotheus ille episcopus erat ex L. de cœlesti Hierarchia cap. 9. et de Eccles. Hierar. cap. 7.

Argum. II. 1^o. Horum librorum sub Dionysii Areopagitæ nomine nemo ante sec. V. e SS. Patribus meminît. 2^o. Sed nec Euseb., nec Hieronymus, etsi ex industria scriptorum Ecclesiasticorum catalogos contexerint. 3^o. Imo nec Athanasius eos citavit unquam contra Arianos, etsi contra eos Theognostum, Origenem, utrumque Dionysium Alexandrinum et Romanum laudet; et tamen Areopagita unitatem in tribus personis subsistentem tam perspicue docet L. de cœlesti Hier. cap. 7., ac toto cap. 2. L. de divin. Nomin., ubi et Christi divinitatem adeo luculenter exponit.

Ad 1^{um}. R. Argumentum hoc pure negativum esse. Deinde, cur ante sec. V. hi libri sub Areopagitæ nomine non reperiantur citati, ratio esse potest 1^o. quod non omnibus ea opera constarent; vel, etsi de his constaret, non omnes haberent præ manibus. 2^o. Quia non omnes eandem tractabant materiam, quam Areopagita, qui argumenta pertractavit plane remota ab his, quæ tractabant Patres alii. 3^o. Quia quatuor primis seculis Patres potissimum dogmata confirmabant e Scripturis sacris, rarius proferendo Patres, nisi id circumstantiæ, hæreticorum pertinacia exposceret.

Ad EUSEBIUM R. cum S. Maximo in Prologo ad scholia (loc. cit. p. 11.) Eusebium quam plurima omisisse, quæ ad ejus manus non pervenerunt. Etenim nec prorsus omnia se collegisse ait: imo fatetur libros, qui ad ipsum non pervenerunt, esse numero superiores. Et sane multorum meminisse possem, quos minime habuit; et hos quidem suæ regionis, ut Hymenæi, et Narcissi, qui sacerdotes Hierosolymis fuerunt; ego sane in aliquos Hymenæi libros incidi. Item neque Pantæni opera descripsit, neque Clementis Romani, nisi duarum tantum epistolarum, sed neque plurimorum aliorum... Diaconus vero quidam Romanus nomine Petrus narravit mihi, omnia divini Dionysii opera, Romæ in sacrorum scriptorum bibliotheca servari. Et verò nequidem Athenagoræ meminît, qui tamen pro Religione christiana apologiam scripsit percelebrem. Quid mirum igitur, si nec Areopagitæ memine-

rit? Sed neque Theognosti meminît, quem tamen ut virum disertum, priscum et admirandum Athanasius prædicat epist. de decretis Nicænæ Synodi contra Euseb. Quod dolo malo factum putat Baronius, quia Theognostus vocem *consubstantialis* asserit. Unde idem conjicit, quod eadem de causa Eusebius Areopagitæ prætermiserit opera.

HIERONYMUS vero ipse in præfat. ad Dextrum (sive Prolog. ad L. de viris illustribus. Opp. t. 2. p. 822. edit. Vallarsi.) profitetur, se ex antiquis Scriptoribus eos duntaxat referre, quos collegisset Eusebius. Quod et fecit, iis duntaxat exceptis, et superadditis, qui post Eusebium floruerunt. Non mirum igitur, si nec Hieronymus Dionysii Areopagitæ memineret.

S. ATHANASIUS tandem nec hujus Dionysii, nec aliorum meminît contra Arianos, quod contra hos ex Scripturis divinis decertandum vellet, reprehendens etiam Arianos, quod præter Scripturas divinas ad auctores provocarent, et Synodos postularent, L. de decret. Nicænæ Syn., cum vis Scripturæ potentior sit. Unde Athanasius contra Arianos non advocabat Patres, nisi quando Ariani ad illos provocarent, ut his illos eriperet. Sic ipsis Origenem, Dionysium Alexandrinum eripuit, illosque vindicavit Catholicis. Areopagitam vero nemo Arianus ei objecerat.

Argum. III. Auctor eorum operum varios ritus recenset L. de Eccles. Hierarch, qui sensim et per longa annorum spatia primum obtinuerunt; ergo ea opera, necesse est, alterius Areopagita posterioris sint.

R. Negari, ritus illos, qui ibidem referuntur, non fuisse jam in usu ab Apostolis usque, etsi non cum ea solemnitate, itaque publice, ut postea, ob persecutiones celebrarentur. Id planum fit ex Basilio M. L. de Spir. S. cap. 27. (opp. t. 3. p. 55. B.) dicente: *Benedicimus aquam baptismatis, et oleum unctionis, præterea ipsum, qui baptismum accipit. Ex quibus scriptis? Nonne a tacita, secretaque traditione? Jam ter immergi hominem, unde ex Scriptura haustum? Reliqua item, quæ sunt in baptismo, veluti renuntiare Salanæ et angelis ejus, ex qua Scriptura habemus? Nonne ex minime publicata, et arcana traditione? Tum inferius (ibid. D.): Ad eum profecto modum, et qui in primordiis Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli et Patres, in occulto silentioque, mysteriis suam servare dignitatem. Tales sunt ritus, quos refert hic Dionysius.*

Argum. IV. L. de cœlesti Hierar. cap. 7. et Lib. de divin. Nomin. cap. 1. Deum τριπρόσωτον vocat, per tres hypostases intelligens tres personas; ac voce hypostasis utitur pro persona: atqui tamen vocem hypostasis Græci primum post Conc. Alexandrin. habitum an. 362. pro persona sumere cœperunt, cum ante ipsis nonnisi essentiam, substantiam, naturam significaret. Late Morinus hoc argumentum prosequitur: at revera immerito; nam

R. Falsam esse min. inde constat, quod etiam e Græcis plures ante istud Conciliū ὑπόστασις pro persona sumerent. Certe ea voce pro persona S. Dionys. Alexandrinus, item S. Alexander ejusdem Ecclesiæ episcopus, qui tamen multis ante istud Concilium annis floruerunt, usi sunt: prior epist. contra Paulum Samosatē. (Labb. t. 1. p. 866. A.) ad hujus hæretici propositionem quartam respondens, de personis Patris et Filii inquit, *duæ hypostases*. Posterior epist. ad Alexandrum Constantinop. episcopum, quam Theodoretus exhibet L. 4. Hist. Eccl. cap. 3. (al. 4.) *Proprio modo*, inquit, *constantem hypostasin Filii significasse Joannem his verbis: in principio*

erat Verbum, etc. Vox igitur *hypostasis* ab antiquis jam ante dictum Concilium sumebatur diversimode, aliis hac voce substantiam, aliis personam intelligentibus; unde ea voce abutebantur hæretici ob ejus diversam acceptionem; Sabelliani quidem dicebant, unicam esse in Deo hypostasin, h. e. personam; Ariani contra tres esse hypostases; h. e. substantias: ipsi etiam Catholici quoad usum vocis inter se dissidebant, aliis in Deo unam hypostasin, sive substantiam, aliis tres hypostases, sive personas tres asserentibus; quo factum, ut priores a posterioribus ceu Sabelliani; posteriores a prioribus ceu Ariani traducerentur: Quæ res huic ipsi Alexandrino Concilio sub S. Athanasio Præsule celebrando causam dederat. In quo cum comperit esset utramque partem catholice sentire, Patres liberam cuilibet ex Catholicis potestatem fecerunt, eo quo vellet sensu hypostasin sumendi, modo Nicænam fidem, h. e. Trinitatem personarum in unitate substantiæ profiteretur. Inclinant tamen magis Patres eam in sententiam, ut tres in Deo hypostases dicantur; quod Latinorum pluribus displicuit; præsertim S. Hieronymo, qui, non obstante Concilio isto, nunquam ob Arianos tres in Deo hypostases dici sustinuit, adeo ut cum Paulino sibi amicissimo, quod is post Alexandrinum Concilium hypostasin pro persona sumeret, omnem abrumperet amicitiam, scribens ad Damasum: *Paulinum ignoro*. Unde cum Hieron. epist. 57. (al. 45. n. 4. opp. t. 1. p. 40. edit. Vallarsi.) scripserit, *totam secularium litterarum scholam nihil aliud hypostasin, nisi octavæ novissæ, æstu illius contentiois abreptus exaggerative ita scripsit*.

Argum. V. Auctor librorum istorum L. de divin. Nominib. cap. 4. ex epistola S. Ignatii martyris, paulo ante ejus martyrium ad Romanos scripta, hæc citat verba: *Amor meus crucifixus est*. Atqui tamen longe ante Ignatium Dionysius Areopagita passus fuit; Dionysius enim sub Domitiano: Ignatius vero sub Trajano Imperatore passus est.

Verum huic argumento jam pridem occurrit S. Maximus in scholiis ad cap. 4. L. de divin. Nomin. (opp. S. Dionysii t. 2. p. 138-139.) ubi respondet 1^o. fictionem esse, quod Dionysius Ignatium morte prævenerit. Et revera S. Ignatius anno Trajani undecimo; Dionys. vero anno imperii ejusdem ultimo et primo Hadriani, h. e. novem post Ignatium annis martyr obiit, quia Trajanus imperasse dicitur in annum vicesimum, ut tradunt Michael Syncellus Hierosolymit., Martyrologium Romanum vetus, Ado Vienneensis, Beda in suis Martyrologiis. Sed

Respondet 2^o. ibid. verba illa: *Amor meus*, etc. non fuisse inserta a Dionysio, sed ad marginem notata a Glossatore sciolo irrepsisse in textum; quod, inquit, *in multis accidisse novimus*. Et sane ita se res habet. Id ut pateat, necessum est, textus integer referatur. Prænosendum tamen ante, quis cit. loc. Dionysii scopus sit. Cum Dionysius voce *ἔργος amor* frequens utatur in divinis rebus; hoc vero quidam putarent esse *contra Scripturæ sacræ auctoritatem*, quæ vocem illam *amor* in malam semper partem accipiat; Dionysius sibi contra probandum sumit, vocem illam in Scripturis sacris in bonam quoque partem accipi. Inquit igitur (opp. t. 7. p. 363. p. 11. et 12.): *Audiant divina scripta, qui nomen amoris criminantur: Ama illam, inquit Proverb. 4., et custodiet te, et quæcumque alia in amatoris de Deo sermonibus (h. e. Canticis) celebrantur. Atqui visum est (en sensum, de quo controvertitur) quibusdam sacrarum Scripturarum Tractatoribus, nomen*

amoris divinius esse, quam nomen dilectionis; scribit enim divinus Ignatius, meus amor crucifixus est. Et in iis, quæ aditum ad Scripturam præparant (h. e. Liber Ecclesiastæ et Sapientiæ) quemdam inventes de divina Sapientia atentem: Amator factus sum formæ illius Sap. 8. v. 2. Quare non metuemus nomen amoris; nec ullus de hoc nomine sermo nos moveat, aut terreat.

Hic manifeste perspicitur, sensum illum, *atqui visum est*, etc. intrusum esse, 1^o. ob subsequentia, *et in iis, quæ aditum*, etc. quæ solum ob particulam *et* connectuntur cum his antecedentibus; *et quæcumque alia in amatoris, etc.*; transit enim ab uno Scripturæ libro ad alterum. Igitur impertinenter huc se habent Tractatores Scripturarum et S. Ignatius.

2^o. Solum, ut ex scopo Dionysii constat, intendit probare, nomen *amoris* in partem bonam, ad res divinas in *Scripturis sacris* usurpari, quomodo ergo in librorum S. Scripturæ, quos adducit, medio Ignatius ponitur?

3^o. Quia illa verba Ignatii: *Amor meus crucifixus est*, prorsus nihil faciunt ad intentum et scopum Dionysii; vult enim ostendere nomen *ἔργος amor* sæpe in Scripturis sacris pro charitate et dilectione spirituali sumi, inque rebus sacris et divinis: atqui in epistola Ignatii minime sic accipitur; sed pro concupiscentia, et amore terrestri, quem dicit in se crucifixum, h. e. extinctum, mortuum esse; nec se amare jam aliud, quam Deum, extincto penitus concupiscentiæ igne, et rerum terrenarum desiderio; hoc enim planum faciunt verba Ignatii integra: *Amor meus crucifixus est, nec est in me ignis rei ullius terrenæ amans; aqua autem alia viva monet in me intrinsecus clamans, veni ad Patrem*. Unde illa Ignatii sententia non modo non inservit auctoris scopo, sed directe huic officit.

Hic simul alteri anachronismo occurritur, quem objicit Morin., quod liber de divin. Nomin., in quo laudantur verba Ignatii ex epist. ad Romanos; nuncupatus sit Timotheo, S. Pauli discipulo Ephesiorum episcopo, quem tamen pridem ante Ignatium defunctum fuisse ex hujus ad Philadelphos epistola intelligitur.

Argum. VI. Auctor ille L. de Eccl. Hier. cap. 6. et alibi monachorum meminit; eos a clero et populo distinguit; specialem iis vestitum tribuit; multaque alia de iis velut certum et publicum in Ecclesia statum habentibus disserit: atqui diu post Areopagitæ discessum orti primum sunt monachi; ergo.

R. Monachorum nomine apud Dionysium non venire eos, qui Eremitæ, vel Cœnobitæ dicti in Ecclesia, qui a plebe ac societate hominum penitus avulsi in sylvis, montibusque degebant, in sec. III. S. Pauli et S. Antonii temporibus exorti; sed singulare genus hominum, jam Apostolorum vigens tempore. Philo Judæus eos *Therapeutas* vocat, a puro Dei famulatu, cui se, neglectis terrenis, mancipabant. Erant pars populi; degebant inter laicos, vel privatim suis in ædibus, vel in collegiis; et quibus in sacra synaxi primus inter laicos assignatus erat locus. Ritus, quo quasi consecrabantur, in eo situs erat quod sacerdos ad altare certas pro consecrando orationes diceret; cruce signaret, ac veteri exutum veste novo indueret vestimento. Hos therapeutas non Judæos fuisse, ut quidam adversarii putant, sed veros Christianos, refert Euseb. L. 2. Hist. cap. 7., S. Epiphan. Hær. 29., S. Hieron. in Catalogo, c. 11., Sozomen. L. 3. cap. 12.

Argum. VII. Auctor libri de Eccl. Hierar. cap. 7. de baptismo infantium agens, se id scribere ait, *quod divini præceptores nostri ab antiqua traditione edocti ad nos usque produxerunt* (opp. t. 1. p. 271. B.). Qui vero hi præceptores? Quæ antiqua traditio, si hæc Areopagita Pauli discipulus scripserit?

At facile respondetur, præceptores illos (alii legunt Pontifices) fuisse Apostolos, vel horum discipulos Hierotheum, Justum, Antipam, similesque. Deinde in textu græco habetur: *πρὸς τῆς ἀρχαίας παραδόσεως*; sed *ἀρχαίον* non modo *antiquum*, sed etiam *primum*, sicut *ἀρχή* principium significat. Unde is esse sensus potest: *quod divini præceptores, vel pontifices nostri (Apostoli) a prima, scilicet Christi, traditione ad nos usque produxerunt.*

Argum. VIII. Tandem auctor L. de Eccl. Hier. cap. 1. 2. et 7. Timotheum vocat *filiū*; atqui tamen episcopus erat L. eod. cap. 7. Item ibidem Millenariorum refutat errorem, ortum a Papia episcopo Hierapolitano circa annum Christi 118. Item meminit Apocalypsis S. Joannis contra morem Græcorum.

Ad primum jam respondit S. Maxim. in Prologo, Dionysium hoc fecisse ad imitationem Domini, discipulos suos *pueros* compellantis Joan. 21. Deinde solent seniores filiorum nomine juniores compellare; Dionysius vero ætate multum superabat Timotheum; nam S. Paulus ad eum jam episcopum, Nerone imperante, scribens, eum vix adolescentiam fuisse egressum, indicat dicens: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Sed Dionysius maturæ jam ætatis fuerat, præterea auctoritatis maximæ, tum ob dignitatem, quam in Areopago tenuerat; tum ob eruditionis famam; tum ob suam a Paulo conversionem et ordinationem. Demum etiam Dionysius Alexandrinus Basilidem episcopum Pentapolitanum *filiū* vocat, epistola ad eumd. *Dionysius Basilidi dilecto mihi filio, et fratri, etc.* Extat Tom. 1. Concilior. Labbæi pag. 931. Ita et Montanus archiepiscopus Toletanus Polibium episcopum filium vocavit adhuc sec. VI. epist. ad eumd. Extat Tom. 4. Concil. pag. 1736, etc. ut proinde phrasid illa inter episcopos satis usitata fuerit, ut se invicem et episcopos, et fratres, et filios compellarent, scilicet vel respectu Patris cœlestis; vel ad imitationem Domini; vel ad tanto magis exprimendum vinculum charitatis.

Ad alterum: Nihil impedit, quo minus Dionysius, qui juxta antiqua Martyrologia, Romanum, Bedæ, Adonis, juxta Suidam, aliosque sub Hadriano passus est, refutaverit errorem sub Trajano exortum. Deinde insuper tempus, quo scripsit Papias, incertum est. Ac tandem Papias non fuit hujus erroris auctor; sed ipse testatur apud Euseb. L. 3. Histor. cap. ult., se hanc doctrinam ab aliis *ex viva traditione* accepisse. Omnino igitur jam Dionysius confutare hunc errorem poterat.

Falsum demum, a Græcis non factam fuisse Apocalypsis mentionem, vel eam ab his non annumeratam fuisse libris canonicis; nam ut canonicum habuit S. Justinus martyr Dial. cum Tryphone, Theophil. Antiochenus apud Euseb. L. 4. Histor. cap. 23., S. Irenæus L. 4. cap. 37. et 50., Clemens Alexandrinus in Pædagogo, Origenes homil. 7. in Josue, alii que.

O. A. M. D. G.

CONSPECTUS TOMI QUINTI

PARS PRIOR.

TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN GENERE.

	Pag.
Decretum Concilii Florentini, et canones Concilii Tridentini de Sacramentis generatim.	2

DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS EXISTENTIA ET QUIDDITATE.

CAPUT I. — DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS ESSENTIA ET EXISTENTIA.

ARTIC. I. — <i>Quid sit sacramentum?</i>	7
Sacramentum in genere est signum sensibile, sacrum, a Deo permanentiter institutum ad significandam gratiam, et conferendam sanctitatem illud rite suscipient!.	8
ARTIC. II. — <i>An et quot novæ Legis sacramenta sint?</i>	16
I. — Habet et Lex nova sacramenta sua, eaque numero septem, nec plura, nec pauciora, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem et Matrimonium.	16
II. — Sacramenta novæ Legis et quoad substantiam, et quoad numerum perquam convenienter instituta sunt.	19
ARTIC. III. — <i>Quis auctor et institutor sacramentorum novæ Legis, et quæ eorum tum ad se invicem, tum ad subjectum comparatio?</i>	25
I. — Omnia et singula novæ Legis sacramenta Christus immediate et per seipsum instituit.	26
II. — Sacramenta novæ Legis non sunt omnino paria dignitate et necessitate.	28
III. — Comparative ad subjectum sacramenta novæ Legis alia dicuntur <i>sacramenta mortuorum</i> , alia <i>vivorum</i>	29

CAPUT II. — DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSALITATE ET EFFECTU.

ARTIC. I. — <i>An sacramenta novæ Legis ex se, sive ex opere operato conferant gratiam omnibus obicem non ponentibus?</i>	30
Omnia sacramenta novæ Legis ex se, sive ex opere operato conferunt gratiam omnibus obicem non ponentibus.	31

Argum. VII. Auctor libri de Eccl. Hierar. cap. 7. de baptismo infantium agens, se id scribere ait, *quod divini præceptores nostri ab antiqua traditione edocti ad nos usque produxerunt* (opp. t. 1. p. 271. B.). Qui vero hi præceptores? Quæ antiqua traditio, si hæc Areopagita Pauli discipulus scripserit?

At facile respondetur, præceptores illos (alii legunt Pontifices) fuisse Apostolos, vel horum discipulos Hierotheum, Justum, Antipam, similesque. Deinde in textu græco habetur: *πρὸς τῆς ἀρχαίας παραδόσεως*; sed *ἀρχαίον* non modo *antiquum*, sed etiam *primum*, sicut *ἀρχή* principium significat. Unde is esse sensus potest: *quod divini præceptores, vel pontifices nostri (Apostoli) a prima, scilicet Christi, traditione ad nos usque produxerunt.*

Argum. VIII. Tandem auctor L. de Eccl. Hier. cap. 1. 2. et 7. Timotheum vocat *filiū*; atqui tamen episcopus erat L. eod. cap. 7. Item ibidem Millenariorum refutat errorem, ortum a Papia episcopo Hierapolitano circa annum Christi 118. Item meminit Apocalypsis S. Joannis contra morem Græcorum.

Ad primum jam respondit S. Maxim. in Prologo, Dionysium hoc fecisse ad imitationem Domini, discipulos suos *pueros* compellantis Joan. 21. Deinde solent seniores filiorum nomine juniores compellare; Dionysius vero ætate multum superabat Timotheum; nam S. Paulus ad eum jam episcopum, Nerone imperante, scribens, eum vix adolescentiam fuisse egressum, indicat dicens: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Sed Dionysius maturæ jam ætatis fuerat, præterea auctoritatis maximæ, tum ob dignitatem, quam in Areopago tenuerat; tum ob eruditionis famam; tum ob suam a Paulo conversionem et ordinationem. Demum etiam Dionysius Alexandrinus Basilidem episcopum Pentapolitanum *filiū* vocat, epistola ad eumd. *Dionysius Basilidi dilecto mihi filio, et fratri, etc.* Extat Tom. 1. Concilior. Labbæi pag. 931. Ita et Montanus archiepiscopus Toletanus Polibium episcopum filium vocavit adhuc sec. VI. epist. ad eumd. Extat Tom. 4. Concil. pag. 1736, etc. ut proinde phrasis illa inter episcopos satis usitata fuerit, ut se invicem et episcopos, et fratres, et filios compellarent, scilicet vel respectu Patris cœlestis; vel ad imitationem Domini; vel ad tanto magis exprimendum vinculum charitatis.

Ad alterum: Nihil impedit, quo minus Dionysius, qui juxta antiqua Martyrologia, Romanum, Bedæ, Adonis, juxta Suidam, aliosque sub Hadriano passus est, refutaverit errorem sub Trajano exortum. Deinde insuper tempus, quo scripsit Papias, incertum est. Ac tandem Papias non fuit hujus erroris auctor; sed ipse testatur apud Euseb. L. 3. Histor. cap. ult., se hanc doctrinam ab aliis *ex viva traditione* accepisse. Omnino igitur jam Dionysius confutare hunc errorem poterat.

Falsum demum, a Græcis non factam fuisse Apocalypsis mentionem, vel eam ab his non annumeratam fuisse libris canonicis; nam ut canonicum habuit S. Justinus martyr Dial. cum Tryphone, Theophil. Antiochenus apud Euseb. L. 4. Histor. cap. 23., S. Irenæus L. 4. cap. 37. et 50., Clemens Alexandrinus in Pædagogo, Origenes homil. 7. in Josue, aliique.

O. A. M. D. G.

CONSPECTUS TOMI QUINTI

PARS PRIOR.

TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN GENERE.

	Pag.
Decretum Concilii Florentini, et canones Concilii Tridentini de Sacramentis generatim.	2

DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS EXISTENTIA ET QUIDDITATE.

CAPUT I. — DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS ESSENTIA ET EXISTENTIA.

ARTIC. I. — <i>Quid sit sacramentum?</i>	7
Sacramentum in genere est signum sensibile, sacrum, a Deo permanentiter institutum ad significandam gratiam, et conferendam sanctitatem illud rite suscipient!.	8
ARTIC. II. — <i>An et quot novæ Legis sacramenta sint?</i>	16
I. — Habet et Lex nova sacramenta sua, eaque numero septem, nec plura, nec pauciora, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem et Matrimonium.	16
II. — Sacramenta novæ Legis et quoad substantiam, et quoad numerum perquam convenienter instituta sunt.	19
ARTIC. III. — <i>Quis auctor et institutor sacramentorum novæ Legis, et quæ eorum tum ad se invicem, tum ad subjectum comparatio?</i>	25
I. — Omnia et singula novæ Legis sacramenta Christus immediate et per seipsum instituit.	26
II. — Sacramenta novæ Legis non sunt omnino paria dignitate et necessitate.	28
III. — Comparative ad subjectum sacramenta novæ Legis alia dicuntur <i>sacramenta mortuorum</i> , alia <i>vivorum</i>	29

CAPUT II. — DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSALITATE ET EFFECTU.

ARTIC. I. — <i>An sacramenta novæ Legis ex se, sive ex opere operato conferant gratiam omnibus obicem non ponentibus?</i>	30
Omnia sacramenta novæ Legis ex se, sive ex opere operato conferunt gratiam omnibus obicem non ponentibus.	31

v. p. 1.

28

	Pag.
ARTIC. II. — <i>Quomodo sacramenta novæ Legis causent gratiam, physice, an moraliter?</i>	40
I. — Quid sit de eo, utrum sacramenta elevari a Deo possint ad producendam physice gratiam, verosimilius est, ea de facto esse causas instrumentales tantum morales, non physicas gratiæ.	41
II. — Vis causandi gratiam moraliter in sacramentis est specialis eorum dignitas et excellentia, quæ potest movere Deum ad conferendam infallibiliter gratiam.	43
ARTIC. III. — <i>An et antiqua sacramenta causarint gratiam ex opere operato?</i>	48
I. — Nec remedium Legis naturæ, nec circumcisio, nec ullum aliud sacramentorum veterum contulit gratiam ex opere operato.	48
II. — Remedium Legis naturæ non nisi mera conditio erat, qua posita Deus solus vi promissionis suæ et intuitu meritorum Christi conferebat parvulis gratiam deletivam peccati originalis, citra recipientis et ministrantis meritum, ac proinde ne quidem ex opere operantis hoc remedium parvulis gratiam contulit.	52
ARTIC. IV. — <i>Quid sit gratia sacramentalis?</i>	53
I. — Singula sacramenta præter gratiam sanctificantem specialia conferunt auxilia gratiæ, sive gratias excitantes peculiare, diversas pro diversitate finis, ad quem obtinendum singula sacramenta instituta sunt.	54
II. — Gratia sacramentalis habitualis non differt entitative et intrinsece a non sacramentali; multo minus dicitur habitus speciales, a gratia sanctificante communi, et virtutibus cum hæc infundi solitis realiter distinctos.	54
ARTIC. V. — <i>Quam gratiam causent sacramenta novæ Legis? præsertim an sacramenta vivorum possint causare gratiam primam per accidens?</i>	56
Sacramenta vivorum per accidens causare possunt gratiam primam.	57
ARTIC. VI. — <i>Quantam gratiam novæ Legis sacramenta causent? an æqualem æqualiter, inæqualem inæqualiter dispositis?</i>	62
I. — Sacramenta ejusdem speciei conferunt ex opere operato æqualem gratiam æqualiter dispositis; inæqualem dispositis inæqualiter.	62
II. — Dispositio illa, cui sacramentalem gratiam commensurat Deus, maxime actualis est, sita in actibus charitatis, spei, pœnitentiæ, etc. quibus se homo ad recipiendum devotius sacramentum disponit.	63
ARTIC. VII. — <i>An sacramenta fide suscepta sublato obice reviviscant, gratiamque et quam producant?</i>	64
I. — Sacramentum Baptismi cum fictione sive materiali sive formali susceptum, remoto per subsequentem dispositionem obice, reviviscit.	65
II. — Probabilius etiam est, sacramenta Confirmationis, Ordinis, imo Matrimonii et Extremæ unctionis fide suscepta, recedente fictione reviviscere.	67
ARTIC. VIII. — <i>An et quænam sacramenta imprimant characterem, quæque hujus natura?</i>	72
I. — Datur character sacramentalis; isque per tria duntaxat sacramenta imprimitur, Baptismum, Confirmationem et Ordinem.	72
II. — Character sacramentalis non est pura relatio rationis, nec realis; sed quid reale et absolutum est.	75

DISSERTATIO II.

DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSIS INTRINSECIS ET EXTRINSECIS,
ET SUBJECTO.CAPUT I. — DE SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS CAUSIS INTRINSECIS, SIVE MATERIA
ET FORMA.

	Pag.
ARTIC. I. — <i>An omnia sacramenta novæ Legis constant rebus ut materia, et verbis ut forma?</i>	82
Omnia novæ Legis sacramenta constant ex rebus et verbis, et quidem eum materia et forma, ac ut intrinsecis et essentialibus.	82
ARTIC. II. — <i>Utrum verba sacramentorum sint promissoria et concionatoria, an consecratoria?</i>	86
I. — Ad nullius sacramenti collationem tanquam pars essentialis præmitti vel adhiberi concio debet, quæ sit divinarum promissionum, tum quarumvis, tum de sacramentorum institutione vel effectu explicatio.	87
II. — Verba sacramentorum, quibus forma constat, sunt vere consecratoria, sic, ut consecrent, et sanctificent elementum vel rem, ac etiam efficiant id, quod significant, sive gratiam.	88
ARTIC. III. — <i>An materiæ et formæ sacramentorum omnium novæ Legis sint a Christo determinatæ, et quomodo?</i>	91
I. — Christus aliquo modo determinavit sacramentorum omnium materiam et formam.	91
II. — Non tamen determinavit sacramentorum omnium materias et formas eodem modo, sed alias magis specificè, alias magis genericè.	92
III. — Etsi Ecclesia possit determinare, mutare accidentales quosdam sacramentorum ritus; nequit tamen immutare eorum materias et formas quoad substantiam, sive sub ea ratione, sub qua eas Christus instituit	93

CAPUT II. — DE CAUSA SACRAMENTORUM NOVÆ LEGIS EFFICIENTE MINISTERIALI,
SIVE MINISTRO.

ARTIC. I. — <i>Quis sacramentorum novæ Legis minister sit?</i>	96
I. — Solus homo, ac quidem viator de lege Dei ordinaria, non vero angelus, sive bonus sive malus, nec anima separata a corpore, minister sacramentorum est.	96
II. — Non tamen quilibet viator homo est minister sacramenti cujuslibet.	98
ARTIC. II. — <i>An ad sacramenti valorem requiratur fides ministri?</i>	99
§. I. — Origo controversiæ rebaptizantium.	100
§. II. — Gesta S. Stephani cum legatis Cypriani, et episcopis afris, tum Firmiliano et huic adherentibus episcopis orientalibus.	100
§. III. — Gesta a S. Cypriano et Firmiliano post Stephani Papæ responsum.	102
§. IV. — Utrum tandem Stephanus Papa in Cyprianum et Firmilianum excommunicationis tulerit sententiam?	103
§. V. — An S. Cyprianus, eique adherentes Episcopi controversiam hanc putarint pertinere ad fidem?	104
§. VI. — Quis controversiæ exitus? An Cyprianus ante mortem, alique errorem deposuerint?	106
§. VII. — Asseritur dogma catholicum.	107
Ad valorem sacramenti fides ministri non est necessaria.	107

IV		CONSPECTUS TOMI QUINTI.		Pag.
ARTIC. III.	— An ad valorem sacramenti saltem requiratur in ministro probitas?			116
	In ministro ad sacramenti valorem probitas, h. e. sanctitas, vel status gratiæ non requiritur.			117
ARTIC. IV.	— Quid requiratur in ministro, ut sacramentum ministret licite?			120
I.	— Minister ex officio talis, sive specialiter consecratus et deputatus, per se loquendo peccat mortaliter, sacramentum in statu peccati mortalis conficiens.			120
II.	— Probabilius est, non peccare graviter ministrum, qui in statu peccati Eucharistiam solummodo distribuit.			121
III.	— Per se loquendo, citra peccatum grave ex parte ministri sacramentum indigno ministrari non potest.			122
ARTIC. V.	— Utrum in ministro ad sacramenti valorem aliqua necessaria sit intentio?			124
	Ad valorem sacramenti necessaria est in ministro intentio perficiendi sacramentum, sive faciendi quod facit Ecclesia.			124
ARTIC. VI.	— Quæ intentio ex parte ministri requiratur et sufficiat ad valorem sacramenti?			130
I.	— Non est necessarium ad valorem sacramenti, ut minister intendat explicite conferre sacramenti effectum, sive gratiam; nec ut sic intendat efficere rem in se absolute sacram, seu sacramentum; nec ut intendat facere, quod facit Ecclesia Romana; sed horum intentio implicita sufficit, contenta in hac generali explicita, faciendi id, quod facit vera Ecclesia, vel quod novit ut sacrum fieri in Ecclesia.			131
II.	— Ad valorem sacramenti sola intentio externa non sufficit, sed seria interna necessaria est.			132
ARTIC. VII.	— Qualis interna intentio ad veritatem sacramenti sit, vel non sit sufficiens?			138
I.	— Ad valorem sacramenti nec intentio interpretativa, nec pure habitualis, nec indirecta sufficiens est.			139
II.	— Intentio actualis sufficientissima est, et optima; non tamen absolute necessaria; sed etiam intentio virtualis omnino sufficiens est.			140
ARTIC. VIII.	— Utrum intentio ministri absoluta esse debeat, vel an etiam aliquando conditionata sufficiat?			143
	Non sufficit ad valorem sacramenti intentio strictè conditionata, scilicet sub conditione de futuro, uno excepto matrimonio.			144

CAPUT III. — DE SUBJECTO SACRAMENTORUM.

ARTIC. I.	— Quid requiratur ex parte subjecti, ut sacramentum recipiat valide?	146
I.	— In adultis ad suscipiendum sacramentum valide requiritur, et sufficit, positiva aliqua voluntas et intentio illud suscipiendi; nec sufficit sola negatio voluntatis contrariæ, excepto sacramento Eucharistiæ et Pœnitentiæ.	146
II.	— Hæc tamen intentio sive voluntas ad validam sacramenti susceptionem requisita, non est necessario actualis, vel virtualis; sed sufficit habitualis, quæ fundatur in voluntate aliqua priori non retractata, ratione cujus susceptio sacramenti moraliter adhuc censeatur voluntaria.	147
III.	— Non tamen in suscipiente fides requiritur ad valorem sacramenti, excepto sacramento Pœnitentiæ.	150

	Pag.
ARTIC. II. — Quid requiratur ex parte subjecti, ut suscipiat sacramentum fructuose?	150
I. — Ut sacramentum Baptismi conferat gratiam adulto qui præter peccatum originale habet peccatum mortale personale, præter actus fidei et spei necessario etiam requiritur actus doloris, qui tamen non est necessario contritio perfecta.	151
II. — Ut obtineatur effectus sacramenti Pœnitentiæ, in peccatore requiritur 1º. dolor supernaturalis de omni peccato mortali commisso, cum proposito non peccandi de cætero; 2º. integra peccatorum gravium confessio, saltem in voto.	151
III. — Sacramenta vivorum per se ad fructuosam sui receptionem in suscipiente statum gratiæ prærequirunt: secus sacramenta mortuorum.	151

TRACTATUS DE SACRAMENTIS TRIBUS PRIORIBUS

DE BAPTISMO, CONFIRMATIONE ET EUCHARISTIA.

DISSERTATIO I.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Decretum Concilii Florentini ad instructionem Armenorum.	156
Canones Concilii Tridentini de Baptismo.	155

CAPUT I. — DE ESSENTIA BAPTISMI, INSTITUTIONE, MATERIA AC FORMA.

ARTIC. I. — Quid sit Baptismus? quando a Christo institutus?	158
I. — Sacramentum Baptismi spectatum physice recte definitur: Ablutio corporis sub præscripta verborum forma. Sumptum metaphysice vero: Sacramentum regenerationis, sive institutum ad fidelium regenerationem spiritualem.	158
II. — Christus Baptismum ante passionem suam instituit.	160
III. — Quo tempore Christus instituerit Baptismum, controversum est: probabilius tamen non instituit Baptismum antequam ipse baptizaretur a Joanne, nec quando ab eodem baptizabatur in Jordane, nec in colloquio cum Nicodemo; sed quando ipse Apostolos et discipulos ad prædicandum et baptizandum misit.	161
ARTIC. II. — De materia remota Baptismi?	166
Materia remota Baptismi, eaque necessaria absolute, sola aqua naturalis seu elementaris est.	166
ARTIC. III. — De materia proxima Baptismi?	170
I. — Ritus immersionis non est necessarius necessitate sacramenti; sed valet Baptismus collatus sive per immersionem, sive per affusionem, sive per aspersionem.	171
II. — Nec est de necessitate sacramenti trina sive immersio, sive affusio, sive aspersione; sed unica sufficit.	172

- ARTIC. IV. — *De forma Baptismi. Quæ verba in hac essentialia sint? et utrum necessaria sit distincta personarum SS. Trinitatis expressio?* . . . 175
- I. — Ad valorem sacramenti requiritur, ut in forma exprimat actus Baptismi; proinde non satis est dicere, *in nomine Patris*, etc. sed verba hæc, *te baptizo*, aut *baptizatur*, vel æquivalentia de essentia formæ sunt. 177
- II. — De essentia formæ est, proinde de necessitate sacramenti, distincta trium personarum SS. Trinitatis expressio, ut nec valeat, nec valuerit unquam aliis sub verbis, etiam Christi nomine Baptismus collatus. . . 177

CAPUT II. — DE NECESSITATE BAPTISMI.

- ARTIC. I. — *An et quomodo Baptismus aquæ sit hominibus singulis, etiam fidelium liberis, necessarius ad salutem?* 185
- I. — Secluso casu martyrii, Baptismus aquæ est omnibus ad salutem necessarius necessitate mediæ; adultis quidem in re, vel in voto, si in re suscipi non possit; infantibus vero in re. 185
- II. — Adultis Baptismus insuper necessarius est necessitate præcepti. . . . 186
- ARTIC. II. — *An Baptismus aquæ suppleri possit per Baptismum flaminis?* . . . 191
- Baptismus flaminis, sive perfecta in Deum charitas, perfectave contritio, vices Baptismi aquæ in adultis supplet quoad effectum ejus principalem, gratiam peccatorum remissivam. 191
- ARTIC. III. — *An et quomodo Baptismus sanguinis, sive martyrium, suppleat vices Baptismi aquæ?* 195
- I. — Martyrium supplet vices Baptismi aquæ in infantibus et in adultis, tam quoad remissionem omnis culpæ, quam pœnæ. 196
- II. — Martyrium supplet Baptismum aquæ, quoad remissionem culpæ omnis et pœnæ quasi ex opere operato. 197
- III. — In adultis ad obtinendum martyrii effectum necessario debita requiritur dispositio. 197
- IV. — Probabilius est per se, et speculative loquendo, Baptismum sanguinis, sive martyrium, vim justificandi adultos habere independentem ab actu charitatis vel contritionis perfectæ, idque ex privilegio singulari ac velut ex opere operato. 198
- ARTIC. IV. — *An ex lege aliqua ordinaria, vel clementia aliqua speciali, suppleat Deus defectum Baptismi in parvulis ob parentum vota, vel fidem?* 201
- De facto, sive in præsentia providentia, Deus nec ex lege aliqua ordinaria, nec ex peculiari clementia ob parentum vota, vel fidem, in parvulis supplere defectum Baptismi, secluso martyrio, dici potest. . . . 201

CAPUT III. — DE BAPTISMI MINISTRO, SUBJECTO, EFFECTIBUS.

- ARTIC. I. — *Quis sit minister Baptismi?* 205
- I. — Minister solemnitatis ordinarius et primus est episcopus; secundus post hunc et velut minus principalis omnis sacerdos; tertius diaconus, sed non nisi extraordinarius. 206
- II. — Minister necessitatis omnis homo viator est; 1º. laicus fidelis, 2º. et sive vir sive femina; 3º. hæreticus et schismaticus; 4º. imo infidelis et Judæus; ut proin, adhibitis essentialibus, et valide et licite baptizare queant. 208

- ARTIC. II. — *Quodnam Baptismi subjectum sit?* 214
- Infantes non modo capaces Baptismi sunt, sed et eos baptizari expedit, ac necesse est. 214
- ARTIC. III. — *An pueri Judæorum, aliorumque infidelium licite baptizentur non consentientibus parentibus?* 219
- Illicitus est talis Baptismus. 220
- ARTIC. IV. — *Quinam Baptismi effectus sint? quæ proprietates?* 224
- I. — Veri effectus Baptismi recensentur. 225
- II. — Proprietates Baptismi sunt 1º. necessitas ejusdem, 2º. unitas, 3º. initerabilitas. 227

DISSERTATIO II.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

- Decretum Concilii Florentini de Confirmatione pro Armenis. 229
- Canones Concilii Tridentini de Confirmatione. 230

CAPUT I. — DE SACRAMENTI CONFIRMATIONIS EXISTENTIA, MATERIA ET FORMA.

- ARTIC. I. — *Utrum Confirmatio sit verum ac proprie dictum novæ Legis sacramentum?* 231
- Confirmatio est verum ac proprie dictum novæ Legis sacramentum. . . . 231
- ARTIC. II. — *Quæ sit sacramenti Confirmationis materia?* 239
- Materia essentialis Confirmationis est 1º. chrismatio; 2º. impositio manus; 3º. eaque chrismationi annexa; sic ut ex duabus his partialibus constituatur una adæquata materia. 240
- ARTIC. III. — *Qualis chrismatio sit ad Confirmationem, et quomodo necessaria?* 249
- I. — Momenta sententiæ negantis balsamum, necessitate sacramenti, oleo miscendum esse. 250
- II. — Momenta sententiæ affirmantis. 252
- ARTIC. IV. — *Utrum chrisma necessario debeat esse benedictum ab episcopo? An chrismatio necessario facienda in fronte?* 254
- I. — Chrisma benedictum esse debet; et quidem jure saltem ordinario, ab Episcopo; idque necessario, necessitate ad minus præcepti. 254
- II. — Unctio in fronte fieri debet; ac quidem ad modum crucis. 256
- III. — Probabilius est, utrumque, unctionem *in fronte*, ac in modum *crucis*, esse de necessitate sacramenti. 257
- ARTIC. V. — *Quenam sacramenti Confirmationis forma sit?* 262
- I. — Oratio respondens præviæ extensioni manus super confirmandos nullo modo ad formam essentialem pertinet. 262
- II. — Forma Confirmationis sunt apud Latinos tantum verba, quæ unctioni respondent, hæc vel æquivalentia: *Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, etc.* Apud Græcos: *Signaculum doni Spiritus sancti.* 262

CAPUT II. — DE MINISTRO, SUBJECTO, PROPRIETATIBUS CONFIRMATIONIS.

	Pag.
ARTIC. I. — <i>Quis minister Confirmationis ordinarius?</i>	273
Minister Confirmationis est solus Episcopus.	267
ARTIC. II. — <i>Utrum sacerdos simplex possit esse minister Confirmationis extraordinarius?</i>	273
Potest sacerdos simplex ex dispensatione Sedis Apostolicæ administrare sacramentum Confirmationis; proinde hujus esse extraordinarius minister.	
ARTIC. III. — <i>Quodnam subjectum? quæ necessitas? proprietates et effectus Confirmationis?</i>	281
I. — Subjectum Confirmationis est omnis et solus homo baptizatus.	281
II. — Confirmatio non est necessaria necessitate absoluta, vel mediæ.	282
III. — Effectus Confirmationis principalis est augmentum gratiæ sanctificantis, qua in perfectione christiana perficimur, cum jure ad auxilia specialia ad fortiter profitendam fidem.	282
IV. — Alter hujus sacramenti effectus est character.	283

DISSERTATIO III.

DE AUGUSTISSIMO EUCHARISTIE SACRAMENTO.

Decretum Concilii Florentini de Eucharistia pro Armenis.	289
Canones Concilii Tridentini de sacrosancto Eucharistiæ sacramento.	290
Canones ejusdem Concilii de communione sub utraque specie et parvulorum.	291
Canones ejusdem Concilii de sacrificio Missæ.	292

CAPUT I. — DE EUCHARISTIE INSTITUTIONE.

ARTIC. I. — <i>Prænotanda ad præsentem controversiam.</i>	294
ARTIC. II. — <i>Qua die Christus Eucharistiam instituit?</i>	296
I. — Pascha ex præscripto legis a Judæis celebrari debuit mensis luna decima quarta, eaque exeunte, sive ad vesperam ejus secundam, quæ erat initium decimæ quintæ, et primæ azymorum.	297
II. — Christus ultimo vitæ suæ anno vere celebravit pascha judaicum? nec solummodo cœnam communem habuit, in qua Eucharistiam instituit.	299
III. — Judæi anno Christi morientis pascha legale non transtulerunt in lunam decimam quintam; nec eo tempore apud Judæos duplex neomenia in usu fuit; nec subsistit systema de duplici paschate Judæorum et Galilæorum.	300
IV. — Christus non anticipavit ultimum pascha, ut schismatici Græci volunt; sed hoc celebravit, et proinde Eucharistiam instituit luna decima quarta exeunte, h. e. feria quinta ad hujus vesperam.	301

CAPUT II. — DE VERITATE EUCHARISTIE, SIVE REALI CHRISTI IN EADEM PRÆSENTIA.

ARTIC. I. — <i>An ex cap. 6. Joannis recte probatur Christi in Eucharistia realis præsentia?</i>	310
Ex cap. 6. Joannis a vers 52. realem Christi in Eucharistia præsentiam invicte inferunt, et probant Catholici	312

	Pag.
ARTIC. II. — <i>An realis substantialis præsentia corporis et sanguinis in Eucharistia probetur efficaciter ex verbis institutionis?</i>	318
Verba Christi: <i>Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus</i> , in sensu proprio ac naturali debent intelligi; ut proinde ex iis efficaciter et invicte probetur realis ac substantialis præsentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia.	318
ARTIC. III. — <i>An ex non interrupta traditione habeatur realis corporis et sanguinis Christi in Eucharistia præsentia?</i>	327
Dogma catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia invicte ex SS. Patrum omnis ævi consensu elucet.	327
ARTIC. IV. — <i>An et quomodo realis Christi in Eucharistia præsentia evincatur argumento a præscriptione?</i>	337
Nemo in Ecclesia ante sec. IX. vel inficiatus est, vel impugnavit præsentiam realem Christi in Eucharistia; sed ea omnium Ecclesiarum constanti et unanimi fide credita fuit; ut adeo sic solo argumento a præscriptione constet de veritate catholici dogmatis.	337

CAPUT III. — DE MODO, QUO CHRISTUS IN EUCHARISTIA REALITER PRÆSENS EXISTIT.

ARTIC. I. — <i>An in Eucharistia corpus et sanguis Christi sistantur præsentia per transsubstantiationem? et qualem?</i>	345
Vi verborum consecrationis totalis fit transsubstantiatio, sive totius substantiæ panis in corpus Christi, et totius substantiæ vini in sanguinem Christi conversio.	345
ARTIC. II. — <i>Quo modo Christus existat in Eucharistia? Et quæ circa mysterium hoc insuper tenenda?</i>	353
I. — In Eucharistia accidentia vel species panis et vini sunt sine subjecto.	353
II. — Christus sub qualibet specie totus continetur, et totus sub qualibet parte speciei.	356
III. — Corpus Christi in Eucharistia cum sua quantitate existit, sine tamen impenetrabilitate actuali, et extensione ad locum.	358

CAPUT IV. — DE NATURA EUCHARISTIE, MATERIA, FORMA.

ARTIC. I. — <i>An Eucharistia in re permanente, vel tantum in usu consistat?</i>	361
Eucharistia non consistit præcise in usu, sed in re permanente.	361
ARTIC. II. — <i>Quæ sit materia consecrationis primæ?</i>	366
I. — Materia remota consecrationis primæ est panis triticeus.	366
II. — Materia sufficiens est panis triticeus tam azymus, quam fermentatus; Latini tamen tenentur ex præcepto uti azymo, Græci fermentato.	366
III. — Ecclesia latina ab origine sua usque nunc non nisi in pane azymo consecravit.	367
IV. — Longe probabilius est, etiam Ecclesiam Græcorum in prioribus saltem quinque seculis consecrasset in azymo.	370
ARTIC. III. — <i>Quæ sit secundæ consecrationis materia?</i>	375
I. — Materia necessaria, necessitate sacramenti, in secunda consecratione est vinum de vite, id est, vinum vere et proprie dictum, quodcumque, qualecumque deinde sit.	375
II. — Vino tamen miscenda est aqua in modica quantitate.	375

	Pag.
III. — Admixtio tamen aquæ non est de necessitate sacramenti; neque præcepti divini, sed tantum ecclesiastici.	376
IV. — Etiam aqua vino mixta in Christi sanguinem convertitur.	376
ARTIC. IV. — <i>Quibus præcise verbis contineatur forma Eucharistiæ?</i>	377
I. — Verba essentialia, quæ ad consecrationem primam requiruntur et sufficiunt, sunt hæc sola, vel his æquivalentia: <i>Hoc est corpus meum.</i>	378
II. — Verba consecrationis secundæ, sive calicis, itidem hæc sola sunt: <i>Hic est calix sanguinis mei</i> , vel: <i>Hic est sanguis meus.</i>	379

CAPUT V. — DE PROPRIETATIBUS EUCHARISTIÆ, MINISTRO, SUBJECTO.

ARTIC. I. — <i>An et quomodo necessaria Eucharistia sit?</i>	381
I. — Eucharistia non est necessaria necessitate mediæ.	381
II. — Eucharistia adultis necessaria est necessitate præcepti divini et ecclesiastici.	382
ARTIC. II. — <i>An sumptio Eucharistiæ sub utraque specie ex præcepto divino necessaria sit non sacrificantibus?</i>	384
Sumptio Eucharistiæ sub utraque specie non est fidelibus non sacrificantibus ad salutem ex præcepto divino necessaria.	384
ARTIC. III. — <i>De ministro et subjecto Eucharistiæ.</i>	389
I. — Sacerdotes soli Eucharistiæ consecrandæ ministri sunt, nec id ulli alteri mortalium competit.	389
II. — Minister Eucharistiæ dispensanda ordinarius jure divino est solus sacerdos, extraordinarius vero diaconus.	390
III. — Subjecto Eucharistiæ solus et omnis homo baptizatus est, et capax, si a gravibus peccatis immunis est, ad Eucharistiam suscipiendam cum fructu.	391

CAPUT VI. — DE EUCHARISTIA UT SACRIFICIUM EST, SIVE DE SACRIFICIO MISSE.


ARTIC. I. — <i>Utrum in Missa offeratur Deo verum ac proprie dictum sacrificium?</i>	392
Missa est verum ac proprie dictum novæ Legis sacrificium.	393
ARTIC. II. — <i>Quale sacrificium Missa sit, et in quo illius essentia sita?</i>	400
I. — Missæ sacrificium est lateuticum, eucharisticum, impetratorium et propitiatorium.	401
II. — Sacrificium Missæ formaliter spectatum pro ipsa offerendi et sacrificandi ratione in sola consecratione consistit.	401
III. — Sacrificium hoc Missæ objective sumptum, sive pro re oblata, quæ etiam materia sacrificii dici solet, est Christus, prout per consecrationem sub utraque specie modo quodam mortuo et indivisibili ponitur.	402
ARTIC. III. — <i>Quæ sint causæ, quantus valor et effectus sacrificii eucharistici? Pro quibus offerri possit? Tum an in honorem sanctorum?</i>	404
I. — Christus est sacerdos et offerens principalis; secundarius vero et ministerialis est solus et omnis sacerdos legitime ordinatus.	404
II. — Valor sacrificii secundum se, in actu primo, simpliciter infinitus est.	404
III. — Effectus sacrificii, qua propitiatorium est, est peccatorum tam mortalium, quam venialium remissio; poenæ item peccatis condonatis adhuc debitæ; eamque remissionem causat ex opere operato.	405
IV. — Non tamen causat ex opere operato immediate gratiam habitualem, vel	

	Pag.
hujus augmentum, nec remissionem peccatorum quoad culpam, saltem mortalium; sed mediate tantum	405
V. — Sacrificium Missæ offerri potest 1º. pro omnibus fidelibus non excommunicatis; 2º. saltem indirecte pro non baptizatis, schismaticis; 3º. pro defunctis fidelibus in purgatorio detentis.	405
VI. — Sacrificium Missæ offertur Deo soli, non Sanctis; licite tamen et laudabiliter offertur Deo in memoriam et honorem Sanctorum, juxta sensum et mentem Ecclesie.	406

DIGRESSIO BREVIS THEOLOGICO-CRITICA

DE LIBRIS S. DIONYSIO ATHENIENSI, SIVE AREOPAGITE PASSIM INSCRIBI SOLITIS. UTRUM VERE EUM AUCTOREM HABEANT?

§. I. — Opera S. Dionysio Atheniensi adscribi solita.	409
§. II. — Operum S. Dionysio Atheniensi inscriptorum antiquitas et auctoritas.	410
§. III. — Opinione quoad auctorem istorum operum diversitas.	411
§. IV. — Opera S. Dionysio Atheniensi, sive Areopagitæ inscribi solita, genuinus ejusdem partus sunt.	412
§. V. — Respondetur ad argumenta contraria.	414



NOTE